LIMNÆI
ENUCLEATI
ET
NOTIS ILLUSTRATI
PARS SECUNDA.

Curâ & Studio

PHILIPPI ANDREÆ OLDENBURGER.



GENEVÆ,
Apud IOANNEM HERMANNUM WIDERHOLD.

M. DC. LXX.

DEm Buchbinder Wird Kürtzlich diese Nachricht geben / das die Genealogische Tafel Von der Oesterreichischen famili ad cap. 2. lib. 3. pag. 354: Die Anhaltisch- und Saxen Lawenburgische ad cap. 3. lib. 3. pag. 371. Die Pfaltz-Bayersche ad cap. 5. lib. 3. pag. 377. Die Badische ad cap. 6. lib. 3. pag. 378. Die Braunschweig-Lüneburgische ad cap. 7. lib. 3. Ead. pag. Die Brandeburgische ad cap. 8. lib. 3. pag. 381. Die Hessische ad cap. 11. lib. 3. pag. 412. Die Holsteinische ad cap. 12. lib. 3. pag. 415. Die Julische ad cap. 14. lib. 3. pag. 420. Die Mecklenburgische ad cap. 18. lib. 3. pag. 432. Die Sächsiche ad cap. 23. pag. 454. Die Würtembergische ad cap. 26. lib. 3. pag. 465. müsse eingeheftet Werden.

LIMNÆI ENVCLEATI
LIBRI QVARTI.
CAPVT I.

De origine, & divisione & iuribus Civitatum Imperij Germaniæ & de Vrbibus Hanseaticis.

Ius origendi Civitates qui in Germania concedat.

I. CAVSA efficiens Civitatis hodie Imperatot est, à quo ius condendæ civitatis dependet. Nonnulli putant ad esse Civitatis requiri, ut in eâ sit Episcopus. Cæterùm ante Episcopos fuerunt Civitates, & post Episcoporum institutionem non fuerunt in omnibus Civitatibus Episcopi positi. Planè Imperij Recessus pro me habeo, qui Stadte promiscuo nomine, tam eas dicunt, quæ Episcopum habent, quàm illas, quæ Episcopum non habent. Reformation guter Policey zu Augspurg *de anno* 1530. *tit.* Von Bürgern und Inwohnern in Stadten.

Germania hodie Civitatibus abundat.

II. In Germania hoc notatu dignum est, eam, quæ olim nullas civitates, postea paucissimas habuit, hodie vel omnes, vel pleraſque regiones, civitatum numero, atque elegantiâ vincere. [add. *Tacitus suo tempore horridam, agris incultam, & desertam indicavit nostram Germaniam.* Cæterùm *exsurgentibus ac florentibus in Germaniâ commerciis, alia rerum facies hodie est. add. Burgod. p. 3. ad Instr. Pac. Disc. 12. n. 1. ubi Hollandum hac de re loquentem introducit.*]

Origo Vrbium Germanicarum.

III. Quando Civitates in Germania cœperint, in obscuro est; constat ex aliis, Henrici Aucupis tempore nonum quemque virum ex agro in oppida hinc inde noviter condita ac munita, translatum, reliquorumque labores in urbana horrea condita, discrimine facto inter plebem urbanam & rusticam, quarum hæc Bauren à colendo, (colere enim nobis est Bauen / & inde agrum colere den Acker bauen) illam verò Bürger / à Burgis (hoc est, à locis muro, vel alio sepimento firmatis, daß man sich darinnen sicher verbergen können. [ad I. *Hodie ad vrbem tria requiruntur* (1) *Plurium domorum coniunctio* (2) *Loci munitio per vallum aut mœnia.* (3) *Copia rerum quibus commodè vivimus. Huiusmodi Vrbes ante sesqui mille annos, nullas habuit; nulla habuerunt Germani loca mœnibus clausa, sed pro illis olim Germanica iuventus erat, ut discere est ex Tacito. Imò nono seculo in tota Germaniâ magna, ne unica quidem Urbs memoratur nimirum in totâ Saxonia, Uvestphaliâ, & in omni illo tractu inter Visurgim, Albim & Salam usque in Holsatiam. Memorantur quidem nobiles vici, ex quibus posteà urbes factæ, verbi gratiâ Bardevicum, Uvürzburg &c. Sed quod hi vici fuerint Vrbes nusquam extat. De Germaniâ autem Trans Rhenanâ, quam Romani tenuerunt dispar est ratio, in quâ Romani Vrbes à tempore Iulij Cæsaris condiderunt verbi gratiâ Argentoratum, Spiram, Wormatiam, Coloniam, Augustam Rauracorum & Augustam Vindelicorum. In tractu autem Saxonico omnes vrbes vel sub Carolo M. vel post eius tempora primùm ceperunt. Confer Nobilis. Dn.* Conringij *egregium Dissert. de Vrbibus Germanicis, quæ instar Commentarii ad h. Dn. Autoris caput esse poterit. add. D. Magnif. Dn. D. Myleri Archologia c. 17. n. 2. Burgold. p. 1. ad Instr. Pac. Disc. 21. n. 9. 10. Obiter notandum, quòd Dn. Autor in princ. h. cap. ut & n. 22. & seqq. multa heterogenea ex iure privato amulerit, quæ nos in enucleando sicco præterivimus pede*]

IV. Prout hodie Imperij nostri facies est, mihi placet totum Civitatum Imperij nostri numerum distinguere in *mediatè Imperio*, & in *immediatè subditas*: (R. A. *de anno* 1544. § Die Freye vnd Reichsstädte.) Mediatè Imperij subditæ civitates illæ sunt, quæ homagium Principi territorij præstant.

Civitatum in Imperio divisio.

V. Hæc præstatio cùm diversimoda sit, diversam rursus mediatarum conditionem importat. Aliæ simpliciter & absolutè homagium præstant, & merè subditæ sunt Principi suo, atque municipales sive provinciales dicuntur, Land-Stadte / Fürsten-Stadte / quandoque etiã Erb-Stadte. Aliæ verò & ipsæ quidem homagiũ territorii domino præstant, sed conditionaliter, & ab Imperatoribus in eo privilegiatæ, vt merè subditæ Principi suo non sint, sed multa libertatis obtineant axiomata; unde nec municipales propriè, nec Land- Fürsten- aut Erb- Stadte

Mediatarum Imperij Civitatum differentia.

vocari, ut cæteræ, possunt, sed certo respectu Freystädte ab aliis audiunt. [add: *Quia dantur in Imperio mediata civitates, quæ planè subjectæ sunt, & parùm privilegiorum habent, contra verò alia, quæ, licèt non Imperio, sed Principibus subjecta sunt, liberiorem tamen rempublicam habent; hinc nonnulli inter Civitates Imperiales & provinciales genus aliquod mixtum intercedere putant. Id quod tamen aliis displicet. Vid. Burgold. p. 1. ad Instr. Pac. Disc. 21. n. 19. ubi plura circa hanc rem videbis. Improbat etiam hanc divisionem* Klockius *in vol.* Cameral. *Relat. 25. num. 100. Vid. Dn. D. Ludolph. Hugo de Stat. Region. German. c. 4. n. 25. Sanè in constitutionibus & actis Imperii nuspiam ejusmodi mixturam observamus. Et quid implicat: Civitatem esse mediatam, & tamen opimis juribus & insignibus privilegiis gaudere?* Privilegia *subditos nullo modo à subjectione eximunt. De Hamburgensi negotio, quod refert Autor hic, adhuc sub judice lis est, vid. Burgold. p. 3. ad Instr. Pac. Disc. 13. ut & de Brunsvviga Francisc. Irenic. in Colleg. ad Burgoldens. ad part. 3. Disc. 16. Lyneburgum quoque revera est municipalis* Civitas *præsertim ex eo Duces montē calcaneū insederunt. An. 1651. Controversia inter Divum Christianum Ludovicum Ducem Lyneburgensem ita sopita, ut mons calcaneus & una porta Duci, reliquæ autem quinque portæ Civitati permanerent: Simul etiam Civitas 70. milites recipere promisit, qui cum Capitaneo suo Duci & Civitati juramento manent obstricti. In summa Civitates vel Imperiales sunt vel municipales. Et uti dantur* Civitates *Imperiales, quæ in certis articulis Principes recognoscunt; ita etiam dantur civitates municipales, quæ regalia & jura sua liberè exercent.*] Talis esse videbatur Hamburgum, Luneburgum, atque Brunsvigum. Hamburgensis enim Civitas homagium præstat Holsatiæ Duci, sed tamen in cæteris eidem simpliciter subjecta non est, sed ad plenam libertatem quam proximè accedit. Quorsum ea pertinet relatio, quæ apud Crantzium est (*lib. 10. Saxon. c. 2.*) Aderant, inquit, Comites (tales quidem tunc, hodie autem Duces) Holsatiæ, querimoniam deferentes adversus Hamburgenses, qui & ipsi aderant, rei exitum videre cupientes. Comites devocabant eos in jus suum, ut ab antiquo semper habitum fuerit. Illi Imperialem desuper declarationem audire cupientes, invenire se asseruerunt in privilegiis, quod Comitibus prope nihil debentes exempti censerentur, quodque à nonnullis Imperialis Aulæ asseclæ Imperatoris haberentur. Nam divi Friderici privilegia multa illi oppido contulisse videbantur, quæ tum edebantur. Imperator interlocutus jussit Hamburgum oppidum Comitibus parere, salvis libertatibus, quas ab Imperiali culmine promeruerunt. Luneburgum quoque Principi suo, non ut reliquæ municipales, homagium præstat, sed Princeps prior jurare consuevit, se privilegia & immunitates eidem conservaturum, ut videre est in responso Academiæ Friburgensis, quod extat (*in parte 1.* der gerichtlichen Acten der Stadt Braunschweig Huldigung betreffend / *p. 208. & seqq.*) Idem dicendum de Civitate Brunsvicensi, quæ & ipsa quidem homagium Principi suo præstat, si Princeps prior juraverit de conservandis privilegiis; in cæteris, privilegiis egregiis exornata, adeò ut anno 1599. 27. Septembri, Spiræ decretum, Ducique Brunsuicensi purè & sine clausula mandatum fuerit, ut ille à cognitionibus & processibus causarum, quæ civitatis regalia tangunt, abstineret omnino. Sunt & aliæ, de quibus dubito; an planè immediatæ sint, & in specie de Colonia Agrippinâ, cum videam eam Archiepiscopo Coloniensi jurâsse, sed & jurâsse Imperatori. De huius generis Civitatum subjectione atque libertate, non aliunde quàm ex ipsarum judicandum est privilegiis, quæ & in aliquibus usque eò exurgunt, ut licèt immediatæ ratione homagii non sint, attamen inter Status Imperii fuerint relatæ.

Immediatæ Civitates quæ dicantur, item an rectè imperiales vocentur

VI. Immediatè Imperio subditæ civitates sunt illæ, quæ soli Imperatori obedientiam & fidelitatem jurant. Et hi justo titulo Imperiales vocari merentur. Certum quidem est, Carolum Magnum, juxtaque eius successores, jus Imperii, quod habebant, in Francos, ut & in Longobardos, à jure Imperii in Romanos sollicitè distinxisse: atque aliud olim regnum fuisse Germanorum, aliud Imperium Romanorum in aperto est: Verùm postquàm Imperium ad Germanos, seu Francos transiatum; duplex illud corpus in unam coiit massam, ut adeò Civitates immediatæ in Germaniâ rectè Imperiales vocentur. Si verò malè, civitates Imperiales dicimus, & malè quoque Status Imperii easdem, reliquósque Germaniæ proceres dicemus, malèquè Imperatorem respectu Germaniæ appellabimus. Quod si inde, quas Imperiales dicimus civitates, Regales quis dicere voluerit, in nullo peccabit, æquè ut ille, qui eas Imperiales dixerit. Posterior tantùm hoc habebit præcipuũ, quòd formulam fuerit secutus communem cùm alter lubentiam. In specie tamen & hoc usus fert, ut Aquisgranum Regiam dicamus urbem, non Imperialem, non liberam. [add. *Dn. Autor quia h. cap. omittit definitionem Civitatum Imperialium, ideo eam hic apponemus. Sunt ergo communitates Imperio immediatè subjecta, jus sessionis & suffragiorum in Comitiis habentes.*]

An inter Civitates Imperiales & Imperiales liberas sit differentia?

VII. Dividuntur autem ab aliis Civitates Imperiales, in *Imperiales in specie ita dictas*, & in *Imperiales liberas*. Aiunt illi Imperiales esse, quas Germaniæ Reges vel Cæsares condiderunt, & quæ Imperio statim ab initio addictæ, cuius in testimonium in insignibus habeant vel aquilam integram, vel eius partem. Liberas Imperiales eas, quæ olim sub jugo fuerunt Episcoporum, vel aliorum, eâquè potestate liberatæ, ultro sese juri Imperiali, sed cum quadam reservatione subdiderunt: hasque in insignibus nil quicquam ab aquila mutuatum habere. [add. *Hanc differentiam esse vanam & imaginariam inde patet, quòd nulla Imperij Urbs ab origine suâ libera fuerit. Vid. Burgold. p. 1. ad Instr. Pac. Disc. 21. nu. 8. & seqq. Nonnulli hoc discrimen inde statuminare volunt, quòd nonnulla inter Civitates illas Cæsari nullam pensionem annuam* (jährliche Stadt stewr) *solvant; ac proinde dici* Frey; *Reliquas autem simpliciter* Reichsstädte *appellari; Matthia Stephani Catalogus, quem Autor h. cap. num. 33. affert, rectè ab ipso censetur suspectus. Nam Augusta & Spira in Recess. Imp. de an. 1518. in fin. pr. R. I. de an. 1525. in*

pr. non

pr. non dicuntur liberæ Civitates, sed Reichs Städte. *Aquisgranum dicitur Regia, non Imperialis Vrbs, ut autor Catalogi vult. Quid circa hoc negotium in moneta ipsius contigerit, vid. ap. Thuan. l.133. Histor. pag.1160.*] Cæterùm verbalis potius differentia quàm realis inter Imperij liberas Civitates, & Imperiales datur, aut si realis aliqua detur, me nescire fateor, vt unde petenda sit. Idque inde; cùm videam libertatem æqualem atque eodem sensu omnibus immediatis civitatibus competere, licèt privilegia cæterum æqualia in cæteris non sint. [add. *Verissimum hoc est, ut pote quum libertas Vrbium Imperialium, experientia teste, admittat gradus majores & minores sive superiores & inferiores. Omnes quidem Imperiales Civitates qua tales, pari jure gaudent, sed non sunt omnes pares quatenus liberæ verbi gratiâ Goslaria est Vrbs Imperialis; nihilominus tamen Dux Brunsvicensis in illa multum juris adhuc habet. Noriberga est Vrbs Imperialis; interim in multis Marchioni Brandeburgensi, tanquam Burggravio Noribergensi est obnoxia. add. Dn. D. Ludolph. Hugo de Stat. Region. Germ. c.4. §.25. Lehman. l.4. Chron. Spir. c.4.*] Per omnes autem Imperij Recessus videre est, præsertim in eorum subscriptionibus, distinctim poni Freye vnd Reichs-Städte, quæ copulativâ innuit, aliàs esse Freye aliàs verò Reichs-Städte. Vnicum quantum mihi observatum, inter Recessus Imperij habemus exemplum, quo, quæ anteà Freye vnd Reichs-Städte/ posteà exiguis intermediis lineis, in der Ordnung des Regiments/ *de anno* 1500. Reichsstädte tantùm dicuntur. Atque hic stylus distinguendi inter Freye vnd Reichs Städte in Imperij Recessibus usitatus est, quando sermo est de civitatibus collectim, in specie autem de hac vel illa civitate, nunquam vidi unam, vel alteram, dictam die Freye Reichsstadt / sed tantùm Reichsstadt / vel, Unsere vnd des Heiligen Reichs Stadt. Atque hæc de Recessibus Imperij, qui omnes in corpus redacti circum feruntur, intellectum velim. Nam de aliis annotavit Lehman (*in Chron. Spir. lib.4. cap.5. pag.* 289.) anno 1468. Recessu Imperij Esslingæ confecto civitates ita subscripsisse, ut expressè mentio, & quidem separatim, fiat der Frey Stadt Bottschaften / so auf diesem Tag gewesen / & posteà intervallo interjecto, der Reichsstädt Bottschaften. Quod verò realis inter hæc differentia non sit, Wehnerus disertè testatur *in observat. pract. d. verb.* Freye Reichsstädte / *p.*177. Gemeiniglich & collectivè de hac differentia zu reden / seind Freye vnd Reichs-Städte im Grund ein Ding / als nemlich / daß alle Reichsstädte / auch Freye Städte sind / vnd genant werden sollen / eo respectu & fundamento, daß sie sonst keinen andern Herrn / dann das H. Römische Reich / oder Kayserliche Majestät / ohne Mittel haben vnd erkennen / vnd wird darumb / so man aller Städte wegen der Kayserl. Maiest. oder des Heil. Reichs Ständen / oder auch sonsten Handlung pflegen thut / der Titul der Freyen vnd Reichs Städte gemeiniglich copulativè gesetzt. Da aber ein Vnterscheid darunter zubegründen vnd zu suchen / ist allezeit dafür gehalten worden / daß eine Reichsstadt mehr gefreyet ist / dann die andere / vnd nemlich in Teutschen Landen / des freyen Abzugs an Gütern / oder aber der Pensionen halben / daß darinn kein Leibeigener / oder sonst dienstbar verpflichter Mann vnd Erben sein können / die sich (wo sie etwan nach ihrer Gelegenheit an andere Ort oder Herrschaft verrücken wollen) mit der ersten Obrigkeit abtragen / oder abledigen müssen. Vnd werden dermassen etliche Städte / als Vlm / Nürnberg / Hailbrun / Schwäbisches Hall / Eslingen / vnd dergleichen / befunden / mit denen man sich mit Abzug schwerlich abkauffen muß. Aber herwiderumb ist solches in andern Städten nicht im Brauch / als zu Straßburg / Speyer / Wormbs: darumb sich auch dieselben gemeiniglich Freye vnd Reichs-Städte nennen.

Quare Civitates Imperiales dicantur liberæ

VIII. Liberæ autem dicuntur, quòd liberæ sint à jugo cuiuscunque Principis: quo sensu & alij Status dicuntur liberi, & Nobiles immediatè liberi, quòd solum Imperatorem superiorem recognoscant. Pagius autem refert, hodiernos si spectes mores, imò nihil ferè, an statim ab initio [add. *Nulla Civitas ab initio libera extitit, ut supra h. cap. annotatum*] an posteà, exemptione aliqua civitas fuerit facta Imperialis; nam æquali libertate fruuntur omnes prædicto sensu, licèt singulæ inter se ferè aliis privilegiis differentes sint.

Quando cœperint immediatæ Vrbes in Imperio.

IX. Quando verò immediatæ istæ Civitates in Imperio cœperint, & quomodo, non satis est mihi cognitum. Munsterus (*lib.3. Cosmograph. cap.24. pag.*456.) scribit: Cùm post Caroli Magni tempora, Germania pedetentim magis excoli & habitari cœpisset, Imperatores creâsse Principes, iisdemque totas in feudum concessisse Provincias, sibi tantùm & Imperio immediatè reservâsse insigniores & ampliores civitates, quibus posteà à subsequentibus privilegia concessa amplissima, quorum efficacia deinceps dictæ liberæ, non Imperiales, licèt sub Imperio remanserint. Wurstisius (*lib.2. Chronic. Basileens. cap.11. pag.* 96.) hoc factum arbitratur post tempora Ottonis III. [add. *Vulgò existimant, quasi libertas Vrbium à tempore Caroli M. dependeat. Cæterùm ex nullo Historico* συγχρόνῳ *probari potest ullam Germaniæ Vrbem meliori loco fuisse, quàm villa & pagi fuerunt; quin hoc potiùs ex historicis constat, tempore Caroli M. Civitates in Imperio, quamvis non ita frequentes, sed exiguo numero fuerint, æquè ac villas & pagos in solius Cæsaris potestate fuisse. Vnde præfecti Imperiales* (die Reichs-Vögte.) *in omnes Germaniæ Vrbes absolutum dominium habuerint. Progressum libertatis & immedietatis Vrbium optimè exponunt Dn. D. Conring. in Exercitat. de Vrbib. German. Dn. D. Myler. in Archolog. c.17. add. Burgold. p.1. ad Instr. Pac. Disc.21. n.9. & seqq.*] Præterea Civitatum aliæ pretio nummario, quam habent, sibi pepererunt aut firmârunt immedietatem. Testatur hoc disertè Gerardus de Roo (*in Annal. Austriacis lib.4 pag.* 154.) ubi scribit, quasdam Civitates Sigismundo Imperatori pecuniam numerâsse, ut Imperij civitatibus adscriptæ, nullo unquam postliminio ad veterem Dominum reverterentur. Accesserunt alia ad Imperium spontaneo motu, salvâ, quâ olim præditæ, libertate. Beatus Rhenanus (*lib.2. rer. German. tit. Germanicum Regnum, pag.*129.)

describens translationem Imperij à Francogallis in Germanos, addit: Cum hæc fieri viderent civitates quædam in Galliis, quæ non serviebant, sed tantùm certis conditionibus agnoscebant Francos, (de quarum numero præcipua fuit Arelas, cum circumiacentibus oppidis, Geneva ad lacum Lemannum, in Sequanis Vesontium, Tullum in Leucis, in Nerviis Tornacum, & similes) ad Germanicum Imperium respicere cœperunt, sic suæ libertatis compotes permansuræ.

Quare hodie sit minor quàm olim Civitatum Imperialium numerus.

X. Variis autem hisce mediis ut temporis tractu Imperialium Civitatum crevit numerus, ita posteà quoque variis ex causis decrevit, ut ad numerum priorem si respiciamus, hodiernus cum illo collatus, perquàm sit exiguus. Bilibaldus Pirckheimerus (*epistola ad Iohann. Baptistam Egnatium, Venetum, de censura Rerumpubl. German. quæ extat inter opera eiusdem Politica pag.* 201.) Plurimis, ait, Rebuspublicis atque potentibus, fuit olim ornata Germania: quarum maior pars pessundata est, cum Tyrannorum violentia, tum regiminis perversitate. [add: *Vid. Lehman. l.* 4. *Chron. Spir. c.* 11. *&* 13. *& lib.* 6. *c.* 5. *Dn. D. Ludolph. Hugo de Stat. Region German. c.* 1. *§.* 7. *& cap.* 5. *§.* 2.) Præcipuè verò illas afflixit Episcoporum insolentia ac avaritia, non secus ac flamma quædam cuncta hauriens. Cùm enim Imperatores prisci, Principum consilio verè pernicioso, jus quod ipsi in civitatibus habebant Imperialibus, Episcopis concessissent, illi haut legniter tanto munere usi sunt, sed cùm primùm plebem contra optimates instigassent, brevi eos ubique ejecere, ac inde stulto oppresso populo, omnia suæ ditioni subjecere. Nec secus Tyranni egere cum iis civitatibus, quas vel vi oppresserant, vel pignoris loco, vel precariò à Cæsaribus acceperant, quamvis non defuerint, quæ sibi consulere, ac vim illam vi repellere ausæ fuerint. Scilicet, amici juxta, atque inimici Imperij Germanici, atque adeò etiam ipsi Imperatores, numerum Imperialium Civitatum, iniquâ decurtârunt falce. Ludovicus Bavarus Regno Bohemiæ Egram cessit pignoris titulo Zuiccaviam, Altenburgum, Chemnitium, anno 1308. Fridericus Admorsus, Marchio Misniæ, bellicâ vi sibi subiecit (Albinus in Meißner. Chronic. *tit.* 15. *pag.* 398.) Metim, Tullum, Verdunum, Gallus pro præda tulit. Dantiscum & Elbinga ab Imperio diverterunt: Idem fecit Embdenum, welche zu denen Staden in Niederland einen Absprung genommen (R. A. *de anno* 1603. §. Und demnach wir.) Idem quoque fecerunt aliæ. Aliæ Chrysostomo intercessore ab Imperio discesserunt, ut Italiæ Civitates, quæ pretio Imperatoribus dato, exemptionem sibi partam propugnant.

Numerus Civitatum Imperialium.

XI. Quod numerum Civitatum Imperialium attinet, rectiùs agunt illi, qui eum sequuntur numerum, quem subscriptiones Imperij Recessuum nobis suggerunt. [add. *Dn. Autor h. cap. n.* 40. *numerum Civitatum Imperialium ex matricula hauriri posse asserit: Cæterùm quum diversæ sint Imperij matriculæ, in iisque referantur Civitates non Imperiales, ut Hannovera, Hamelia, Eimbeca, Gottinga &c. calculus certus & indubitatus inde erui non poterit.*]

Tituli & encomia Imperialium Civitatum.

XII. Cæterùm, Imperialium harum Civitatum præ cæteris excellentiam & splendorem communem, partim tituli & encomia, partim jura & prærogativæ commendant. Ad titulos & encomia pertinet, I. Quod nobiles audiant, & nobilia Imperij membra.

II. Quod illustres dicantur Respublicæ.

III. Quod fulcra & columnæ Imperij appellentur. Hoc sentiens Carolus IV. in extollendis & augendis Civitatibus, quarum opes & robur didicerat esse opes & robur Imperij, admodum sedulus fuit (Peucerus *lib.* 5. *Chron. in vita Caroli IV.*)

IV. Quod sanctæ dicantur, *in Reformatione Politica Sigismundi, c.* 19. *ibi:* Da wurden die heiligen Reichsstädte geordnet / und gefreyet / darumb stehen sie geschrieben Heilig / wann ihnen ward befohlen alle gerecht und Göttliche Seeligkeit / und wurde die Christenheit durch sie gestärcket / und wurden ihnen Geistliche und Weltliche Recht empfohlen / als dem Kayser das Reich (extat apud Goldastum Tom. 2 der Reichssatzungen *pag* 133.)

Prærogativæ & jura Civitatum Imperialium.

XIII. Ad prærogativas & jura pertinet, I. Quòd immediatè Imperatori atque Imperio subiaceant: Vide Königs Ferdinandi Resolution über das Concept des Religionfridens apud Goldast. in Reichssatzungen *pag.* 288. Quod respectu civium collectivè sumptorum verum est, non distributivè: ut Reinkingius rectè monuerit (*de regim. secul. l.* 1. *cap.* 10. *num.* 38.) Cives in civitatibus Imperialibus, licet ipsa civitas immediatè Imperium recognoscat, immediatis non esse accensendos, sed mediatis: qui Senatui tanquam Magistratui suo pareant immediatè. [add. *De juribus & privilegiis Civitatum Imperialium, adeundus est consummatissimus Tract. Knipschildij, Syndici Eslingensis Civitatis, qui commentarium ad hunc Autoris locum exhibet.*]

II. Quod sint Status Imperij. Vor Jahren (ita scribit Leheman. *l.* 4. *Chron. Spirens. cap.* 4. *pag.* 289.) ist es etlichen hohen Personen und andern Gelehrten etwas fremb und ärgerlich furkommen / daß die Städte und bevorab theils geringe / den höhern des Reichs / in dem was ihre Freyheit / Regalia und Gerechtigkeit belangt / solten verglichen werden / und den Titul und Namen eines Stands des Reichs haben und führen / deshalben in Schriften und Büchern / der Städt Freyheit in Disputat gezogen. Demnach aber diese Irrung der Kayserlichen Majestät anno 1582. auf dem Reichstag zu Augspurg furkommen / haben sich dieselbe in einer Resolution, über der Obern Stände Bedencken / in puncto contributionis dahin erklärt / daß die Städte Mitglieder und Stände des Reichs / und der Reichs constitutionen fähig seyn. Item / in einer privat Handlung Kayserlicher Majestät mit den Erbarn Frey- und Reichs-Städten / in Bewilligung der Türckensteur / als derselben Gesandte / auf erfordern / in Kayserl. Majestät Zimmer vor Ihr Majestät selbst und dero geheimen Rahten / Herren Trautson / Harrach / und Vicecantzlern Vieheusern erschienen / hat der Vicecantzler unter andern aus Befehl Kayserl. Majestät gesagt /

daß

daß die Städte in ihrer Schrift vorbracht/ als solte man vorhabens seyn/ dieselbe vom Religion- und Prophan-Frieden auszuschliessen. Darauf geben Ihre Kays. Majestät diesen Bericht/ daß Ihr Majestät unbewust/ wo und durch wen solches beschehen seyn möchte/ das wüsten sie sich aber wol zu erinnern/ daß es auß Ihrer Majestät Geheiß/ Will oder Meinung/ nicht beschehen were/ und geben zwar Ihrer Maj. Schriften gnugsam zu erkennen/ daß sie die Städte/ gleich andern und den höhern Ständen/ des Religion-Friedens/ und Reichs-constitutionen (so viel die Reichs-Städte belangt) fähig seyn/ nie in Abred gewesen. 2c. Hernacher den 1. Augusti haben die Obern Stände offentlich im Reichs-Raht vermelden lassen/ daß Chur-Fürsten/ und andere Stände/ anders nicht wissen/ dann daß die Städte Stände des Reichs weren/ die sie auch zu jederzeit darfür erkennt/ gehalten/ zu den Reichstägen erfordert/ und mit ihnen referirt und correferirt hetten. Die Evangelische Stände haben sich noch mehrers in dero Raht gegen der Städt Gesandten resolviret/ und vermeldet/ nach dem ein Misverstand eingefallen/ als ob die Städte nicht Stände weren/ das es diese Meinung bey Geistlichen und Weltlichen Fursten gar nicht hette: dann es were offenbar/ und niemand würde es widersprechen können/ daß die Städte Reichsstände/ und daher des Religion-Friedens/ und aller Reichs-constitutionen und Wolthaten fähig seyn. Durch solche Erklarung haben Kays. Majest. und die höhere Stände/ den Disputanten in erregtem Streit unzweiffentlichen Entscheid und Ausschlag geben/ darnach sie sich zu richten.

III. Quòd non solùm vocentur ad comitia, verùm etiam in illis, æquè ut cæteri Status, sessionem atque votum obtineant, nec Electorum vel cæterorum Principum votis vel necessariò accedere, vel in iisdem acquiescere teneantur.

An Civitatibus Imperij competat votum decisivum?

XIV. Reperiuntur nonnulli, qui civitatibus hisce tantùm consultandi, non verò suffragandi ius adscribunt, cum Peucero (*in complem. Chronicor. lib. 5. pag.* 948.) Verùm tota hæc erronea est opinio, & vix immunis à scutica, atque refellitur fusissimè *in Consilio* Ludovici Grempij & Hieronymi zum Lamb/ der Erbarn Frey- und Reichs-Städte Session, Stand und Stimm belangend. Si formulam communiter usitatam, quâ ad comitia evocantur, quâque Recessus Imperij clauduntur, perpendimus, Civitatum Imperialium ius sententiæ dicendæ satis deprehendimus fundatum. Prior hæc est: Daß sie wollen erscheinen/ mit und neben anderen Ständen helfen handeln/ rahtschlagen/ und schliessen. Altera talis: Und wir Churfursten/ Fursten/ Prælaten/ Grafen/ Herren/ und des heiligen Reichs Freye und Reichs-Städte/ Gesandte/ Bottschaften/ und Gewalthabere/ hernach benant/ bekennen offentlich mit diesem Abschiede/ daß alle und jede Puncten und Articul mit unserm guten Wissen/ Willen/ Raht und Gutbedüncken vorgenommen und beschlossen. (add. *Iungatur hic insignis locus Lehmanni l. 4. Chron. Spirens. c. 3. pag.* 281. *vers.* Die Schickung zu den Reichs Versamlungen 2c.) Cum itaque civitates Imperiales liberum votandi ius, æquè ut cæteri maiores Status obtineant, consequens est, easdem neque ad Electorum, neque ad Principum vota adstrictas, sed si è re sua atque Imperij sit, tertiam & ab utrisque discrepantem posse propugnare & explicare sententiam. Illud quidem certum est, Civitates plerumque Electorum votis accessisse, sed non semper; frustra de eodem conquerente anno 1497. Wormatiæ in comitiis Bertoldo Archiepiscopo Moguntino (Cyriacus Spangenberg in Hennenberg. Chron. *lib.* 4. *cap* 23. *pag.* 159.) quandoque etiam separata à cæteris proposuisse, sed non semper (Ludovicus Grempius & Hieronymus zum Lamb/ *d. consil. pag* 25.) quandoque etiam Principum votis accessisse (*d. consil. pag.* 23.) utrumque pro utilitate & necessitate libertatis suæ. Rarò quidem fieri concedo, ut civitates non acquiescant in Electorum & Principum votis; at raritas illa non ex necessitate assentiendi illa, ut Bertramus putat, profluit, sed inde, quod raro ab Electoribus, cæterisque Principibus suffragia ferantur, quibus civitates se prægravari possint prætendere, aut quòd rarò à cæteris Statibus suffragia talia data sint, quæ in melius reformari utilitas suadeat. Horum verò si contingat aliquid, novum & inusitatum non est, civitates sententiis ab Electoribus atque Principibus differre. Ita auf dem Tage zu Nürnberg anno 1431. gehalten/ seind die Chur- und Fursten/ der Hulf halben der Meinung gewesen/ daß man den fünf und zwantzigsten Mann solte schicken: das ihnen aber die Städte nicht gefallen lassen/ sondern gewolt/ daß besser were/ den funfzigsten Mann zu schicken/ welche beyde Meinungen als sie dem Könige fürbracht worden/ hat er befohlen/ daß die Fürsten und Städte wiederumb zusammen kommen/ und sich vergleichen solten 2c. Gleicher Gestalt/ haben sich die Chur- und Fürsten auf demselben Tag mit den Städten des Landfriedens halben nicht vergleichen können. Da haben sich die Chur- und Fursten besprochen/ und für gut angesehen/ daß die Verordneten von Fursten und Städten wieder zusammen sassen/ und sich solches Articuls vereinigten. Seind also zusammen gesassen/ und sich einer Notul vom Frieden verglichen 2c. Wie solches alles den Strasburgischen Actis einverleibet ist. Item anno 1466. auf dem Tag zu Nürnberg/ haben Chur- und Fursten ein Anschlag gemacht/ den die Städte nicht anders/ dann auf hintersich bringen bewilliget. Darauf ist solcher Anschlag der gegenwärtigen Chur- und Fürsten auf ihr Zusagen/ und der abwesenden Chur-fursten/ Furste/ Grafen/ Herren/ und Städt Gesandten/ auf ein an- und hintersich bringen/ an ihre Herren und Freunde übergeben worden/ des zu angeregten Strasburgischen Acten gezogen. So haben die Chur- und Fursten anno 1489. auf dem Reichstag zu Franckfurt/ nach dem ihnen die Städt dreyerley Meinung angezeiget/ geantwortet/ sie wollen weiter von der Sach handlen/ und auf Morgens durch den Maintzischen Hofmeister ihnen gesagt/ sie haben auf ihr Antwort ihren vorigen Anschlag der Hulf hal-

ben auf drey und zwantzig Monat geringert: und wie die Städte solches auch nicht willigen wolten / ist der Anschlag von Chur- vnd Fürsten wieder biß auf zehen Monat geringert worden. Nachmals haben die Churfürsten nach den Städten geschickt/ und ihnen Maintz gesagt/ sie wöllen wieder über die Sach sitzen / und einen Anschlag fur die Hand nehmen / damit sie nicht weiter zusagten/ dann das Reich ertragen möge rc. Alles laut fernern Inhalts der Strasburgischen / Heilbrunnischen / und Wormsischen Acten.

Desgleichen befindet sich auch aus den Acten des Reichstags anno 1495. zu Worms gehalten (welche bey gedachter Stadt Worms zu finden/) daß die Städte in Berahtschlagung eines Anschlags daselbst bewilligt / durch ihr weigern und widersetzen bey dem Ausschuß eine ansehnliche Ringerung erlangt / nemlich als darvor gar nahe der dritte Theil des Anschlags oder der Summen auf den Städten gelegen/ daß sie doch damals fast bey dem vierten Theil blieben und gelassen worden/ wiewol solches von den Fürsten und derselbigen Rähten (als die Nürenbergischen Acten klarlich ausweisen) nicht wenig angefochten und widersprochen worden.

Vnd ob gleich zu Zeiten die Städte ihr Gutmeinung Chur- vnd Fürsten furgehalten/ aber damit und dardurch nichts erhalten mögen/ als zu Worms auf dem Reichstag anno 1497. beschehen ist / da Chur- vnd Fursten sich entschlossen/ dem Ertzbischoffe von Trier deren von Boppartеn halben zu schreiben/ und solches in der Versamlung anzeigten / habē der Städte Gesandten furbringen lassen / es bedeucht sie besser seyn/ man hätte eine Bottschaft dahin geschickt rc. und wiewol der Ertzbischoff vō Maintz der Städte Botten zugefallen/ haben sie es doch nicht erhalten mögen / wie solches die Wormsischen Acten anzeigen rc.) so ist doch solches gewöhnlich beschehen in Sachen/ die den Städten nichts vorgreiffentlichs/ oder fast nachtheiligs haben seyn mögen: Aber in Sachen / daran den Städten mercklich und viel gelegen / haben sie zum offtermals mit ihrem Widern/ wie ietzt gehort / den Chur- und Fursten Vrsach gegeben/ ihre Meinungen zu endern / als auch jüngst zu Speyer anno 1542. beschehen/ da Chur- vnd Fürsten viel Puncten ihrer gestelten Notul des gemeinen Pfennings / und Anlag/ auf der Städte widern / und Beschwernuß geendert haben; Als da im ersten Concept stunde / daß man von werbenden und handthierenden Gütern sol von hundert Gülden Hauptguts / ein Gülden/ das ist/ doppel Schatzung geben/ diß wolten die Städte nicht willigen/ und wurd der Ort geändert, wie im Abschied begriffen.

Item/ es war geordnet/ daß die Stände ihre Anlag den Crays-Einnehmern / was ihnen über ihr Ausgab überblieben/ gezehlt liefern und überantworten solten / des wolten die Städte nicht eingehen / deshalben wurde der Articul geändert / daß ein ieder sein Gelt vngezehlt in die Truhen einwerffen möchte.

Dergleichen war gesetzt/ daß in Städten ein Einnehmer von Geistlichen seyn solte: Das wolten die Städte nicht willigen/ derhalben ward der Articul geändert/ daß die Weltlichen ihre sondere / und die Geistlichen ihre sondere Einnehmer haben möchten rc.

Item/ es ward berahtschlaget / daß niemands die auferlegte Summa Volcks zu schicken solt erlassen werden / zeigten die Städte an / wie etlicher Städte Vnvermögligkeit stünde / also würden dieselben ausgenommen / als Goslar / Mülhausen / Northausen / Wangen.

Item/ als keine gewisse Zeit ernant war / wielang ein ieder Stand sein Kriegsvolck erhalten solte/ ward auf Anhalten der Städte biß auf den 13. Iulij bestimt.

So ward auch der Articul die Vergleichung der Kriegsleuten belangend / auf der Städte Ansuchen in den Abschied gebracht/ und an vielen Enden gebessert. (*d.consil.* Grempii rc. zum Lamb *pag.24.& seqq.*) [add. *Hodie per Instrum. Pac. art.8. Controversia hac cessat, ubi expresse Civitatibus Imperialibus votum decisivum adjudicatur. Tantummodò lis adhuc superest, an in re- & correlationibus una cum Electoribus & Principibus admitti debeant. Quid in hoc negotio hactenus actum sit, exponit ex aliis Burgold. p.3. ad Instr. Pac. Disc.10. in tot. ad quem Disc. jungenda Francisci Irenici nota in Collegio ad Burgoldensem. Alias acta Comitiorum docent de voto Civitatum à majoribus Ordinibus ingentes motas fuisse controversias cum superiori, tum hoc seculo verbi gratiâ in Comitiis Spirensibus de an.*1542. *in Comitiis Augustanis de an.*1547.1548.*item in Comitiis ibidem an.*1550.*habitis. In* Comitiis Ratisbon. *de an.*1641. *dubitatum an votum Civitatum, ab Electorum & Principum voto discrepans, relationi ad Cæsarem inferendum sit?* Conclusum, *quòd saltem ad acta comitiorum debeat reponi. Hodie, ut duxi, cum magno Imperij bono, lis ista non amplius sub judice est.*]

XV. Cæterum si quæras, quo tempore in Imperio primùm Civitates comitiis interesse cœperint, res mihi expedita non est. Caninius (ad A. B. part.2. pag 90.) notat, quod Carolus IV. ut Bullam suam auream maiori firmaret munimine, civitates quoque liberas ad comitia vocarit Noribergensia anno quinquagesimo sexto supra millesimum trecentesimum: eæque illuc Legatos suos maximo ablegârunt numero. Comitiis Imperij, quando de eligendo Imperatore & aliis negotiis actum; Civitates Imperij longè ante Caroli IV. tempora interfuisse, Historici nos docent. De comitiis electionis causâ habitis videri potest Leheman *in Chron. Spirensi, lib.5. c.17.p.413. lit. E.* & de aliis nempe anno 771.788. 813.*idem d.tr.lib.2.c.37.p.143.* anno 1158. *lib.4.c.3. p.282.d.lib.5.c.58 p* 509. C. anno 1236. *d.lib.5.cap.* 107.*p.*626. anno 1287. *d. lib.5. c.*108. *in pr. & fine. pag.*627.631.anno 1309.*lib.7.c.11.p.*732. & 735. anno 1344.*d.lib.7.c.18.p.*753. *D.*754.*a.c.*755.*c.* anno 1326.*d. lib.7. cap.32. p.*774. Autor anonymus *in tract.* ob die Reichsvogteyen dieser Zeit bey den Reichsstädten wieder angerichtet werden können / *pag.*104. *& seq.* autoritate ibi allegatorum probare intendit, Civitates Imperiales, circiter annum 842. comitiis, ab Ottone I. indictis, interfuisse cum iure suffragiorū. Sed errat in Chronologia, cum Otto I. anno 938. demum cœperit

regnare

regnare. Et in alia opinione fuisse aliquando superiores Imperij Status, didici ex actis comitiorum, anno 1550. Augustæ habitorum. Affirmânt enim illi, tempore Imp. Sigismundi nondum moris fuisse, sed Maximiliano imperante primùm invaluisse, ut civitates ad comitia vocarentur, non aliam tamen ob causam, quàm ut nossent, quid in iisdem decerneretur. Hoc sanè credibile fit, civitates Imperiales ab antiquo comitiis interfuisse: sed cum multa etiam hinc inde apud autores recitentur, in quibus civitatum nulla mentio fit, fortasse non errabimus, si credamus, ab Imperatorum beneplacito, ac negotiorum natura & conditione, dependisse olim, civitates ad comitia vocare, vel non vocare. Posterioribus seculis, quando de civitatibus Imperialibus ad comitia vocandis, nemo amplius dubitavit, quæstiones varias, de earum votis, & iure in iisdem, à maioribus ordinibus illis per intervalla motas novimus, quibus illæ & rationibus & protestationibus sese opposuerunt & iuris sui possessionem hactenus continuârunt. Me quod attinet, credulus sum, civitates liberas insequenti tempore propensiori voluntate ad Comitia vocatas atque receptas propter Imperij accisas opes & reditus & propter urgentes necessitates, toti Germaniæ communes, quarum in numero fuit, restatque illa, quam Turci potentia caussatur. [add. *Dn. Conringius dubitat an possit firmiter probari ante tempora Sigismundi Cæsaris Urbibus liberis Imperialibus locum fuisse in suffragiis ferendis per Comitia Imperii. Quicquid verò sit, ab ætate Sigismundi locum ipsis in Comitiis fuisse certum est, constat enim ex actis Comitiorum suffragia Vrbes tulisse in suâ curia, non minus atque Principes.*]

Habent Civitates ius territorij. XVI. Habent Civitates porrò in suo districtu territorialem superioritatem, die Lands-Obrigkeit. Cum enim Imperii Status sint, suaque territoria immediatè ab Imperatore tanquam Status Imperij teneant, cur iis cohærentia territorij summa post Imperatorem tribuenda non sint, nulla satis prægnans unquam adducta fuit ratio. [add. *Quamvis Andreas Knichen in infelicibus portubus, Velitatione scilicet Apologeticâ & Epopsi contrarium probare in favorem Principum fuerit annixus, laterem tamen lavat, cumque rectè Lampadius (p 3. Reipub. Romano-Germ. c. 14. §. 15. Dn. Autor. h. cap. n. 49.) & alij stringunt. Quin hodie quum per Instrum. Pac. art. 8. expressè superioritas territorialis Civitatibus adscribatur, Cucurbitas cum Hadriano illi pingere docendi sunt, qui in eo amplius disputant, Principum qui ad latus sunt, utinam ubique hoc agerent, ut discordiam ista semina inter Principes & Civitates liberas, tollerentur, atque Principibus autores essent credendi, quod ipsorum non est, hoc ad alios modis omnibus pertinere. Civitatum verò Consiliarij (quod tamen de omnibus Civitatibus aut earum Consiliariis dici nequit,) utinam ipsi quoque non nimis essent libertatis avari,* allzu sehr Stadtisch *(Clapmar. libr. 2. de arcan. Rerumpubl. cap. 19.) Sed ut iuris antistites, suum cuique monerent tribuendum. Sanè ultro citroque si quisque falcem in alienam non immitteret messem, non Vatiniana ista odia, non cædes, non turbæ, Imperio nostro quotidiana essent spectacula. Ita Dn. Autor noster h. cap. n. 49. qui ibidem prolixè examinat Knichenii errorem. Cæterùm quum per Instrumentum Pacis disputationi circa hanc rem omnis ansa præcisa sit, nihil inde enucleare voluimus. Ad summam: Principes in suis territoriis habent* die Lands-Fürstl. Obrigkeit: *Civitates itidem in suis territoriis* die Städliche Obrigkeit / *sive majestatem Imperiali subalternam.*]

An territorialia iura Civitatum differant à superioritate territoriali Principum? XVII. Cæterùm quæritur, an re vel nomine civitatum Imperialium territorialia jura differant à superioritate territoriali Principibus competere. Superioritas territorialis in Principe dicitur landsfürstlich / in Comite gräflich / in Civitate städlich: ut relatum est in causa Hirnheim contra Churpfaltz / apud Meichsner (*tom. 2. lib. 1. decis. 8. n. 3.*) Et putat Bocerus (*de collectis c. 4. n. 43.*) Collectorem *decisionum, seu præiudiciorum Cameræ Imperialis*, verbis, *Civitas Imperii*, impropriè Civitatibus attribuisse die hohe landsfürstliche Obrigkeit / rectè autē vocari die Lands-Herrligkeit / die hohe Lāds-Obrigkeit. Allegat suā in sententiam Matthiam Stephani (*de jurisdict. lib. 2. part. 2. c. 1. n. 63.*) ubi ita fatur: Habent Imperiales Civitates jura territorialia, die Lands-Obrigkeit / sive, hohe Obrigkeit: at non habent landsfürstliche Obrigkeit. Habent jura Principū & Statuū Imperii, ratione rei, sive ratione territoriorū, quę possident. Qui autē & Principes sunt, & simul habent territoria, iuraquè territorialia, illi dicuntur habere Landsfürstliche Obrigkeit: tum ratione personæ Principis sive principalis: tum ratione territorii coniunctim. At civitates duntaxat habent *jura realia*, sive jura territorialia, ratione territoriorum, quæ immediatè ab Imperatore, & Imperio Romano habent, tanquam Status Imperii, at non habent annexam dignitatem regalem seu principalem, sive jura personalia Principum: Non enim in eiusmodi civitatibus est Dux, vel Princeps, ein Fürst: ergo nec jura Principis, Fürstliche Obrigkeit: Dici enim de aliquo nequit inesse. Mihi hoc in passu cum modò dictis autoribus ex asse transeundum non est, cum videam, tutò eorum me non posse sequi vestigia. Quibus Regalia competunt, non protinus Reges sunt, sed regalia jura tenent: Ita qui habent die Landsfürstliche Obrigkeit / non protinus Principes sunt, licet principalia jura teneant. Die landsfürstliche Obrigkeit non nomen mutuatur ab exercente & tenente, sed à natura sua, quæ cum ubique æqualis sit, æquali itidem ubique terminabitur appellatione. Imò verò nec Principis nomen absurdè civitatibus tribuitur, quæ Principis jura, & autoritatem in suos tenent, licèt totum corpus Principis nomine conspicuum non sit. Atque illo sensu Civitates, quibus regalia competunt, Principes sunt, & generaliter omnes Principes dici possunt, qui habent merum & mixtum Imperium (Sixtinus *de Regal. lib. 3. c. 4. n. 37*)

Pacificatio religiosa spectat etiam ad Civitates. XVIII. Ad easdem Civitates porrò pacificatio religiosa, æquè ac ad alios Imperii Status pertinet: hoc est, liberum illis esse, vel Catholicam, vel Augustanæ confessioni conformem sequi religionem. Quod tamen limitationem videtur recipere, per ea, quæ in dicta pacifica-

tione leguntur §. Nach dem aber in vielen Freien- vnd Reichsstädten / die beyde Religionen / nemlich vnsere alte Religion / vnd der Augspurgischen Confessions-verwanten Religion / eine zeit hero im gang vnd gebrauch gewesen / so sollen die hinfüro auch also bleiben / vnd in solchen Städten gehaltē werden / auch derselben Freyen- vnd Reichs-Städte Bürger / vnd andere Einwohner / Geistliches vnd Weltliches Stands / friedlich vnd ruhig / bey vnd neben einander wohnen / vnd kein Theil des andern Religion / Kirchengebräuch oder Ceremonien abzuthun / oder ihn darvon zu dringen vnterstehen / sondern jeder Theil den andern / laut dieses Friedens / bey solcher seiner Religion / Glauben / Kirchengebrauchen / Ordnungen vnd Ceremonien / auch seinen Haab vnd Gütern / vnd allem andern ruhig vnd friedlich bleiben lassen. Hæc limitatio suum quidem obtinet vigorem, ubi utriusque religionis cives suam religionem, quam antea exercuerunt, exercere parati sunt: Quòd si verò utraque pars in unam, sive ea Catholica sit, sive Protestantium, consentiat religionem, Constitutioni huic contrarium non est, si altera utra religionum tollatur, [add: *Compositio (rectius Abolitio) Pacis Dilligensis c. 6. qu. 34. n. 20. &c. Pacem Religiosam ad Civitates Imperiales pertinere negat. Caterum aculeato ejusmodi scripto per Instrum. Pac. art. 5. §. 11. obex hodie est positus, ubi dicitur, quod Libera Imperii Civitates omnes & singula sub appellatione Statuum Imperii in pace religionis contineantur.*]

Quæstiones circa jus mutandi religionem in Civitatibus.

XIX. Illud autem quæstionis est, *an Civitates Imperiales, in quibus post dictam Pacificationem Catholica tantùm, in usu fuit religio, eâ relictâ ad Augustanæ Confessioni consentientem, quam alii reformatam vocant, possint concedere?* Affirmativa responsio verior est, ut indicat consilium elegans Reipubl. Hagenoënsi datum *quæst.* 1 3. & 4. quod extat *tom* 1. *Symphorem. supp'icat. part* 1. *tit.* 3. *de religione, pag* 264 Cranius *de pace Relig. part.* 1. *connexo* 2. *problem.* 3. *pag.* 42. Besold. *de jure Imperialium Civitatum in immutanda religione, num.* 1. & 1. Et pro ratione est (1) præiudicium, quod extat insigne *in Symphoremate supplicat. tom.* 1. *part.* 1. *vol* 2. *pag.* 111. ubi per maiora in pleno conclusum fuisse refertur, processus afflictæ cuidam urbi, quæ etiam post 1555. annum Augustanam receperat confessionem, decernendos esse, 6. Februar. anno 1558. *(2)* Pacis Religiosæ verba & dispositio omnibus Statibus liberam mutandæ religionis facultatem concedunt, nullâ exceptione de civitatibus Imperialibus consignatâ. Quæritur autem porrò *an Cives id invito Senatu facere possint?* Hæc quæstio in utramque partem mota dignoscitur à Dominis Cameralibus anno Christi 1588. in causa aliquod civium Coloniensium, contra Senatum Coloniensium. Illi petebant publicam religionis libertatem, hic eorum resistebat conatui, atque hucusque perstitit resistere. Pro civibus adduci varia possunt: nempe quod alia longè sit ratio subiectionis Civium Imperialium civitatum, respectu magistratus sui; quàm aliorum subditorum, respectu Principis aut Domini, cui parent. His quidem religionis liberum exercitium invitis superioribus suis non licere, illis verò licere maximè. Repræsentare enim in Civitatibus Imperialibus, non Senatum tantùm, sed Senatum cum civibus, Statum Imperii: Indeque cives, non minùs atque magistratus immediatè Imperio atque Imperatori esse subiectos, atque fidelitate homagioque addictos. Cives præterea licèt actu Senatoriam potestatem non obtineant, potentiâ tamen eandem tenere, dum per liberum electionis votum ad eiusdem dignitatis fastigium evehi possint, sie seyn das Holtz / daraus man Rahtsherren machen könne. Cives utique, qui extra Senatum, maiorem & potissimam civitatis partem esse. Hanc in rem extare constitutionem satis claram Ferdinandi Regis Romanorum (*d. tom.* 1. *Symphor tit.* 3. *pag.* 161) Pro Senatu hæc faciunt [1] Civibus uti singulis hoc ius non competit: cùm illi nec Status sint Imperii, nec universitas. (2) Potestas exercendæ religionis requirit ius territorii, die lands-Fürstliche oder hohe Obrigkeit: (*d. Pacific. Religiof.* §. Vnd damit / *ibi*, in ihren Fürstenthumben / Landen vnd Herrschafften) Cives autem non habent jus territorii, sed eorum Magistratus, in quem omnem jurisdictionem transtulerunt. (3) Quod universitati competit, id exercetur per eum, qui universitatem repræsentat. (Cothman. *resfons. jur.* 60. *num.* 62.) Atqui potestas permittendæ religionis competit universitati, *per prædicta*: ergo per illos, qui vicem universitatis gerunt, exerceri debet, nimirum per Duum viros ac Decuriones. Hactenus Syringus *de pace religiosa thes.* 41. cui junge Crabium *de constit. religion. part.* 1, *problem.* 3. Qui itaque partes Senatus sequuntur ad superius pro civibus adductis respondent: Vt maximè in nonnullis cives Civitatum Imperialium, à subditis Principum, & civibus municipalibus differant, in eo tamen convenire, quod subiectionem concernit, & obedientiæ vim. Non minùs quippe Senatui Cives quàm subditos Principi suo teneri obtemperare, tributum, vectigal, & quæ alia sunt munera, tam patrimonialia, quàm personalia præstare. Esse quidem Senatum & cives universim sumptos Statum Imperii; singulos autem cives, vel maiorem eorum partem, Imperii Status non esse: sed universitatem per Senatum repræsentari, atque inde Senatum Statum esse Imperii. Cives universim sumptos immediatè Imperio esse subiectos, cum tunc universitatem repræsentent, quæ immediata est: at ut singulos Civitatis suæ Senatui subiectos, proindeque immediatos non esse. Cives quidem potentiâ Senatores esse, at non actu. Nec quoslibet tamen ubique cives etiam Senatoriæ dignitatis capaces. Cives extra Senatum constitutos maiorem quidem facere numerum, at non potiorem, cùm Senatus potior civitatis pars sit, eamque totam repræsentet. Ferdinandi Declarationem non magni esse ponderis, & Recessibus Imperii non insertam, proindeque in judicando non attendendam: *d. pacific.* §. Wir befehlen / *ibi*, vnd wider solches alles kein Proceß noch Mandat decerniren. Eam communi Statuum suffragio nec latam nec approbatam. Eam viginti quinque diebus ante publicationem pacis religiosæ fabrefactam, itaque per eandem sublatam. *verbis*

dict.

dict. pacific. Vnd alles das in hievorigen Reichs abschieden / Ordnungen / oder sonsten begriffen, &c. Besoldus rem distinctione indigere putat, anne Senatus habeat omnem potestatem, imperiumque omne, an totum simul penes plebem aliqua resideat eminentia potestatis, hoc est, an ad Aristocraticam, vel Democraticam formam civitatis regimen accedat. Priori casu pro Senatu decidendum, posteriori non æquè. Hanc distinctionem commendat quoque Arnisæus (*de iure maiest. lib. 2. cap. 6. num. ult.*) & Cranius *d. loc.* [*add. Si itaque casum de Coloniensibus à Dn. Autore superius propositum, iuxta hanc distinctionem trutinamus, dicendum erit Senatum Coloniensem Civibus Coloniensibus, Evangelicam doctrinam amplecti cupientibus, repugnare hanc posse, utpote quum democraticum regimen, ferè purum in illa Vrbe appareat. Sunt quidem non pauci Cives Coloniæ, qui Evangelicam doctrinam profitentur, cæterum quamvis illi liberum exercitium, in Comitiis per Protestantes Imperij Status quæsiverint, impetrare tamen hactenus non potuerunt, id quod Protestantes adhuc, ut ex aliis Imperii didici, inter gravamina sua referunt.*] *Tertium* quod nobis explicandum restat, illud est, an Senatus invitis Civibus religionem vel Catholicam, vel alteram, quam Lutheranam vocant alij, quæ in civitate aliqua Imperiali post pacificationem religiosam sola in usu fuit, mutare queat? Fluctuare hic mouet Cranius *dict. loc. conne.* 1. Adrianum Gylmannum, Eum affirmativam fovere (*part 1. tit. 4. vot. 2. num. 27.*) negativam verò (*d. tit. 3. pag. 179.*) Sanè nec hic frustra ad distinctionem modò propalatam provocabimus. [*add. Hodie per Instrum. Pac. art. 5. religio debet manere in eo statu, in quo an. 1624. d. 1. Ian. fuit, & nihil contra dictum articulum innovandum. Confer Burgold. p. 2. ad Instr. Pac. Disc. 6. 7. 14. 15. ubi passim videbis, quæ huc collimant*].

Civitates possunt celebrare conventus. XX. Conventus & Diætas Civitatibus quoque habere licet. Vnde singulis annis in die Bartholomæi ordinariè certo in loco conveniunt omnes, vel duodecim deputati legati, secundùm negotij qualitatem Civitates Imperiales etiam vetusto tempore, Conventus habuisse, videre licet apud Lehemannum *in Chronico Spirensi*, scilicet anno 1385. *lib. 7. cap. 67. p. 840.* anno 1446. *d. lib. cap. 100. p. 925.* anno 1471. *d. lib. c. 112. pag. 969.* anno 1474. *d. lib. c. 114. p. 981.* anno 1486. *d. lib. c. 116. p. 983.* Novi autem anno 1522. Eslingæ civitates convenisse, ubi inter alia ex recessu de 25. Iulij §. neben dem allen / appatet, de termino comitiorum ita constitutum fuisse, daß allwegen in einem oder zweyen Jahren / oder so oft die jenigen / so solche Städtäge außzuschreiben Befehl haben werden / für nöhtig und gut ansehen wird / ein Städtag gehalten werden solle. Dominus Georgius Waltherus mihi affirmavit, olim citationes ad civitatum Imperialium diætas, cum aliorum negotiorum publicorum actibus in orbem transiisse, & ideo lentius expedita omnia fuisse; deinde utilitatis causâ placuisse civitatibus, ut eligerentur certæ aliquot ex illarum corpore, quibus incumberet cæteras ad conventus vocare. Sanè, quæ olim civitates hoc egerint in obscuro fuisse, nos docet der Städt Abschied zu Nürnberg anno 1523. 6. Februarij / quando ait: Vnd dieweil man sich jetzohin / laut des Abschieds zu Eslingen / nicht gründlich erklären hat mögen / welches die sondern Städte gewesen / so hievorn die gemeine Städtäge andern Städten außgeschrieben haben / darumb so ist jetzo hie auf dißmahl / dadurch dem alten Gebrauch / noch sonst niemands nichts entzogen / vor gut angesehen / daß diesen nächstkunftigen Städtäge / diese vier Städte / als Straßburg / Nürnberg / Vlm und Franckfurt / allen andern Frey- und Reichsstätten / nach laut einer Verzeichnuß / außschreiben &c. Credo olim hac in re variatum, & ubi necessitas postulavit, civitatem, cui periculum imminebat, vel vis intentabatur, ipsam, vel aliam proximiorem istius, in auxilium cæteras convocâsse. Certum est, in conventu Spiræ anno 1492. decretum fuisse, eine beschwerte Stadt solle der nechstgesessenen es zu wissen thun / welche alsdann die Städte ins gemein beschreiben soll / davon / was zu thun / zu rahtschlagen. Sed hæc sine dubio de extraordinariis, nec statis conventibus, intelligi debent. Ante hæc tempora, nimirum anno 1480. in recessu Eslingensi reperitur cautum, daß damaln eine Stadt der andern es zu wissen machen / und davon erst gehandelt werden solle / welche Stadt der andern zuschreiben solle. Hodie werden außschreibende Reichsstädte genennet / Straßburg / Nürnberg / Franckfurt und Vlm / quod ad easdem, cæteras Imperij civitates liberas ad conventus vocare, pertineat; atque ita quod temporarium anno 1525. in conventu Norimbergæ esse placuit, postea perpetuum esse videtur. [*add. Reinking l. 1. de R. S. & E. Cl. 4. c. 10. n. 35. & 36. tradit nonnullas principaliores Civitates in alias minores vicinas jus directionis usurpare. Cæterùm hoc alij negant; praxi quotidiana etiam in contrarium cuncta*].

XXI. Archivum habeant, Ruland (*part. 2. lib. 5. cap. 4. num. 21. ferè in fin. & num. 22.*) ubi tradit; duplex posse concipi civitatum archivum: *Habent sua Archiva.* Vnum generale, quod est commune omnibus civitatibus Imperij, in quo omnia inter civitates, dum conveniunt, (quod singulis annis semel in die Bartholomæi ordinariè fieri diximus,) conscripta deponuntur, quæ licet olim in diversis locis pro libitu & arbitrio custodirentur, tamen hoc tempore duæ sunt ad hoc deputatæ civitates, in quibus non solùm conveniunt singulis annis omnium vel duodecim deputatorum (secundùm negotij qualitatem) legati, sed etiam conscribuntur, in eodem loco, acta, & directorium penes illas civitates, ubi conventus habetur, consistit; illaque acta non solùm in suo Archivo detinent, sed copiam eorundem ad aliam civitatem simile archivum habentem mittunt, & sic ex una Cancellaria ad aliam transferuntur. Et hoc potest dici archivum liberarum Civitatum, ex quo plurima scripta sæpe producta esse, notum est ex actis inter Status Imperij & Civitates, cùm, an civitates Statum repræsentarent, in controversiam vocatum esset. Alterum archivum est speciale, quod quæque civitas Imperij habet solùm pro se, ac non minorem quàm aliorum Principum Imperij vim probandi obtinet. Placet hic in illud inquirere: *an Civitates Imperiales sibi Can-*

cellarios eligere, atq; constituere possint, aquè ut Imperij Principes? Ego ita censeo: Civitates liberas posse habere Cancellarios, sed hactenus modestia jus suum temperasse. Nullum video obstaculum, quò minùs hoc agere valeant, quòd reliqui Imperij Status. Præterea & Archiva habent & Cancellarias, quidni ergo & Cancellarios, si velint, habebunt? An omnes Cancellariæ utantur nomine, mihi quidem cognitum non est; at hoc teneo, Argentorati, atque alibi etiam, id nomen in usu. Et quid vetat, si alibi in usu non sit, in usum revocare, res postquam illis est, cui hoc nomen commodè rectèquè tribui possit. [add: *Quicquid de eo sit, Syndicorum nomen Civitatibus convenientius est, ut patet ex t. t. D. Quod cujusq; univers. nom. Vnde Syndicus etiam Procurator universitatis dicitur. Et Syndici in effectu nihil aliud sunt, quàm Cancellarij Civitatum. Quin etiam si Civitates Imperij nomen suorum Syndicorum in Cancellarij nomen converterent, propterea tamen nihil (secus ac Dn. Autor putat, immodestius, quàm par erat,) agerent. Academiæ, Vniversitates habent suos Cancellarios, quid ni ergo & Civitates istæ nobilissimas habere possent, si vellent.*]

Habent jus ineundi fœdera. XXII. Civitates porrò inter se, & cum aliis, possunt inire fœdera ac societates (*A. B. t. 15. §. 1.*) Posterioris exempla sunt fœdus Suevicum, cui multæ simul junctæ cum Principibus erant civitates, ut ipsius fœderis innuunt capita, præterea Historici, & (R. A. Augspurg *de anno* 1500. *circa fin. ibi:* Von wegen der Städte im Schwäbischen Bund.) Fœdus Noribergensium cum Episcopis Herbipolensi & Bambergensi, contra Albertum Marchionem Brandeburgensem: atque Vnionis sub nomine inter Protestantium aliquot nostra memoria contractum & distractum fœdus. Prioris exempla de ipsa varia sunt: sufficiat nobis ex pluribus mentionem facere de illo aliquot Civitatum fœdere, quod anno 1422. contra Equites Alsatiæ inierunt; de quo agit Bernhard. Hertzog / (*in Chron. Alsat. l. b. 2.*)

Fœdus Hanseaticum. XXIII. Vt & de altero, quod Hanseaticum dicimus, cum inter civitates Hanseaticas ultro citroque vigeat. Quod tamen hoc præ cæteris singulare habet, quòd eodem non tantùm Civitates immediatæ, sed & mediatæ contineantur: imò & aliæ extra Imperij limites Civitates huic fœderi addictæ.

Hanseaticæ urbes variis nominibus insigniuntur. XXIV. Vocantur (1) In Imperij Recessibus, quandoque Hayn- vnd Seestädte (R. A. zu Speyer *de anno* 1544. §. Demnach haben wir auf R. A. zu Regenspurg *anno* 1557. §. Wir wollen auch aus gleichem Bedencken. R. A. zu Augspurg *de anno* 1566. §. Die Hayn- vnd Seestädte belangend. R. A. zu Regenspurg *de anno* 1567. §. Auf daß dann auch. R. A. *de anno* 1576. §. Wir wollen auch / Hayn mihi idem est quod magnus, à Hunnis, quorum procera erat statura, nobis usurpatum. Maiores enim nostri Hunnos dixerunt, die Hanne / & grossen Haynen eos, qui statura Hunnos æquabant; & adhuc hodie in aliquibus locis uvæ maiores dicuntur Haynische Weinbeer. Haynstädte itaque hoc sensu erunt grosse Städte. (2) Vocantur eædem civitates Hansastädte (R. A. zu Regenspurg *de anno* 1594. §. Deßgleichen die freye.) &, quod popularius est, Hansestädte. Circa originem hujus vocabuli, missis aliorum opinionibus, tutiùs ac rectiùs dici potest, Hanseaticas dictas primùm Handelstätte à cõmerciis, quibus indulgent, posteà, corrupto vocabulo Hanselstädte / & denique corruptiùs Hansestädte. Nec hæc conjectura tantùm, sed & firmatâ vetustate, cum Hansgrave idem erat ac Handelsgrave. (Wigul. Hund *in metrop. Salisb. pag. 1.*) Nec à vero etiam abludit Henricus Suderman ICtus Coloniensis & quadraginta ad annos fœderis Hanseatici Consiliarius, qui arbitratur, vocabulum hoc esse Gothicum, aut Vandalicum, significans congregationem. Probat hoc ex novo ejus linguæ testamento, in quo pro verbis, concilium fecerunt in unum, extat Hansa. Quod sine dubio Galli secuti sunt, quibus *hanser un homme*, est / eum recipere in civium numerum, ut libertatibus atque privilegiis eorundem utatur, fruatur: hoc est, einem das Bürgerrecht geben. Atque hanc præ aliis sequor derivationem, potiùs tamen priori loco positam, quæ tamen & ipsa quoque cum hac ex parte coincidens est. Qui enim conveniunt in unum, ut de negotiis certis inter se consultent, aut qui in una eademque civitate degunt, æquè dicuntur mit einander handelen / handelen vnd wandelen / quàm qui aliis indulgent commerciis. [add. *Alij docent vocabulum* Hanse *in linguâ Germanicâ significare fœdus & societatem civitatum pro securitate commerciorum initam. Idem agnoscit Goropius Becanus, qui vocem: Anse; societatem significare scribit.*]

Origo fœderis Hanseatici. XXV. De initiis Hanseatici fœderis discrepantia est: Thuanus, (*histor. lib. 51. pag. 838.*) originem hujus societatis ab anno 1200. repetit, paulò ante tempora Friderici II. quo civitatum in littore Baltico, & cæteris Saxoniæ inferioris regionibus delegati, inito fœdere ad commercii libertatem tuendam coierunt, & privilegiis ac immunitatibus à Principibus vicinis impetratis, tam firmam societatem contraxerunt, quæ paulatim fœderatorum multitudine, potentiâ & opibus in tantum amplificata centum annorum spatio crevit, ut ex eo florentissima, deinceps Regibus ipsis quorum beneficio aucta fuerat, invidiosa usque ad hanc ætatem permanserit. [add. *Cum Lubeca, quæ fœderis unâ cum aliis Vandalicæ, quæ appellantur, urbibus, caput semper audierit, non potest profectò Societatis origo excurrere ultra ipsa earum urbium primordia. Cœperunt verò illæ condi seculo illo duodecimo declinante. Quis porrò credat fœdus illud coiisse, quo tempore Lubeca, Hamburgum, & reliqua pæne omnis ora Balthica, impotentem dominatum Danicum passa? Excussum autem illud jugum est anno millesimo ducentesimo vicesimo sexto. Neque legas in bellis pro libertate, contra Woldemarum eiusq; filios Ericum, Abelem & Christophorum, Daniæ Reges gestis urbium ad Balthum sociis armis Lubecenses usos: confectum autem id bellum fuit circa annum 1259. Itaq; post annum sexagesimum, fœdus illud demum coiit, pace scil. cum Danis pacta, adeòq; magis magisq; florentib. jam maritimis commerciis. Ipse Angelius* part. 3. centonum suor. c. 10. *urbes Hansicas firmiorem societatem iniisse testatur anno* 1270. *tabulas vero fœderis servari hodieque in archivis. Neque verò fi-*

dem

dem meretur quod idem scribit c. 15. visa sibi antiqua documenta, privilegiorum anno 1194. Societati huic concessorum, aut, quod alii narrant, ab Henrico III. Angliæ Rege, anno 1206. amplissimis privilegiis societatem hanc ornatam. Namque Henricus III. puer patri successit primùm anno 1217. anno verò 1194. urbes Vandalicæ pleraque vix cœperunt coli. Credimus tamen ab Henrico III. illo data quadam privilegia Societati, cum id ipsum testetur Polydorus Vergilius: at Henricus ille regiâ est dignitate usus ad annum usque 1273. Confirmatur conjectura, quod Angelius producens excerpta ex tabulis Norvvegicis, non potuerit laudare aliquid antiquius anno 1278. Sed nec in compendio legum fœderis, quod, à Dom. anno confectum, partis quartæ cap. 11. *inservit Angelius, ulla legitur antiquior constitutio anno 1312. Ut forsassis illo demum tempore in justum corpus coierint. Ita Dn. Conring. de Orig. huius fœderis in Diss. de urbibus Germ. th. 95. & 96.*]

Numerus Hanseaticarum Civitatum

XXVI. Inter Hanseaticas civitates referunt Lubecam, Bremam, Rostochium, Wismariam, Thornam, Elbingam, Dantiscum, Regiummontem, Brunsbergam, Rigam, Derbatum, Revaliam, Stetinum, Stadam, Vlzeniam, Buxtehudam, Stargardiam, Anclamum, Golnoviam, Hamburgum, Lunæburgum, Griphisvvaldiam, Colbergam, Coloniam, Osnabrugam, Susatum, Mindam, Hervordiam, Padebornam, Lemgoviam, Tremoniam, Monasterium, Neomagum, Daventriam, Zutphaniam, Suollam, Hardervvicum, Grœningam, Weseliam, Duisburgum, Elburgam, Sauriam, Ruremundam, Arnhemium, Campos, Bolloverdam, Lippiam, Vnnam, Hammam, Emericam, Bilefeldam, Venloam, Brunsuigam, Magdeburgum, Hildesiam, Groslariam, Gœttingam, Hannoveram, Eimbecam, Hameliam, Cosfeld, Stolpe, Rugenvvold. [add. *Extendit numerum Angelius* parte 4 capit. 16. ad centum & octo, *sed indicem nominum inspicienti, facilè apparet, multas ab illo recensitas ne nomen quidem fœderi dedisse, aliàs ante aliquot centum annos illi renunciasse. Multas autem urbes in societatem fœderis accipere primi fœderis autores sunt coacti, quòd soli non sufficerent defendendis immunitatibus suis adversus vim & injuriam. Lucri verò exspectatio in adeò multis societatis desiderium excitavit: quòd soli scilicet socii ad commerciorum hæc beneficia admitterentur. Qua de causa, consensu etiam principum dominorumque contractum fœdus, aliàs Principibus meritò suspectum: quod & hi urbes suas omni commerciorum genere florentissimas esse cuperent. Ita Dn. D. Conring. de Vrbib. German. th.* 100. 101.][add. *Est & in Norvvegia Berga Hansici juris. Halam, Stendaliam, Solquellam, Berlinum, Halberstadium, Quedlinburgum, Ascherslebiam, Northeimium, Helmstadium, Vratislaviam, Cracoviam, Francofurtiam ad Oderam, (præ cæliquis insigni quodam ferreo huius iuris indice, in summo augusta Curia cacumine versus meridiem superbiens.) Brandeburgum: Kloak. de Contrib. c. 14. l. 3. n. 3. controversi iuris vocat.*].

Classes & metropoles Hanseaticarum Civitatum.

XXVII. Totum autem hoc Hanseaticum corpus in quatuor classes, membra, metropoles, hoc est, in die vier Quartier distribuitur, cuilibet verò classi certa, quasi pro capite, civitas est, quæ vocatur die Quartierstadt. (1) Lubeca, [add. *Est enim inter Vandalicas Civitates, quæ huius fœderis autores, præcipua.*] ist die Quartierstadt inter civitates Pomeranicas & sea Vandalicas. (2) Colonia, [add. *Nam hæc etiam ante hoc fœdus Hansicum, fœdus cum vicinis urbibus habuit, adeòq; unâ cum sociis in Hansicam societatem transiit. Dn. Conring. de Vrbib. Germ. th.* 100.] ist die Quartierstadt inter civitates Cliviæ, Marchiæ, Transisalaniæ, Geldriæ, & aliquot Westphaliæ. (3) Brunsuigum, [add. *Hæc inter Saxoniæ Civitates tum extulit caput, & adhuc hodie in isto fœdere est, ac cum Belgis Fœderatis, qui in ultimâ obsidione ipsi succurrerant, amicitiam colit.*] ist die Quartierstadt inter civitates Saxoniæ & nonnullas Westphaliæ. (4) Dantiscum ist die Quartierstadt inter civitates Borussiæ & Livoniæ.

Quatuor harum Civitatum emporia.

XXVIII. Quatuor prætereà istæ civitates habuerunt empòria: primùm, Londinum, quòd Societati ab Henrico III. Anglorum Rege anno Epochæ Christianæ 1250. attributum est: cuius summam fidem ac firma auxilia experti posteri Reges, & inprimis Eduardus III. bello adversus Gallos feliciter gesto, negotiatores Teutonici Collegii nullis novis vectigalibus, tributis, exactionibus, subsidiis, aliisve præstationibus deinceps onerandos, sed ab hisce omnibus oneribus immunes sanxit peculiari diplomate. Quod Richardus II. Henrici IV. V. & VI. religiosè servârunt, donec ardente inter Anglos & Danos bello, cum in Hellesponto Danico Anglorum naves interceptæ fuissent, in vindictam eius damni ab Anglis pariter naves sexaginta Teutonicæ Societatis captæ ac spoliatæ sunt. Quæ res initium bello tricennali Anglis cum civitatibus causam præbuit, quod tandem Caroli Burgundi, qui Eduardi sororem uxorem duxerat, interventu Traiecti ad Mosam compositum est, anno 1474. Ab eodem tempore, per annos circiter octoginta sub Richardo III. Henrico VII. & VIII. Eduardo VI. Germani immunitates suas in Anglia retinuerunt, licèt eas Gedanenses aliquantum turbaverint. Alterum emporium Brugis habuerunt, urbe Flandriæ, quæ à sociis frequentari cœpit circa annum 1262. Demum anno ducentesimo, vigesimo sexto pòst, multùm hæc urbs de pristina opulentia amisit, propter seditionem capto Maximiliano Rege, & præcipuis quibusdam ministris in eius conspectu occisis, excitatam. Hac in civitate primum nomen Bursæ cœpit, ut Guicciardinus (*in descriptione Belgij pag.* 65.) autor est. Est, inquit, Brugis Flandrorum platea quædam seu forum omnibus urbis partibus valde accommodum, & in eius fronte ampla quædam & vetus domus, structa ab nobili illa familia Bursiorum, von der Beurse/ quorum in lapide secto præfert insignia, tres videlicet Bursas, sive marsupia. Atque ab hac domo & gentilitiis huius gentis insigniis, ut in talibus amat fieri, nomen accepit idipsum forum. Quod quia delegerant Mercatores Brugenses ad celebrandos mercatorios suos conventus, iidem Antverpiam, Bergozomiumve ad mercatum profecti, locis seu foris, in quibus ad negotiandum congregabantur, & similitudinem & imaginem fori illius Brugensis, indiderunt Bursæ vocabulum. Cæterum prædictam ob seditionem portu Brugensi à Friderico Cæsare obstructo, commercium omne Antverpiam translatum est, & Societatis civitates negotio-

rum suorum sedem in ea fixerunt. Cùm enim Lubecensium rogatu ad privilegia Societati à Iohanne II. Brabantiæ Duce anno 1315. concessa, & per Antonium item Brabantiæ Ducem confirmata anno 1409. Philippi Regis ab Antverpiensibus exorati autoritas anno sexagesimo secundo superioris seculi accessisset, in comitiis societatis decretum est, ut in collegium Antverpiæ constitueretur, publicâ domo in urbe extructâ, in qua propriam jurisdictionem Senatus Mercatorum haberet, eaque de re cum Senatu Antverpiensi transactum est, depensis à Societate sexaginta Caroleorum millibus. Hodie domus hæc quidem adhuc amplissima conspicitur, nomine der Oesterlinger Haus / sed & mercibus atque mercatoribus vacua, negotiatione Amstelodamum translata. Tertium emporium Societati ante trecentos, & quod excurrit, assignatum est Novogardiæ in Russorum Imperatoris ditione amplissimâ civitate, sed commercium ob sævitiam ac perfidiam Ioannis Mosci Revaliam inde translatum. Postremò à Russis ipsis, Revaliensium injuriam causantibus, postquam Narvam Livonicam occupârunt, eò quoque sedes commercij & emporij translata est, anno superioris seculi quinquagesimo octavo; quo mox Angli, Belgæ, Galli magno concursu undique confluxerunt, multùm fremente Livonij ordinis Magistro, & Archiepiscopo Rigensi, de injuria Imperio facta apud Ferdinandum Cæsarem communicato simul consilio expostulantibus: continuatum nihilo minùs commercium & navigatio, donec Ericus Suecorum Rex, cui nullam non vicinis incommodandi occasionem arripere ludus erat, Lubecensium naves Narvâ redeuntes, hostiliter captas Revaliam & Stocholmiam duci, ac merces omnes in fiscum redigi jussit. Quod ocennal: b. llo causam præbuit, Sterinensi pace composito. Sed cùm Ioannes pactis non staret, eam ob causam præcipuè anno 1572. civitatum conventus indictus est, & de Ioanne Rege in ordinem redigendo deliberatum. Quartum Civitatum sociatarum emporium Bergæ in Norvvegia fuit, ubi & magis expressa antiqui fœderis vestigia, quàm alibi remanserunt: sed tractu temporis Danicâ nobilitate quæstu allectâ, & sub Friderico II. institoriam faciente, Societas multùm in ea provincia decessit, cùmque ea de re apud Fridericum II. per legatos civitates expostulâssent, ille anno 1552. etsi salva jura, privilegia, immunitates eis se Regiâ fide servaturum respondisset, tamen neque Nobilitati Daniæ navigationes inhibuit, & opificum collegia, quæ socii Belgæ suis domiciliis adjuncta communi secum libertate frui patiebantur, omnino abolevit. His & aliis de causis celeberrimus conventus ille anno 1572. Lubecæ habitus fuit, in quo antiqua jura renovata, & pleraque decreta facta, quorum alia ad disciplinam inter socios servandam pertinentia tenuerunt, alia quæ externos Principes spectant per legatos explicata, majorem partem irrita fuerunt. (Thuanus *dicto loco.* Chytræus *in Chronic. Saxon. pag.* 676.) [add. *Hodie, dumtaxat ratione lucri quisque sibi melius esse cupit, quàm alteri, unicâ tantummodò contoria Bergensis in Norvvegiâ florere videtur, Londinensi, Brugensi, Novogardiensi, contorijs Hanseaticis ferè immortuis. Olim sanè quoad commercia Hanseatica Civitates familiam duxerunt. Hodie quum Angli & Hollandi, Sueci & Dani charitatem lucri sibi mancipio & nexu quasi propriam reddiderunt; Hanseaticarum Civitatum causa non amplius potior, sed (exceptis excipiendis) post principia ponitur. An Hanseatica Civitates adhuc gaudeant privilegiis à Regibus Galliæ indultis, quorum D. Autor h. cap. n. 78. mentionem facit, non immerito dubites, utpote quum hodie Galli illud:* Proximus sum egomet mihi; *bene in rem suam vertere norint. Henricus IV. tamen adhuc confirmavit privilegia Hansa Teutonica. Hamburgenses & alii hodie commerciis suis per pacta cum Anglis, Suecis, Danis & Hollandis inita, specialiter provident, ut dies docet.*]

XXIX. Habuit hoc fœdus olim suos protectores, quales antiquitùs fuere Magnus Ordinis Teutonici Magister. Cessante autem Ordinis illius, sub Alberto Brandeburgensi, potestate, ipsa etiam cessavit protectio. Eo autem tempore varij Reges & Principes patrocinium hoc ambierunt, inter quos Reges Daniæ, Sueciæ & si famæ credimus, Hispaniæ, propter dominium Belgij: item Franciscus Dux Alensonius, postquam in Belgij Principem electus, adscitis, missis ad hoc Lubecam, ubi tum fœderatorum conventus erat, legatis suis, Ioachimo de Brandstein, & Philippo Fa.. renrod: quorum illi absolutè repudiati, hic verò vanâ spe lactatus, & protectione temporis pertæsus, sponte recessit. Ita fœdus illud hucusque sine protectore mansit. *De Protectione hujus fœderis.*

XXX. Conveniunt autem fœderatæ illæ civitates quotannis Lubecæ, ibidemque archivum suum habent. Tale enim est & dicitur, tum propter præeminentiam, quam Collegium illud Civitatum ex eo assequitur, quòd civitates Imperiales iis sint conjunctæ, quæ singulæ per se jura archivorum habent. Cum ergo dignior qualitas semper consideretur, ex conjunctione civitatum Imperialium hoc jus habere censentur. Tum quod hoc archivum à duobus Imperij civitatibus, Colonia & Lubeca, dependeat, quæ huic sunt præfectæ, & ideo ex earum dignitate meritò omnium cæterarum Civitatum Hanseaticarum jura regulari debent (Rutger. Ruland. *tr. de comm'ss part. 2. lib 5. c. 4 n.* 58.) *Civitates Hanseaticæ ubi conventus instituant.*

XXXI. Succedit nunc fundamentalis ista quæstio: *an fœdus hoc Hanseaticum licitum legibus atq; Constitutionibus Imperii sit?* Pro fœdere Hanseatico extat scriptum apologeticum, cui titulus: Der vereinigten Teutschen Hansestädte Verantwortung / samt angehängter Protestation wider etliche spargirte Schrifften / darinn der uralte Hansische Bund / für eine verbottene Liga übel angezogen und ausgeruffen worden. Er rationes non desunt, quibus legitimum monstrari poterit. *Primò* etenim à Carolo IV. illud confirmatum memoratur: idemq; Imperator, cum Civitas Brunovicensis fœdere illo, anno 1377. exclusa fuisset, effecit intercessione & autoritate suâ, ut iterum reciperetur (Cranzius *lib.* 9. *Vandal. c.* 7.) Fridericus III. Imperator Coloniensem civitatem ejectam aliquando è societate dicta, intercedens effecit ut iterum susciperetur (Cranz. *lib.* 15 *Vand. c.* 27.) Ferdinandus atque Maximilianus II. Imperatores, quilibet monitione *An fœdus Hanseaticum sit licitum*

tione suâ Bremensi civitati proficui fuerunt, ita, quæ à sociis fœderis exclusa, gratia facta in integrum restitueretur, & membrum de novo fœderi accresceret. Postquam anno 1566. orta inter civitates controversia, periculum esset totalis fœderis ruinæ, laudatus modò Imperator Maximilianus easdem ad pristinæ amicitiæ vinculum corroborandum adhortatus est. Nec temporis adeò longum intervallum à nostro est, quo Rudolphus II. Imperator Hanseaticarum civitatum patrocinium contra Angliæ Reginam Elisabetham suscepit. *Deinde* per tot Imperij recessus, quibus Hanseaticarum civitatum frequens fit mentio, ne jota quidem aut apex ullus reperiri datur, quo improbatum hoc fœdus videri queat, quod factum dubiò procul, si ab Imperij Ordinibus pro illegitimo habitum fuisset. *Deniq;* non parum roboris antiquitas temporis, quo contractum hoc fœdus fuit, secum ad nos usque tulit. Non obstant in contrarium ab aliis disputata, quod huic fœderi civitates municipales aliorum Imperij Statuum habeantur connexæ, quibus jus fœderis ineundi non competit: (*cap 15. Aur. Bull.*) Salvo enim Principum atque Dominorum suorum jure, fœderi illæ Civitates incorporatæ præsumuntur, nec inde protinus exemptionis argumentum est, quod Hanseaticæ sunt: (Reinking. *d. lib. 1. class. 4. c. 20. n. 48. & seqq.*) quæ præsuppositio textus verò aureæ Bullæ nobis obstaculo non est. Imperio porrò cognitum Hanseaticum hoc fœdus, superius adducta, Imperatorum factâ approbatione, Recessuumque Imperij tot documenta abundè probant: Sed uti in antiquis fieri solet, non omnes qualitates & accidentia fœderis ex asse Imperatoribus nota: quæ ut notiora redderentur, non solùm (R. A. *de anno* 1548. §. Solchem zu begegnen) penitius inquirendum statuit, sed & Rudolphus II. Imperator datis ad Lubecenses literis sub dato Pragæ ultimo Maij anno 1606. voluit, daß der Raht zu Lübeck/als Director der Hansestadten/alle und iede/ alte und neue Hansische privilegia, Einigung/Bundnuß/capitulationes, statuta, und bey gehaltenen Hansetägen auffgerichte Receß/auff Ihrer Kayserlichen Majestat Reichshofcantzley uberschicke/neben einer ordentlichen Verzeichniß aller Städten/ wie oder wann sie in den Bund kommen. *extat in actis Brunov. part. 3.*) Hactenus de Civitatibus Hanseaticis. [add: *Hodie Hanseatica ista societas sive Hansa Teutonica in immensum decrevit, potentiâ Principum Imperii hodie mirum quantum prævalente. Persistunt adhuc in illo fœdere Civitates vi ac potentiâ suâ immixa, queq; commerciis hodie florent v. g. Lubeca, Hamburgum, Brema, Rostochium, Dantiscum, Colonia &c. Reliquæ minorum gentium, & præcipuè municipales v. g. Hannovera, Vlzene Belfeld, Gœttinga, Hamella, Northeimium, Helmstadium & alia nomina tantum in istâ societate profiteri videntur. Principes etiam securitati status sui magis consultum arbitrantur, si Vrbes, sibi subjectas, ex illo fœdere tandem planè eximere possint. add.* Warenmund. *ab Ehrenberg. de Fœderib. lib. 2 c. 2. n. 44.*] [add: *Audiamus de hoc fœdere, Dn. Conringij mens de fœdere Hansico juxta communem Germaniæ Præceptorem Dn. Conringium. Quamvis hæc celeberrima, ac nobilis societas ipsis primum centum annis, in Regibus, principibusque, quorum beneficiis nata erat, formidabilem potentiam excreverit, bella quoque, pro concessis semel immunitatibus suis, cum Danis, Suecis, Anglis, aliisque populis magnâ felicitate gesserit; post annum tamen millesimum quingentesimum sensim cœpit deficere, ita ut anno præter propter sexagesimo post, animam propè agere visa fuerit. Actum quidem deinceps anno 71. de instauranda societate Hansica, & renovando civitatum fœdere, formula quoque fœderis nova in conventu proposita anno 79. à paucis tamen in eam consensum. Aliæ leges fœderis anno 1604. conscriptæ, nec minùs strenuè à nonnullis laboratum de societate reparanda, sed post tot etiam labores, magis magisque, ad paucas urbes ingens illa olim societas, magno sanè urbium damno, contracta est. In causas verò ejus decrementi inquirentibus, non una videmur illa occurrere. Præcipua fortè est, sociarum urbium inæqualitas: quæ ut omnium ferè seditionum mater est & causa, ita quoque omnes in universum societates dissolvere solet. Cùm nempe parvæ urbes exiguum ex hoc fœdere fructum percipere se existimarent, pleraque ad se majoribus trahentibus, primum ab his negligi societas, mox & relinqui cœpit. Ad hoc, ipsæ illæ exteræ gentes nauticis commerciis operam dare, Hansicorum exemplo, didicerunt, quibus tamen alibi non eæ immunitates concessæ: hinc orta invidia, & societati sua libertas passim erepta. Quæ alibi frustrà iterum quæsita, alibi reparata quidem, non nisi sumptuosissimis tamen bellis suscepit. Vnde maximum ærarij damnum enatum, relinquentibus plerisque, etiam potentiam societatemque ipsam sensim labefactavit. Denique haud parum detrimenti attulit quoque Hansicis, Flandorum & Hollandorum mercatura & rei nauticæ studium, quo illæ gentes ab anno usque millesimo ducentesimo, cum primis autem post quingentesimum, floruerunt. Primùm enim intercepius monopolij fructus, mox præcipua nautici commercij vis ab Hansicis in Hollandos tandem transiit. Hæc Dn. Conringius (d. exercit. thes. 102. & 103.) Idem Dn. Conringius. Id verò, inquit, non minimam Germanici Imperij labem arguit, quod ingens adeò societas coierit nulla autoritate publicâ. Eo enim effectum, ut cùm externis regnis & provinciis pacta, contractus, conventus sint initi, non publico Imperij nomine, sed privato sub duarum aliquot urbium. Quod in bene constituta repub. uti nunc profectò est tolerandum. Fuit autem & ipsis sociis urbibus privatim id noxium: utpote quæ publicâ Imperij autoritate destitutæ, solæ excipere vim omnem exterorum populorum coactæ sint. Verùm quo tempore cœpit societas, & aliquot post seculis, perturbatissima Imperij ratio, & attritâ Cæsarum dignitate, parùm in republica præsidij fuit positum. Vt ergo plurimi alij errores tum commissi, ita & hic, recepto tum more, contigit. Aliàs haud fortè difficile fuisset, & toti Imperio, & urbibus sociis consulere ab initio, ad illum modum, quem in societatibus mercatorum, Indica, Americana, Septentrionali, alisque instituendis, Belgici fœderati ordines magna cum prudentiæ laude observârunt. Hæc Nobiliss. Dn. Conring. d. Exerc. th. 101.*]

XXXII. Civitates imperiales porrò hoc jure gaudent, quod immediatè coram Camera debeant conveniri. Quo casu licèt duriorem causam, quàm reliqui Status, quibus Austregæ com- *Vbi conveniantur Imperiales Civitates?*

petunt, videantur sustinere, attamen meliorem & digniorem præ reliquis mediatis obtinent.

Quæ Civitates Imperiales Austregis utantur.

Pro exceptione hujus positionis notandum, nonnullas civitates immediatas ex privilegio, vel longissimi temporis præscriptione, singulares habere judices, besondere Austräge / & sic coram istis, non coram Camera primam habere instantiam. Hinc Straßburg judices primæ instantiæ habet, Basel / Worms vnd Ulm: Dinckelspühl Consul & Senatus in prima instantia judicem habent ihrer Stadt-Amman / qui sibi quatuor adjungit juratos Senatores ex Civitatibus, Nördlingen / Rotenburg an der Tauber / Schwäbischen-Hall / vnd Schwäbischen Wert. Eßlingen Judices habet Consules & Senatum civitatum Ulm / Reutlingen vnd Heilbrunn / ita ut in actoris sit arbitrio, locum commodiorem ex his tribus civitatibus eligere, ubi judicium habeatur. Nürnberg habet Windsheim vnd Weissenberg am Nortgau. Regenspurg in causis civitatum judices agnoscit Augspurg / Nürnberg vnd Ulm: Actor etiam sui arbitrio quinque vel septem ex Senatu Ratisponensi judices eligere potest. Reutlingen habet judices Ulm / Eßlingen / Schwäbischen Gemünd Schweinfurt Consul & Senatus primam instantiam habent coram suo Reichsvogt / qui sibi aliquot Senatores, sive Scabinos Noribergenses & Rotemburgenses adjicit:

De Civitatum Imperialium annuo tributo & interesse Imperij circa illud.

XXXIV. Civitates Imperiales Imperatori quotannis pendere debent certam pecuniæ summam, quæ Reichs Steur der Städte appellatur. (olim hoc tributum vocatum Reichs-Schilling) Rediit exinde ad Imperatores nostros haud leve compendium, sed id postea pedetentim ita decrevit, ut hodie ad quindecim, vel viginti millia florenorum, redactum esse dicatur. Decrementum hinc traxit originem, quando Imperatores nonnullis civitatibus hunc censum in totum remiserunt, benignitate precibus vel pretio cò inducti: nonnullis partem ejus tantùm remiserunt, & cæterarum portiones variis utendas fruendas contulerunt. Argentoratum liberum est ab hac collatione. Civitas Sancti Galli anno 1417. ab Imperat. Sigismundo, tunc Constantiæ Concilij causâ degente, libertatem ab hoc onere, & tributo nummis sibi comparavit, Strumphio teste (in der Schweitzer-Chronic *libr. 5. c. 8. fol. mihi 41.*) Ludovicus IV. anno 1329 24. Octobr. aurea bulla Cremonæ data, donavit universitatem civium Augustanorum, inter alia, etiam hoc privilegio, ut pro debito Imperatori cum censu cum tributo, non amplius, ut anteà, quingentas, sed quadringētas, nummi libras quotannis fisco dependeret (Crusius *annal. Suevicor. libr. 4. c. 7. fol. 213.*) Civibus Lindaviensibus à Sigismundo, privilegio Constantiæ, anno 1415. hæc gratia facta, daß sie / vnd ihre Nachkommen / Bürger zu Lindau seiner Majestät vnd dero Nachkommen an dem Reich zu jährlicher Reichssteuer zweyhundert lb Heller / vnnd nicht mehr fürbas geben / vnnd zu geben pflichtig seyn sollen: (Gründliche ausführung der Stadt Lindau *pag. 631.*) Ab eodem Sigismundo ist Hern von Pappenheim / vnd dessen Erben / seiner getreuen Dienst halber verschrieben worden / die Steur der Stadt Schwäbischen Werd / Weissenburg vnd Ala / sambt der halben Judensteuer zu Augspurg / anno 1429. (Wiguleius Hund im Bayerischen Stammbuch / *part. 2. sub rubr.* Pappenheim / *fol. 166.*) Idem cum factum etiam fuerit ab aliis Imperatoribus multoties (Wurfbein im vnvorgreifflichen historischen Bericht *part. 9. p. 255. & seqq.*) justâ ratione capitulationibus Imperatoriis insertum, ad Imperium hæc, & alia revocanda esse. Capitulat. Caroli V. a. 23. Ferdinandi I. art. 22. Rudolphi II. art. 24. Matthiæ art. 28. Ferdinandi II. art. 27. Ferdinandi III. art. 31. Certum enim est, anteriores Imperatores, tot alienationibus redituum Imperij successoribus suis eam necessitatem imposuisse, ut de patrimonio proprio vivere, & sumptus ex eodem pro Imperij decore facere hactenus coacti fuerint. Quod cùm Imperator Rudolphus II. nimis molestum sibi suisque rebus esse deprehendisset, anno 1582. die 30. Julij Status, in comitiis Augustanis, admonuit, ut de subsidio certo solliciti essent, se enim ejusmodi sumptibus ferendis amplius parem non esse. [add. *Coronidis loco hic aliquid addendum de Urbium Imperialium regimine: Civitates autem Imperiales gubernabantur olim à Principibus, Comitibus &c. aut Imperatoris Præfectis, planè ut cæteræ regiones. Postea paulatim sui juris facta, liberiorem Rempub. i stituerunt, & in statum Aristocraticum migrârunt. Cum autem Patricij superbè imperare inciperent, tandem seculo XIV. motis à plebe seditionibus, dein. Optimatum Respp. in Democratias sive Politias commutata. Paucorum autem status vix in unâ aut alterâ Civitate hodie superest. V. D. Lud. Hugo. de Stat. Reg. Germ. c. 5. §. 2.*]. Nunc de Civitatibus Imperialibus in specie.

CAPVT II.

Aquisgranum.

Aquisgrani situs & etymologia.

I. AQuisgranum Germanis Aachen vel Acken / urbs in Menapiorum finibus, inter Rhenum & Mosam sita, loco depresso, & collibus ferè cincto, ob commoditatem medicarum aquarum, ut credibile est, condita; nam in ea præcipuæ thermæ sunt, Regiæ alteræ, alteræ Corneliæ dictæ, ut locorum intercapedine, ita vi & facultatibus diversæ. Nomen accepisse fertur à Grano, Imp. Neronis fratre, [add. *Huic narrationi de Grano Neronis fratre, uti mythologica plerique derogant,*] atque ab aquis calidis, sive thermis, ab eodem ibi repertis. (Munsterus 3. *Cosmogr cap. 214. pag. 707.*) [add. *Huc etiam collimat Guntherus l. 1. pervenit ad illum usquè locum, cui nomen Aquis posuere priores.*]

Palatium & templum hic à Carolo M. exstructum.

II. Eam Carolus Magnus, ab Hunnis primum vastatam instauravit, palatio Regiâ magnificentiâ, temploque, auro & argento splendente extructo. [add. *De hoc templo ita Celtes. l 3. Amor. Quaquè patent celsa genetricis templa Tonantis, Sanctius in nostro queis nihil orbe micat.*] Quorum illud anno 1381. à Normannis, in Germaniam irruentibus, exustum fuit; hoc propter arctissimam lapidum congeriem Vulcano resistere.

[add.

[add. *Quare Aquisgranum Carolo M. adeò arriserit, varia circumferuntur coniectura. Ego existimo Carolum, post tot ingentes victorias & exantlatos improbos labores, lectibujus Salubritate ac commoditate inductum, ut huic Urbi tanquam scopulo affixus adhareret. Reiicienda itaque & risu prosequenda fabula Petrarchæ (l.1. Epist 3.) quasi Carolus ob amorem plebeia famina hunc locum adeò in deliciis habuerit. Repugnat pietas Caroli, refragatur animus sincerus, refragatur consensus Historicorum, & rei narratio ostendit fictam fabulam. Vid. Warem. ab Ehrenberg. de Fœder. l. 1. c. 2. n.159.*]

Aquisgranū caput & sedes Regni Teutonici.

III. *Primò* itaque de hac Civitate illud egregium, quòd Carolus Aquisgranum caput & sedem Regni Teutonici peculiari constitutione confirmaverit. Innuit hoc, præter ipsius Caroli constitutionem, apud Goldast. (*tom.2.constit. Imp. p.4.*) hymnus sacer D. Carolo dicatus: *Urbs Aquensis, urbs regalis sedes regni principalis, prima Regum curia* [add. *Caroli M. constitutio cuius Autor meminit, in qua dedicationis templi Aquisgranensis, & privilegij à Leone* III. *& Carolo M. huic Basilica & Coloniensi ArchiEpiscopo concessi fit mentio, ficititia ac supposititia est, ut accuratè deduxit Autor iterata dissertationis de iure Coronandi pro Electore Moguntino contra Colomenses vindicias n.13. & seqq. ubi ita inter catera: Supervacaneum igitur est, quod toties, & sub initium sua diatribes, & in appendice quastione 2. repetit Vindex, niti illam constitutionem fide tot secalorum ab ipso usque Carolo M. Nemo enim, quod constet, ante Fridericum I. Imperatorem illius meminit. Sed is quidem Caroli M. in hac Aquensi Basilica, & Archisolij, ut Wippo appellat, etiam vetustiores alij meminerunt, & propter memoriam Caroli M. iam à tempore Conradi I. illuc Reges Germania & Imperatores ad primam unctionem, & coronam regni Teutonici accipiendam (uti eam ipse Fridericus I. Imper. in epistola ad Ottonem Frisingensem, eius historia pramissa, vocat) deduci solitum fuit: constitutionis tamen Caroline nulla à quoquam fit mentio. Certum id quoque est ex veterum monumentis, palatium Aquense primum fuisse inter palatia Imperatoris, & ideò sedem primam Francia à Nithardo, sedem regni à Rheginone, vocari, ut fortè tali aliquo privilegio ornari meruerit, non tamen ideò. quod nobis conveniens videtur, id etiam contigisse rectè asseras. Intereà non stat per Dissertatorem, quò minus Carolina illa sanctio mereatur fidem, quam peterit. Ille enim eam in medio reliquit, ex aliis verè tantum nonnulla observat, qua in illa ita sunt intricata & obscura, & ab isto avo remota, ut in eam homini eruditionis accuratioris cupido, meritò inquirere liceat. Habent aliàs Aquisgranenses laudatissimam Caroli IV. constitutionem, habent longi temporis consuetudinem, quam, nulla Carolina constitutionis mentione factâ, se sequi Imperator ait, ut eorum dignitati & iuribus nihil decedere possit, etiamsi dubia quibusdam videatur Carolini privilegij fides.* Hæc ille.] Et extant versiculi in fronte propylæi cujusdam domus senatoriæ Aquisgranensis:

Carolus insignem reddens hanc condidit urbem,
Quam liberavit post Romam constituendo,
Quod sit trans Alpes hic semper Regia sedes,
Ut caput urbs cuncta colat hanc & Gallia tota,
Gaudet Aquisgranū præ cunctis munere clarum,
Qua prius Imperii Reges nunc laureat almi.

[add. *Litera Imperatorum, qua Aquisgrani scripta hoc ita exprimunt*: In Unserem und des H. Reichs Stuhl und Stadt Aach. *Carolus V. Imp. in Confirmat. Privilegior. Aquisgranens. vocat:* Unsern Königl. Stuhl Aach; *& addit*, daß solche Stadt alle Landschafften und Städte nechst Rom nur Verstand der Würdigkeit und Ehr ubertreffe. *ibidem dicitur*: Das die Stat Aach ein Stuhl sey des H. Reichs aber dieser seiten des Geburgs / und von dem H. Carolo dem Großen Römischen Kayser zum Haupt aller Landen und Städten *Gallia* gesetzt und erhalten.]

Coronatio Regis Romanorum hic debet peragi.

IV. *Secundò*, Aurea Bulla Caroli IV. c. 28. §. 5. claris innuit verbis, primam electi Regis Romanorum coronationem Aquisgrani perficiendam. [add. *Quia Aquisgranum in extremis ferè finibus Germania situm, & incendiis ferè deletum, hinc coronationes Austriacorum Imperatorum diu ibidem nō fuere peracta. Quid circa hanc rem novissimè actum sit, de eo Leopoldina Capitulatio consuli poterit.*]

Qua symbola Imperij hic asservantur.

V. *Tertiò*. Aquisgrani regalia Imperij symbola ex parte asservantur. Inde si coronatio Regis Rom. alibi instituatur, solent Electores eò evocare Capitulum & Prælatos Regalis Ecclesiæ Aquisgranensis, atque movere, secum prædicta ut afferant symbola. Ita factum annotavit Mateneł. (*lib. 3. de coron. Ferdin. II. c. 87.*) quando electio Ferdinandi II. Augustiss. Imperatoris, erat peracta; ubi addit, evocatos comparuisse, atque secum ex sanctissimo suo lipsanophylacio detulisse, I. Gladium Caroli Magni Persico acinaci non dissimilem, cuius capulus aureus insolentibus gemmis distinctus, & serpentis exuviis obductus, vagina verò insigni portione monocerotis exornata: quo ordinariè Regia Maiestas Equites auratos creat. II. Librum Evangeliorum aureis literis scriptum, quem in sepulchro Caroli Magni, laminâ argenteâ inauratâ tectum, reperierunt III. Sanguinem S. Stephani protomartyris, aureâ capsâ lausum, quæ puro auro & unionibus incrustata est.

A vectigalibus in toto Imperio immunes sunt.

VI. *Quartò*, Aquisgranenses cives à vectigalibus in toto Imperio immunes sunt: Sie sollen ihr Gewerb und Kauffmanschafften durchs gantze Römische Reich ohn requisition und anforderung einiges Zolls / Weggelt / Steuer oder Ungelts der Schiffung oder wie solches Nahmen haben möchte / los und ledig frey üben / ut ait Carolus V. Imp. in confirm. Privileg 1520.

Aquisgranensium fora circo iudiciali.

VII. *Quintò*, cives der Stadt Aach coram nullo alio seu extraneo iudicio, ne quidem in Camera Imperiali, nisi coram Iudicio & Scabino civitatis, ihrem Schöpfenstul / conveniri debent, excepto tamen casu iustitiæ vel protractæ vel denegatæ, ob privilegia Cæsarea de annis 1376. 14[1]4 & 1570. Gylmannus autem (*tom. 3. fol. 75.*) testatur, quod ad Cameram appelletur von dem Schöpfen stul der Stadt Aach. & *fol.* 32. dicit; A Scabinis zu Aach appellatur ad Cameram Imperialem 600. Gulden hoch. Aliàs etiam privilegium à Carolo V. Imp. concessum, habent cives Aquenses, ne ab extraneis iudiciis arrestentur de anno 1521. [add. *Gaudet hac Civitas etiam aliis privilegiis, ut quod Bannites per totum Impe-*

rium possit securè recipere. Vid. plur. Confirmat. *Privilegior. Aquisgranens. Caroli V. Imp. de an.* 1520. *apud Noppium in Chronic. Aquisgran. l.* 3. *num.* 12. *pag.* 25. *& seqq. Quid sub Rudolpho II. Imp. Aquisgrani in negotio religionis contigerit, exponit Burgoldens. p.* 1. *ad Instr. Pac. Disc.* 1. *n.* 51. *An.* 1656. *civitas hæc tota ferè incendio deleta est, unde Capitulatione Leopoldinâ cautum, ut inposterum, donec Civitas reconvalescat, coronatio Imperatoris Coloniæ peragatur.*]

Iura Aquisgranensium in Coronatione Cæsarum.

VIII. Quando Rex Romanorum Aquisgranum, suscipiendæ coronæ causâ, ingreditur, equus quo advenit primæ portæ civitatis custodibus præsidiariis cedit, & postquam ad templum urbis pervenit, Ducatus Iuliacensis hereditario aulæ Magistro ille equus, quo eò usque vectus, debetur. Hæc ex Imperii actis habeo: à quibus tamen nonnihil recedit Autor, qui coronationem Maximiliani anno 1486. describit apud Goldastum in Politischen Reichshandlungen (*part* 1. *num.* 4. *tit.* 1. *pag.* 9.) da er dem Pfortner des Königs Hengst zueignet / von welchem der König unter der Gamyllen Pfort abgesessen / und sich auf einen andern begeben / *& (tit.* 3. *p.* 10. ubi refert,) als der König für unser lieben Frauen Münster kommen / und vom Pferd abgesessen / habe der Vitzdumb zu Aach / an statt des Propsts daselbst / den Hengst mit allem Gezeug / wie der König denselben geritten gehabt / genommen. Und solcher Hengst seye sein / und bleibe ihm / so fern der König denselben nicht wiederlöset. Aber dieses mahls / als man gesagt / seyen beyde Hengst vom Vitzdum und Thorhüter für hundert Rheinische Gülden wiedergelöset worden. Aquisgranenses asserunt 1. es sey von alters herbracht / daß den Pforten Hüttern zu Aach / deß newerwöhlten Röm. Königs Pferdt / darauff Ihr Majestät zur Stadt eingeritten kommet / bey der Pforten gelassen werde. 2. Daß man einem regierenden Bürgermeister einen Griff ins Geldt / so zur Krönungs Zeit unter das gemeine Volck geworffen wird / thun und was er ergriffen / behalten lassen. 3. Daß das Tuch / so sich die gekrönte Königl. Mayst. vorhangen thut / wann ein Erbahrer Raht und gemeine Aacher Bürgerschafft gewöhnlicher weise Ihr Königl. Mayst. zu Aach schweren und Huldigung thun / den gemeinen Rahts-Dienern daselbst verbleibe. Cum Maximilianus II. Francofurdiæ coronandus erat, hæc omnia sibi ab illo, æquè ac si Aquisgrani coronam susciperet, præstari petierunt Aquisgranenses, & obtinuerunt wegen deß Pforten-Hüters 87. Joachimsthaler / deß Geldtgriffs halben aber ist durch Ihr Königl. Mayest. Cantzler / Doctorem Zasium vertröstung geschehen / dieweil ihr Mayst. deren Pfenningen keine mehr gemüntzet / daß derwegen einem Erbaren Raht zu Aach / bey nechstfolgendem Reichstag hierinnen auch solte satisfaction gegeben werden. (Noppius in besagter Chronic *lib.* 1. *cap.* 12. *pag.* 72.)

Aquisgranū an sit libera Imperij Civitas.

IX. Aquisgranum non dicitur libera Imperij Civitas, sed Regia urbs (Thuan. l. 133. Histor. pag. 1160.) Lehemann. (*in Chronico Spirensi lib.* 4. *c.* 4. *pag.* 289.) refert, das anno 1495. auf dem Reichstag zu Worms / am Montag nach dem Sontag Trinitatis, sich die von der Stad Aach eingestellet / und bey andern des Heil. Reichs Frey- und Reichsstädt Gesandten angegeben / Herr Johann Bertolf / und Meister Peter von Embden / Secretarius. Und als der Städte Bottschaften darvor zu allen mahlen ungefahrlich und unvergreiflich jeglicher Stadt Freyheit und alt Herkommens / nidergesessen / seyen die von Cöln zu oberst auf der Banck der Freystädt / darnach Straßburg / Basel / etc. nach altem Herkommen und Ordnung gesessen / und auf der andern Banck / Regenspurg / Augspurg / Nürnberg / etc. in ihrer Ordnung wie von Alters herkommen / haben die obgenanten von Aach nicht nidersitzen wollen / und fürgewendt / daß die von Cöln sich zu oberst hetten gesetzt / da ihnen gebühret zu sitzen: dagegen die von Cöln von denen zu Aach zu wissen begehrt / wie sie sich achten / für eine Frey- oder für eine Reichs-Stadt? Darauf die von Aach nicht Antwort geben: und obwol viel und freundlich mit ihnen geredet worden / daß sie in die Mitte der Stuben gegen den andern Städten wolten auf besondere Bancke niedersitzen / haben sie doch in diß vorgeschlagene Mittel nicht bewilliget / sondern seyn mit Erlaubnuß wieder von dannen abgeschieden.

X. Licèt à plerisque Geldriæ urbibus non detur provocatio Neomagensium tamen sententiæ, ex veteri more, Aquisgran reformantur; *Confœder. Respubl. Belg. c.* 9. *p.* 36. Idem confirmat Noppius in Chronic. Aquisgran. lib. 1. c. 32. pag. 119. & lib. 2. n. 23. p. 63.

XI. Aach respectirt das Haus Burgund / wegen Brabant / der Obervoigtey halber. Item Chur-Cöln / und das Stift Lüttich / vornemlich aber den Kayser und das Römische Reich / wie auch Gülich / welcher Hertzog ihr Schutzherr ist (Zeiler *in contin. itiner. German. cap.* 21. *pag.* 286. Noppius. d. Tr. l. 13. n. 25. & 26.)

Regimen Civitatis Aquisgranensis.

XII. Im Jahr 1450. ist zu Aach auff S. Catharinen Tag / zwischen Burgermeister und Raht an einem / und gemeiner Bürgerschafft am anderen theil / ein beständiger ewiger Vertrag auffgerichtet worden / daß die Stadt durch groß und kleinen Raht regieret / solcher groß und kleiner Raht aber Jährlich auß der Gemeinde vernewert / ab- und eingesetzt werden solle / laut und Inhals im 3. Buch Noppij erfindlichen Gaffelbrieffs / *sub num.* 34. Also dann in specie den grossen Raht belangend / derselb bestehet jetzunder von 129. Personen / dergestalt: zween regierende Herren Bürgermeister / empfangen die Stimmen / Syndicus proponirt, Secretarius protocollirt, seynd 4. Persohnen. Tribus Nobilium, der Stern genandt / gibt die erste Stimm / dabey befind sich ein alt- abgangener Bürgermeister auß dem Schöpffenstul / und neben ihme zween Herrn vom Stern / so kleines / und sechs so grosses Rahts seynd / also zusammen neun Personen. Die zweite Stimm haben die Herren Werckmeister / und geschworne deß Gewander Ambachts / zusammen acht Personen. Die dritte Stimm haben die Herren Newmann / darzu gehören ein alter abgangener

Burger-

Bürgermeister / auß der Bürgerschafft oder gemeinen / so alsdann ipso facto ein Rentmeister ist / item dessen Collega, ein erwöhlter Rentmeister / zween Weinmeister / zween Baumeister / und sechs Newmann / also zusammen zwölff Persohnen. Die 4. Stimm hat die Zunfft zum Bock / darbey sich in gemein die Feder / und Rentimer befinden / bestehet von 2. Herzen deß kleinen und 6. deß grossen Raths / also zusammen acht Persohnen. Die 5. Stimm haben die Becker / auch zu acht Persohnen. Die 6. die Fleischhawer zu acht Persohnen. Die 7. die Löher / zu acht Persohnen. Die 8. die Schmid zu acht Persohnen. Die 9. die Kupfferschläger zu acht Persohnen. Die 10. die Kramer zu acht Persohnen. Die 11. die Zimmerleuth zu acht Persohnen. Die 12. die Schreider zu acht Persohnen. Die 13. die Pelzer zu acht Persohnen. Die 14. die Schumacher zu acht Persohnen. Und endlich die 15. die Brawer zu acht Persohnen.

Solcher E. E. Gemein oder Groß Raht hat Iurisdiction nur in dreyen Sachen. Erstlich uber newe Rahts Herzen zu erwöhlen. Zum andern wann über Blut zuurtheilen. Und dann vors driete / wan einige Gemeind zu vergeben / als so jemand auff der Gemeine wolte bawen / oder auß Gemeind Erb machen / gemein Wasser oder Fonteinen zu seinem Erb führen / und dergleichen / davon weiter Bericht gibt der Gaffels Brieff / im 3. Buch / Num. 35. und dann auch wol zum 4. wann E. E. Klein Raht einige Sachen / als ihnen zu schwar / wichtig / oder gefährlich an E. E. grossen Raht würde remittiren und verweisen. Und stehet als dann auch E. E. gemeinen Raht bevor und frey / die Sachen / so sie ihnen auch zu schwer fielen / fürters an die Zunfften zu verweisen. Sed hoc nunquam absque tumultus periculo. Daß aber E. E. Gemein Raht über Blut zu urtheilen habe / verstehe über Bürger und Reichs Unterthanen. Item so sie mehr nicht / als Schwertswürdige Sachen würden begangen haben / denn in solchem Fall werden dieselbe in der Stadt im Graßhauß mit dem Schwerd gerichtet / sonsten da sie mit dem Fewer / mit dem Galgen / mit dem Rad / oder dergleichen zubestraffen stunden / so werden sie gleich den frembden ins Feld ans hohe Gericht geführt / und daselbst iustificirt und hingerichtet / spricht E. E. Raht auch alsdann den Sententz nicht / sondern die Herzen Schöpffen. Und mit verlautem Underscheid der Bürger und frembden / richtet E. E. Raht auch mit dem Kaacks. Es wird aber dieser Gemein Grosse Raht zum halben Theil jahrlich ersetzet und renovirt auff S. Johannis Abend im Sommer / und thun die newerwöhlte Herzen auff S. Johannis Tag ihren Eyd / welcher Eyd nicht länger wehret / als zwey Jahr. E. E. Gemein Raht erwöhlet auch die Burgermeister / Werckmeister und Beampten sampt den Newmannen / Marckmeistern / Thurmeisteen und Christoffelsen / welche die jenige seynd / so das Thurgericht zum meisten Theil bekleiden / und der Stadt Schlüssel bewahren.

Die Herzen Bürgermeister werden erwöhlt alle Jahr ungefehr vierzehen Tag vor Vrbani. Zu wissen einer vom Schöpffen Stul / und einer auß der Gemeinden. Auff S. Vrbani Tag aber thun sie ihren Eyd. Und wiewol auch die Herzen Werckmeister auff eben denselbigen Tag / und zwar ehe und bevor die Herzen Burgermeister beym Grossen Raht erwöhlet werden / so thun doch dieselbe ihren Eyd allein vor dem Kleinen Raht / und muß solches nothwendig geschehen vor der Creutzwochen / oder je auff Montag in der Creutzwochen vor der Procession, sic usus habet, ratio ignoratur. Die Herzen Newmann / so E. E. Raths Accisen empfangen / werden / wie auch die Herzen Rentmeister / Weinmeister und Baumeister / erwöhlet auff S. Johanns Tag obgemeldt / und deren allen Zeit ist drey Jahr; die Christoffels werden erwöhlet auff S. Johannis Abend / und ist deren Zeit ein Jahr. Auff S. Vrbans Tag erwöhlen die Herzen Werckmeister / und Geschworne zween Marckmeister auß ihrem Mittel / und erwöhlet E. E. Raht die andere.

Ein Ehrbarer Geheim oder Klein Raht bestehet von zween regierenden Herzen Bürgermeistern / Syndico specialiter requisito & Secretario. Folgends hat die Erste Stimm der alt abgangene Bürgermeister auß dem Schöpffen Stahl. Die 2. und 3. Stimm / haben die zween folgende Herzen vom Stern. Die 4. der alt abgangene Bürgermeister auß der Gemeinde / so als dann (wie vorhero angedeutet) ipso facto ein Rentmeister ist. Die 5. und 6. die zween Herzẽ Werckmeister. Die 7. der ander erwöhlen Rentmeister. Die 8. und 9. die zween Herzen Weinmeister. Die 10. und 11. die zween Herren Bawmeister. Die 12. 13. 14. 15. 16. 17. haben die 6. Newmanner. Die 18. und 19. die zween Herren vom Bock. Die 20. und 21. die Becker. Die 22. und 23. die Fleischhawer. Die 24. und 25. die Löher. Die 26. und 27. die Schmid. Die 28. und 29 die Kupfferschlager. die 30. und 31. die Kramer. Die 32. und 33. die Zimmerleut. Die 34. und 35. die Schneider. Die 36. und 37. die Pelzer. Die 38. und 39. die Schumacher. Die 40. und 41. die Brawer. Es pflegt auch E. E. Capitul unser L. Frawen Stiffts alhie sichere Herzen Capitularen ausser ihre Mittel zu deputiren / so mit zu Raht giengen / weil aber ihnen solches bey den benachbarten Fürsten und Herzen mehr hinderlich als vorträglich gewesen / so ist es meiner Zeit nicht mehr geschehen.

Dieser E. E. Klein Raht ist Magistratus Ordinarius, und regiret alle Gemeine politische Sachen / darinnen sie vermög Käyserlichen beschriebenen Rechtens / auch Statuten / Privilegien und Gewonheiten zu statuiren und zu verordnen mächtig seynd. In causis contentiosis, nisi sint merè politicæ, aut aliàs de iure, vel consuetudine privilegiatæ, ist E. E. Raht in prima instantia nicht competens / sondern zwar appellin mandatum in causis personalibus, so wol von der Herzen Bürgermeister als auch Werckmeister-Gericht / und seynd als dann die sportulæ oder Einlag pro Senatoribus 60. Gülden Aix / so geschehen muß inwendig 10. Tagen ad normam Iuris communis, aber die Sach muß eingeführt werden (welches die Rechten fatalia

introducendæ appellationis nennen) inwendig 30. Tagen. Die Executiones thut E. E. Raht contra condemnatos oder contumaces cives suos vermög habenden Käys. Privilegien durch Graß oder Pforten Gebott/oder auch per pignorum captionem, das ist/durch wirckliche Pfändung/ so der Herr Vogt oder Meyer darzu requirirt wird. Auch so einer der Herren Werckmeister Urtheil nicht gnug thäte / noch appellirt hette/ solcher wird dem alten Herkommen nach auff der Pforten condemnirt, donec solvat novissimum quadrantem. Ich hab aber hieroben gesagt de personalibus appellationum causis ad Senatum, ad differentiam realium, dann in causis realibus, oder über Erbgüter seynd allein competentes Herren Richter und Schöpffen/ idq; tam ex inveterata consuetudine, quam privilegio. Darvon sihe Tab. novæ legis im 3. Buch sub num. 30. Welche Herren Schöpffen doch auch nicht destoweniger in personal Sachen mit den Herren Burgermeistern concurrentem Iurisdictionē haben. Von dem Schöpffengericht aber appellirt man nicht an E. E. Raht / sondern an das hochlöblich Kayserlich Cammergericht zu Speyer.

Das Werckmeister-Gericht aber/ wie auß ihrem privilegio im 3. Buch sub num. 36. erfindlich zu ersehen / und im vergangenen 25. Cap. gleichsfalls angeregt / haben allein zu urtheilen in Wullengewands-sachen / als über Schuld oder Streitigkeit / so von Tuch und Woll / von Farberey / und dergleichen ihrem Handwerck anklebend herrühret. In andern sachen aber / wann sie gleich personal, deficirt ihre Iurisdiction. Daher zum Beschluß dieses Gerichts notire / daß / gleich den Herren Bürgermeistern / auch der Herren Werckmeister Zeit sich länger nicht/als auff ein Jahr erstrecke/ und darzu jederzeit einer auß dem Handwerck/ und der ander auß der Gemeinden genommen werde.

Mit der Zeit und Wahl der kleinen Rahts Verwandten hat es eine gelegenheit / wie nechst oben vom grossen Raht gesagt ist. Werden nemblich auff S. Johannis. abend erwöhlet/ und bleiben in ihrem Eyd zwey Jahrlang. Die Competentz beyderley Rahts-Verwandten ist sehr gering / und deß Nahmens nicht wol würdig / dann neben ihrer Ehrer Gerechtigkeit / so allein deß Kleinen / und Holtz-Gerechtigkeit/ deßen auch die Herren deß Grossen Rahts mitgemessen / haben mehr nicht als ihre ordinari Rahts præsenten / ad 1. quart. Weins / oder 8. Marck Aix / und solches darumb / damit die Sachen in Gemein desto baß bestehen möchten. Das Bürgermeisterlich Mahl aber / ist etwann von einem Jahr oder 4. wol ordinirt, daß dasselb auff Kosten E. E. Rahts auff dem Rahthauß geschehen solte / damit sich niemand / so wenig Burger als Bürgermeister / zu beschweren hatte.

Vom Schöpffen Gericht zu Aachen/(vide Noppium 1. *Cap.* 31. *pag.* 119. Vom Sendgericht vide eundem, *d.l.1.cap.33.pag.* 123. *& seqq.* Von dem Churgericht vide eundem *d. l.* 1. *cap.* 34. *pag.* 127.)

XII. Cæterùm Aquisgranum insignium loco gestat aquilam simplicem, & unicipitem. Noppius *d.lib.*1. *c.*6. *pag.* 32. *in f.* Hœpping. *de Insign. c.6.part.7.§.3.n.*980.*p.*381. Ihr Reichs Anschlag ist 7. zu Roß. und 30. zu fuß/ thut an geld 204. fl. und zu unterhaltung des Kayserl. Cammergerichts jährlichen 115. fl.

Insignia Aquisgrani & quota monstrua.

CAPUT III.

Argentoratum.

I. ARgentina, Civitas in Alsatis sita, qui antiquitùs Tribochi, sive Triboces, nuncupari fuerunt: Alsatia autem Germanicè Elsaß dicta, eiusque incolæ die Elsasser / ab Illo, sive Ello fluvio, quasi die an der Ell gesessen. Variis hæc civitas nominibus clara est. Primò dicitur *Argentina*, seu *Argentoratum*, ab Argento. Fuit enim à Romanis electa tributorum ærarium publicum, in quod maxima argenti inferebatur copia. *Strasburgum* autem vocatur à platea: quòd olim Attila, Hunnorum Rex, destructâ civitate, amplam per eandem dederit plateam, quæ opinio communis est. (Wie dann noch heutigs Tags eine lange Stras durch die Stadt ist / von der Weissenthurnpforten an bis zu S. Andres.) [add. *Hinc etiam Stratopolis dicitur.*]

Nomen huius Vrbis unde desumdat?

II. Cæterum tria potissimum mihi occurrunt, quæ hìc notari velim: Primò ædificia, dein Reipublicæ statum, denique civitatis privilegia. Ædificia quod attinet, inter illa præstantissimum est summum Argentoratensium templum, structurâ & elegantiâ suâ dignissimum, quòd locum inter miracula mundi obtineat haud postremum. Libello integro hoc ipsum descripsit Schadæus, quorsum lectorem avidum remitto: [add. *Templi turris inter altissimas Germaniæ numeratur, habet* 635. *gradus, & dicitur altitudine æquare* 675. Werck-schuch. *Volaterran. lib* 7. *Huic urbs celsa metiuntur mœnia turris: Nam mihi percupidè nunc Argentoria cordi est, Teutonicis præstat grandi quæ vertice templi, Vrbs præclara situ Rheni contermina ripis, Gloria præcipuè Rhenanis maxima terris.*]

Templum summum Argentoratensium.

III. Respublica Argentinensis in duas & viginti tribus est distincta: quarum duæ nobilibus, reliquæ viginti aliis civibus constant. Nobili cuique licet, utri ex duabus magìs lubitum est, se associare: reliquæ sic se habent. Prima nautarum est, secunda mercatorum, tertia lanionum, quarta hospitum, quinta textorum, sexta molitorum & tonsorum, septima salsatiorum & restionum, octava aurifabrorum, impressorum & compactorum librorum, nona pistorum, decima pellionum, undecima vietorum & situlariorum. duodecima cerdonum, decimatertia rusticis constat, qui ob ætatem è rure in civitatem commigrant, & gustatores vini vocantur, decimaquarta sartorum est, decimaquinta fabrorum ferrariorum omnis generis, & balneatorum, decima sexta sutorum, decima septima piscatorum, decima octava fabrorum lignariorum cuiuscunque generis, decimanona hortulanorum, seu agricolarum, vigesima & ultima cœmen-

Descriptio Reip. Argent.

cœmentariorum. Harum viginti tribuum, quindecim unaquæque habet præcipuos, qui Scabini (Schöpffen) nuncupantur. Ex hisce unaquæq; tribus sibi altero quoque anno (sic ut optio sit penes Scabinos tribus) Senatorem eligit: cuius dignitas tantùm biennium durat, nisi post biennium eligatur denuo. Sic tamen comparatum est, non ut finito demum bienno totus mutetur Senatus, sed singulis annis dimidia eius pars decedat, reliqua accedat. Atque ita quotannis de novo ex viginti tribubus, Senatus (qui Major, der grosse Raht / nuncupatur) sic tamen constituitur, ut dimidia eius pars de priori reliqua sit. Penes hosce viginti Senatores, ex tribuum Scabinis collectis, optio est, eligendi Consulem (Ammeister), qui summum in civitate sequenti anno jus habet, & in omnibus primus rogatur sententiam. Ad hanc electionem nemo præter hosce viginti Senatores admittitur, non tamen congregati Consulem nominant, sed à singulis seiunctim calculi colliguntur. Consul electus viginti Senatoribus se adiungit, cum quibus decem ex Nobilitate civitatis colligit: qui Senatoribus aggregantur; & sic demum maior Senatus completur: sic ut Consule primum, deinde decem Nobilibus, viginti denique aliis civibus constet. Fuit olim potestas eligendi Consulem penes solam Nobilitatem: cùm verò potestate suâ abuterentur, & formam Reipublicæ in oligarchiam transmutare conarentur, duæ tamen præcipue familiæ inter se dissiderent à reliquis civibus, duce pistore quodam, quem posteà primum constituerunt Consulem, adacti sunt Nobiles, abiurare jus eligendi Consulem: quod obiter hic inserendum putavi. E decem quos dixi Nobilibus, quatuor ordinantur Prætores (Stadtmeister) quorum unusquisque quartâ anni parte, & non diutius, conquirit sententias, primumque semper, ut dictum est, Consulem, deinde reliquos nobiles, & ignobiles Senatores rogat. Tractat maior hic Senatus causas criminales [add: *Errat itaq; Obrechtus quando in Tract. de Jurisd. c. 5. n. 40. scribit. Prætorem in urbe Strasburgensi habere merum imperium. Non enim Prætor* (Stadtmeister) *sed Consul* (Ammeister) *Sententiam mortis pronunciat, qui tamen hoc non ex se & per se facit, sed vicario ore Senatus loquitur, id quod indicatur verbis*: Hat ein Ehrsamer Rath erkandt.] testamentarias, atrocium iniuriarum, prælationum: Curatores & tutores ordinat, cives recipit, & dimittit: causæ quoque pecuniariæ apud hunc Senatum disceptantur, quæ summam sexcentorum florenorum excedunt. Consulis magistratus annuus est, Senatoris verò ut jam dictum, duorum annorum: nec licet functum Consulatu iterum eligere ante sexennium: nec eligitur unquam nobilis, sed tantùm è Scabinis reliquarum tribuum aliquis. Proptèr jus quod habet hic Senatus in eligendo Consulem, pro primo Magistratu habetur: Deinde Tredecimviri (Dreyzehner) quibus quatuor nobiles genere, Consules quatuor, & quatuor alii cives, & decimustertius. Consul cuiusque anni adsidet, modò non sit ex ordine Tredecimvirorum. Tractant hi ea, quæ ad rem bellicam pertinent, & ad civitatem vel fœderibus, vel ædificiis muniendam spectant; arcana civitatis, quæ cum aliis Civitatibus & Principibus habet, & privilegia hisce credita sunt. Ad hos quoque provocationes & appellationes fiunt, in omnibus iis, quæ à Maiori Senatu, & aliis, quæ inferiùs commemorabuntur, judiciis deciduntur: Sunt enim ab Imperiali Camera ad hoc subdelegati, & ubi summa, de qua lis est, minor est sexcentis nummis aureis, nulli licet ad Cameram Spirensem provocare: ubi verò summa maior est, appellanti optio datur, vel Spiram transeundi, vel acquiescendi horum judicio. Est deinde alius Magistratus Quindecim virorum (Funfzehner), etiam perpetuus è quinque de nobilitate, & decem aliis civibus conflatus: cui demandata est cura annonæ, & omnium Constitutionum, earum præsertim, quæ opificia & tribus spectant. Habent privilegia insignia, & inter alia jus admonendi de officio Consulem, & sigillatim omnes alios, cuiuscunque ordinis & dignitatis, & plura alia. Ex Scabinis, seu non-nobilibus, horum tredecim, seu quindecim virorum, cuivis tribuum unus præficitur, qui supremus tribus dominus (der Zunft Oberherr) nuncupatur: & quia tribuum numerus hosce superat, reliquis tribubus præficiuntur alii prudentiâ præstantes, atque etiam supremi vocantur tribus domini. Ex hisce supremis tribuum dominis, ex nobilitate, quæ tredecim viris assidet, & ex suprà descripto Maiori Senatu, congregatur singulis septimanis bis vel ter Magistratus, qui omnium summus est, & vocatur congregatio Senatus & XXI. virorum (Rähte vnd die ein vnd zwantzig:) rationes ærarii publici, & supplicationes audit, & munera publica disponit, malè administrantes ab officiis dimovet. Pergemus jam ad alia; Sunt enim etiam Triumviri, ut nomen denotat, tres, quæ Ærario præsunt (Dreyer des Pfenningthurns): quorum quotannis uno decedente alius in eius locum surrogatur. Hi omnes Scabini sunt, nulli nobiles: ut & illi, (Dreyer des Stalls) qui in loco, qui Stabulum civitatis vocatur, colligunt pecuniam, quam civis quisque in commune contribuit: de centum videlicet unusquisq; suæ substantiæ, quotannis floreni partem ferè tertiam. Nunc est alter Senatus, qui Minor (der kleine Raht) vocatur, octodecim virorum: sex videlicet nobilium, & duodecim Scabinorum: inter quos & is est, qui præcedenti anno Consulatu functus. Huic Senatui commissæ sunt immissiones in bona debitorum, petitiones hereditatum, disceptationes de servitutibus prædiorum, causæ quoque pecuniariæ, quæ summam sexcentorum florenorum non excedunt. Sed & est (quod pridem dici debuit) Consistorium causarum matrimonialium (Ehegericht), septem constans personis: uno Prætorio, uno Consulari, tribus, ex Tredecim & Quindecim virorum collegiis, & duobus è Maiori Senatu. Et hoc Iudicium pomeridianum est. Itemque est judicium Tutelare (Vogteygericht), in quo res tutores & curatores eorumque rationes concernentes tractantur.

Colliguntur deinde alia judicia duo inferiora, causas tractantia pecuniarias, quæ non superant summam viginti florenorum, alterum tamen etiam subhastationes exequitur (Stadtgericht): Est & aliud pomeridianum (Siebnerge-

richt oder Siebenzüchtiger), cui injuriæ leviores & alia levinicula demandantur, quæ alii in alios, vel contra bonos mores delinquunt, & mulctam merentur. Horum trium judiciorum unumquodq; septem constat, vel quinque Scabinis, & triennale est. Omnes verò, qui supra dicto modo, vel Senatui, vel Magistratui vel judiciis connumerantur, solo honore, & parvo salario, quod quotidie iis, qui adsunt in manus distribuitur, & certis anni temporibus donatur, contentos esse oportet. Sunt qui mensæ præsunt publicæ (Dreyer in der Müntz), ubi pecunia fœnore elocatur. Item qui gabellas colligunt (die Ungelter); li omnes certa habent salaria.

Advocati urbis tres sunt, viri & eruditione, & experientiâ insignes, qui per vices maiori Senatui, unus verò ex ipsis Tredecim viris quoties lites tractant, & consistorio Matrimoniali semper assidet, & de iure respondet. Maior Senatus tres Procuratores habet, qui lites proponunt; Minor tres alios.

Brevis hæc & succincta est descriptio, Dn. Theophili Dachtlern / Minoris Senatus Reip. Argentinensis quondam Actuarij *Est etiam anno 1628. Iudicium Censorium, vulgò* Policey: oder Zuchtgericht / *quod in civium vitam & mores inquirit, erectum, cuius Constitutio, sub titulo* der Stadt Strasburg Policeyordnung / *eodem anno typis vulgata est. De hac Constitutione Censoria placet adiicere iudicium Clarissimi Theologi Wirtembergici Ioannis Valentini Andreæ, quod scripsit in literis ad Clarissimum Dn. Bernegger. Histor. Profess. Argent. die 20. Febr. anno 1629. exaratis hisce verbis*: Argentinensium Leges censorias maximi facio, & inter notas restitutionis nostræ numero, quorum exemplum plures sequi velim, haud dubio rerum nostrarum felicitori successu.

Noviter etiam ortum habet iudicium Clientelare, das Schirmgericht / *à quo peregrini, nobiles & ignobiles, in singulare Civitatis patrocinium suscipiuntur.*

Similiter iudicium reductionis, Nachtragsgericht / *in quo causæ reductionum*, die Nachtragssachen *deciduntur, anno 16.9. institutum*, [add. *Novissimam formæ Reipublicæ Argentoratensis delineationem Berneggerianam (Matthiæ Patris & Ioannis Caspari filij) hic subnectere placuit: qui Rempublicam administrant, suos ordines civiles habent: ex quibus primum honoris & dignitatis locum sine dubio TREDECIMVIRORVM tenet, constans quatuor ex Equestri ordine Prætoribus: quatuor Consularibus: totidemque Civibus aliis prudentiâ præstantibus & in Republica negotiis iam antè versatis, quibus omnibus Unus ex Prætoribus per trimestre & anni cuiusque Consul præsident, hic ut negotia proponat, ille ut vota exquirat. Huic Collegio Belli & rerum militarium, Urbis munitionis, Armamentarij, Equilis & Stipendiariorum militum delectus, ut & Secretiorum ab Imperatore, Regibus, Electoribus, Principibus & aliis Statibus Imperij profectorum negotiorum & Legationum cura potissimùm commissa est. Iidem TREDECIMVIRI ex speciali Privilegio Cæsareo in amplissimo Tribunali sedent, & causas, quæ per provocationem ad eos deferuntur, iudicant, ad quos nec ultra conceditur appellatio, iis qui causa cecidere in Senatibus Maiori*

Die Herren Dreyzehner.

Die Delegirte Kayserliche Cammer-Richter.

& Minori, atque Iudicio Oppidano; Quod si tamen summa de qua disceptatur, Aureos Rhenanos sexcentos excesserit: tum ab eiusmodi sententiis latis ad Imperialis etiam Cameræ Tribunal, vel ad Aulam Cæsaream provocare possunt, qui Iurisdictionem Tredecimvirorum prorogare nolunt.

Secundus Ordo, qui QVINDECIMVIRORVM est, constat quinque Nobilibus, quos inter unus vel duo Prætores sunt, ac decem aliis honestioribus Civibus absque discrimine, modò prudentiâ sint & integritate vitæ commendati. Hi ephoriam in omnes Reipublicæ ad œconomiam spectantes partes, quinetiam cognitionem & iudicium certorum delictorum habent: sunt Legum Statutorumque vindices ac custodes: proindeque illis incumbit curare, ut omnes, qui publicis muneribus funguntur, officium rectè faciant: si Prætorum, Consulum, Senatorum, Inferiorumque Iudicum aliquis: si ex ordine Magistratus cõstituti Præfecti sam Ditionum Reipublicæ, subiectarum quàm Sacrorum Redituumque Fabricæ, Templorum, Monasteriorum, Hospitalis, Xenodochii, Orphanorum, Leprosorum, Pauperum peregrinorum & similium: Si Triumvir Ærarii aut Stabuli: si Quæstor seu Receptor pecuniæ publicæ: si Præfectus Mercenariorum publicorum, Domusve Mercaturæ: si Collectores publicorum Vectigalium aut quivis cæterorum denique Civium aliquid committat adversus certas & huic ordini in specie demandatas Constitutiones ac Leges, tunc iis licet delinquentem sistere, increpare, pecuniariâ & carceris quoque pœnâ afficere, in causis solùm civilibus; nam Criminales aliorum sunt cognitionis.

Die Herren Fünffzehner.

Die Land- und Stiffts-pfleger. Die Dreyer des Pfenningthurns und deß Stalls. Der Rentmeister. Die Lohner. Kauffhaußverwalter. Ungelter und Zoller.

Deinde commissa iisdem cura inspectio & administratio Ærarij, Monetæ, Granarii & Molarum, Cellæ vinariæ, Lignilis, Vectigalium, Puteorum, Aromatum, Domus Mercaturæ, Domus Carbonariæ, Stabuli, quod ad Censum singulorum Civium attinet, ibi quotannis persolvendum, qui & ex eo das Stallgeld *appellatur, Item Monopoliorum salis, Sevi similiumque rerum ad rationem œconomicam necessariarum. Ex hoc ordine constituuntur quatuor Ædiles, quorum duo sunt Nobiles, duo non-Nobiles: ut & Inspectores Pharmacopœorum, Typographorum, Pastorum; itemque Præfecti incendiis & modò dictis rebus cæteris*: Obere Bawherren / Obere Müntzherren / Obere Korn- und Müllerherren / Obere Holtzherren / Ungeldherren / Obere Brunnenherren / Würtzherren / Obere Kauffhaußherren / Kohlenherren / Stallzusatzherren / Saltzherren / Unschlitherren / Obere Apotheckerherren / Obere Truckerherren / Obere Hürtenherren / Obere Fewrherren / Obere Pfundzollherren / Obere Fleisch-accisherren. *Itaque latè patet eorum Iurisdictio. Singulis annis Duo ex Ipsis eliguntur, quorum quilibet per semestre præsidet, qui cæteros quotiescunque opus est, convocat & in Collegio, quâ de re agendum sit, proponit, sententiasque rogat. Hoc Collegio, quo ad non-Nobiles, exclusi sunt peregrini & extra diœcesin Argentoratensem geniti; nec in illud eligere licet duos ex una Tribu, nec qui trigesimum tertium ætatis annum nondum attigerit.*

Die Fünffzehenmeister.

Tertius ordo VIGINTIVNVMVIRORVM, secus quàm numerus est, interdum quatuor, mox quinque, rarò sex viris constat: ex quibus unus est Nobilis, unus alterve Consularis: duo vel tres

Die Herren Ein- und Zwäntziger.

alij

alij cives honestiores. Quod primò numerus fuit, iam nomen & honor est. Satis ex veterum monumentis liquet, cum primum hoc Collegium vocatum fuit in Senatum ad dicendam sententiam deliberativam, nempe diu ante erectionem Collegiorum Tredecim- & Quindecimvirorum, constitisse ex XXI. Viris, hinc mansit illa appellatio.

Die drey geheimen Stuben.

Iidem illi adhibentur ad secretiora XIII. & XV. Virorum Consilia cum voto decisivo de iis negotiis quæ ad Senatum non referuntur. Die drey geheimen Stuben. Horum trium superiorum ordinum plerique, Tribuum Præsides & capita sunt. (Oberherren)

Prædicti tres Ordines sunt perpetui, eoque vulgò Stabile Regimen, das beständig Regiment/ appellantur. Nec enim quotannis mutantur ac Senatores alij: Quod si quis eorum vel diem obeat, vel Magistratu sese per valetudinem abdicet, vel committat aliquid, ob quod consortio Senatus tam venerabilis ac sancti censeatur indignus, surrogatur in locum decedentis Tredecimviri, Quindecimvir, vel Viginti unumvir aliquis: In locum Quindecimviri, Vigintiunumvir, aut Senator, aut etiam Scabinus tantum prudentior: in locum denique Vigintiunumviri, Senator vel Exsenator.

Der Grosse Rath.

NOTA. Nobiles olim habebant quatuor tribus seu curias quas successu temporis in unam tantum contraxere ipsi placuit.

Sequitur MAIOR SENATUS, qui constat triginta Civibus, nempe decem Nobilibus, qui Constoffolarij, ab antiquo vocabulo Germanico Steffel/ (ita in veterum monumentis nominabantur Curiæ, ubi conveniebant) sunt dicti: Inter quos quatuor sunt Prætores: & viginti aliis non-Nobilibus. Huic Senatui præsident Prætor, cuius imperium trimestre est, & Consul, qui singulis annis novus eligitur, suffragiis non-Nobilium Senatorum. Prætoris munus est rogare sententias: Consulis proponere discutienda.

Der Ammeister. Dessen Wahl. Stadtmeister. Ammeister Audienz.

Prætor Sigillum Reipublicæ Maius custodit; Ipsius & Senatus nomine omnia Decreta & Epistolæ signantur & expediuntur; Consul Senatum convocat & regit & primus dicit suffragium. Idem ter per septimanam horis pomeridianis contentiones & rixas leviores inter Cives audit & componit, lites difficiliores in fora maiora remittit, nisi utraque litigantium parte consentiente Iurisdictio eius prorogata fuerit; atque aures accommodat iis qui aliquid de Republica ad ipsum deferre cupiunt; negotia delata, in quibus momentum inesse putat, tabellis inscribit, deque iis prolixius ad Senatum refert.

Consules habentur sex, quorum singuli eo ordine, quo electi fuere, anno integro, suo munere funguntur, immunes deinde per annos quinque, donec unumquemque ordo ad munus Consulare, si superfit, revocet. Si quis verò Consul interea, vel ante inceptum septimum sui regiminis mensem, diem supremum obierit, surrogatur in eius locum alius, sive ex Tredecimvirorum, sive ex Quindecimvirorum ordine & quidem à Senatoribus, ut dixi, non-Nobilibus, qui non ita tamen ad hunc successionis ordinem sunt adstricti, quin interdum ab eo discedere & gravissimas ob causas, aliquem ex illis Consulibus præterire queant.

Der Rahtsherren Wahl.

De SENATORUM autem electione priusquam dicatur, monendum est, hic esse Tribus viginti Civium non Nobilium, quarum unaquaque delectum ex superioribus ordinibus Præsidem vel Curatorem perpetuum habet, cui adiunguntur Scabini quatuordecim. hi stato anni tempore, nempe primâ die Iovis ineuntis mensis Ianuarij conveniunt in Tribu, ibique suffragio designant Senatorem, qui infra ætatis annum XXV. non sit, aliàs vita integra & qui Senatum quem Maiorem vocari diximus per biennium frequentet: ita tamen ut quarum tribuum Senatores decem hoc anno magistratu abeunt, novi totidem ex earundem Scabinis delecti sufficiantur. Reliquarum tribuum decem Senatores, qui hoc anno in functione, donec biennium compleatur, perseverârunt, anno subsequente consimiliter magistratu abeunt, & novos e suis tribubus relinquunt successores. Sic namque fit, ut quotannis dem Senatores Tribunitij, aut suâ functione liberentur, suffectis totidem aliis: aut in sequentem porrò annum in suo munere, ut biennium compleatur, permaneant. Hæc de non-Nobilibus Senatoribus. Decem verò reliqui Senatores Nobiles (vulgò Constoffolarij die Constoffler) è sua separata Tribu vel Curia, zum Hohensteg/ & ipsi quotannis ex dimidia parte mutantur, ita ut quinque maneant in Senatu, & quinque novi fiant: inter quos duo novi, & duo antiqui, Prætores sunt. Constoffolarij autem Senatu Mai. decedentes, qui sunt de Stabili Regimine Consilio XXI. Virorum ceteri Senatu Minori accrescunt. Ceterùm Prætores totidem quot Consules sunt, in eo differunt quòd ipsorum administratio muneris, non ut Consulis, annua sit, sed in orbem eat, per quatuor anni partes, donec dignitas ad omnes quatuor Prætores intra vertentem annum pervenerit.

Senatus hic Maior olim annuum tantùmmodò Imperium habebat: cum Senatores annuum munus explessent, iidem Scabini, ut leges habebant, totidem alios, ex eodem Civium ordine, sufficiebant, idque repetitum deinceps quotannis.

Venerandus hic Senatus habet summam authoritatem in tota Civitate, & cognitionem ac iudicium gravissimorum criminum, quæ capitis pœnam merentur, adeoque merum imperium.

Convenit ordinariè quater tantùmmodò quolibet septimana, diebus legitimis, extra ordinem re poscente etiam aliis. Hic tractantur, primò res voluntariæ Iurisdictionis, ut Receptio Dimissiove civium: Ordinatio tutorum & curatorum: Confirmatio contractuum cum pupillis & minorennibus, interveniente authoritate tutorum, ubi opus est causæ cognitione, & decretum est interponendum: item Liberatio eorundem tutorum & curatorum. Confirmatio adoptionum: Testificatio legitimorum natalium: Iniuriæ reales atrociores: Iniuriæ quoque verbales, iis illatæ, quos aut Nobilitas, aut officij, quod in Republica gerunt, dignitas, aut literarij gradus eximunt à cognitione Septemviralis de quo posteà dicetur Iudicij, nisi se ei spontè subiicere velint. Hîc denique quæcunque forensia sive Iudicialia, quando summa Controversiæ mille bis centum florenis est major, discutiuntur, iuxta usitatum & Cameræ Imper. Conformem processum, assidentibus in Consilio Advocatis Reipublicæ, viris eruditione excellentibus & eloquentiâ promptis, quos Assessores seu Consiliarios rectius dixeris, & Actuario.

Herren Räth und XXI.

Diebus Lunæ & Sabbathi, interdum etiam die Mercurij Senatus hic Maior, adiunctis sibi Tredecimviris, XV. Viris & XXI-Viris tractat negotia ad Rempublicam in commune pertinentia: audiuntur Rationes Ærarij publici, Epistolæ variæ de variis rebus ad Senatum scriptæ, Civium & extraneorum Libelli supplices, querelæ, petitiones pro eleemosynis, pro dispensatione in matrimonialibus & cuiuscunque generis alia proposita, quæ ad forum Iudiciale aut non

pertinent, aut nondum pervenêre, quæ omnia examinantur & decreto interposito, vel terminantur, si momenti sunt minoris, vel si pondus habeant maius iudicio & deliberationi Deputatorum (der verordneten Herren) subiiciuntur, vel etiam ad Senatum Maiorem, vel ad Collegium Quindecimvirale vel ad alia Collegia, pro cuiusque negotii natura, remittuntur.

Ex omnibus his Ordinibus & Senatibus, qui coniunctim Räth und XXI. vulgò appellantur, quidam designantur Viri graves & prudentes, qui quasi compendium totius Magistratus conficiunt, & COLLEGIA atque IUDICIA sequentia constituunt, quorum PRIMUM est, modo dictum Collegium Deputatorum (der verordneten Herren) quibus assident Advocati, Consiliarii, & Syndicus Reipublicæ, qui negotia, quibus momentum aliquod inest, expendunt & deliberant, deque iis ad Concilium omnium quatuor Collegiorum (Herren Räth und XXI.) referunt, & id quod ibi maiore suffragiorum numero probatum aut improbatum est, tanquam ex Decreto, per Secretarium Tabulis publicis inscribitur.

SECUNDUM, Collegium Præfectorum Excubiarum (der Obern Wachtherren) qui vigiliarum & rerum militarium:

TERTIUM, (der Fortificationis Herren) qui munitionis & circumvallationis Urbis.

QUARTUM, (der Allmendherren) qui bonorum & prædiorum universitatis:

QUINTUM, (der Cancellenherren) qui Tabularii publici curam & inspectionem habent:

SEXTUM est, Conservatorum Privilegiorum.

Sequuntur IUDICIA varia, & quidem PRIMO loco:

Iudicium Censorium vulgò (das Policengericht) quod censuram morum & vitæ in omnes Cives exercet, ac luxus, ignaviæ, petulantiæ, monopolii, fraudis, impietatis nequitiæque compertos pœnâ afficit.

SECUNDO, Iudicium Matrimoniale (das Ehgericht) quod de causis matrimonialibus cognoscit, constans uno Prætore, uno Consulari, uno Tredecimviro, duobus Quindecimviris & duobus Senatoribus vel Maioris Senatus Assessoribus.

TERTIO, Iudicium Clientelare (das Schirmgericht) cui cura & census eorum demandata est, qui cives esse nolunt aut non possunt & tantummodò in clientelam & protectionem huius Reipublicæ recipiuntur.

QUARTO, Iudicium Tutelare (das Vogtengericht) ubi tutores reddendarum rationum nomine conveniuntur. Sedent in eo Iudices Tres ex ordine Senatorio.

QUINTO, Opificum Præpositi (die Obere Handwercksherren) qui res quæ ad opificia spectant curæ habent.

Der grosse Schöpffen-Rath. Hic notandum venit, quod de iis rebus & negotiis, in quibus vel in quarum administratione salus aut periculum totius populi vertitur, ex præconsultatione & decreto Senatus Maioris & trium præfatorum Collegiorum ad Consilium magnum Scabinorum CCC. Virorum (den grossen Schöpffen-Rath) refertur, quorum scita legis instar perpetuam vim habent.

Hi Scabini præter electionem Senatorum Maioris Senatus, quoque ius habent, suffragiis eligendi in Collegium suum alios Scabinos, loco demortuorum, & quotannis designandi ex qualibet tribu, quæ Senatorem non habet in Maiori Senatu, unum Scabinum.

Zunmänner. Dreyer deß Pfenningthurns und Stalls. Ex his Scabinis (vulgò Zunmänner dicti) quotannis in Collegium Triumvirorum Ærarii, quod tribus Scabinis constat, unus: in Collegium Triumvirorum stabuli, qui censum populi colligunt & non solventes mulctant, alter: Cæteri in Senatum Minorem & Dicasteria inferiora, in locum eorum, qui eo anno Magistratum abeunt, per Senatum Maiorem, eliguntur.

Der kleine Rath. MINOR SENATUS Iudicialis sex Nobilibus & duodecim non-Nobilibus Assessoribus ex tribuum Scabinis delectis, in quorum numero & is est, qui præcedente anno Consulatu functus est, constat. Tractantur in hoc Senatu causæ Testamentariæ, hæreditatum, possessionum urbanarum & rusticarum, Contractuum, debitorum, fideiussionum &c. Quæ si mille florenorum summam excedant, pertinent propriè ad Senatum, ut dixi Maiorem: sin autem summa trecentis florenis minor sit, referuntur ad ea quæ nunc sequuntur Inferiora Tribunalia: (die undern Gericht.)

Das Stadtgericht. Ex his primum est OPPIDANUM quod vocant Iudicium, (das Stadtgericht) cui præest perpetuus Iudex, assidentque septem alii è Civibus prudentioribus tribuum suarum Scabinis delecti: Hic de debitis dictam summam non excedentibus agitur & subhastationes bonorum fiunt.

Die Siebenzüchtiger oder das Siebnergericht. Alterum SEPTEMVIRORUM, ex tribulibus quoque Scabinis delectorum (die Siebenzüchter appellant.) Hi de rixis vilioribus ac levioribus iniuriis verbalibus potissimùm cognoscunt, & quæ ad munditiem urbis spectant curæ habent.

Hæc minora Iudicia æque ac Maior & Minor Senatus quotannis mutantur, eâ ratione ut pars dimidia maneat & altera nova fiat.

Iam & ea quæ superiùs de Viginti Tribubus dicta sunt paulo fusiùs exponere, exinde satis constabit Rempublicam hanc omnino secundum libertatem formatam & non tantùm Nobiles & Scabinos, sed & omnes vel quos Cives, iis tantùm exceptis, qui ingenio & bonis moribus carent, omnium Magistratuum & honorum, secundum ordinem & gradus capessendorum, ius habere & communione Iuris unius & eiusdem Civitatis inter se devinctos, imò ad speciem quandam æqualitatis redactos esse.

Fuerant olim Cives Argentinenses non-Nobiles in duodetriginta Tribus divisi, quæ tamen ab Anno 1482. usque ad hanc ætatem in viginti duntaxat contractæ reperiuntur. Quarum prima est Nautarum (die Zunfft zum Ancker / oder der Schiffleuth Zunfft) secunda Mercatorum (der Kauffleuth / zum Spiegel) tertia Laniorum (der Metzger / zur Blum) quarta Hospitum (der Würth/ zu den Freyburgern) quinta Textorum sive Fullonum (der Tucher) sexta Molitorum, Frumentariorum & Tonsorum (Kornwerffer ꝛc. / zu der Lucern) septima Salsamentariorum & Restionum (der Saltzmütter/ Grempen und Seiler / zur Mörin) octava Aurifabrorum, Pictorum, Impressorum & Compactorum Librorum (zur Steltz; nona Pistorum (der Becken) decima Pellionum (der Kürßner) undecima Vietorum & Situlariorum (der Kieffer) duodecima Coriariorum (der Gerber)

Gerber) *decima tertia Vinariorum seu Gustatorum vini* (der Weinstcher) *decima quarta Sartorum* (der Schneider) *decima quinta Fabrorum Ferrariorum* (der Schmid) *decima sexta Sutorum* (der Schuster) *decima septima Piscatorum* (der Fischer) *decima octava Fabrorum Lignariorum* (der Zimmerleuth) *decima nona Oleariorum, & Hortulanorum* (der Gärtner) *vigesima Cæmentariorum* (der Maurer.)

Hic sciendum, Tribus, Argentoratensi more loquendi, appellari die Handwerck/ *in quas ... rum omnium Facultatum Doctores & Professores & alij eruditione & rerum usu præstantes Viri, quàm plebei & opifices referuntur, exclusis Nobilibus qui separatam suam Curiam habent: ita ut vocabulum illud* Handwercker *sive Opificia, opponatur Nobilibus, omnesque Cives ignobiles (si modò ullus virtute præditus ignobilis dicendus est)* von den Handwercken *esse dicamur. Ideoque contradicendum errori IOHANN. BODINI qui in Lib 6. Cap. 4.*
„ *audacter asserit: Argentinenses Legem tulisse, ne*
„ *quis summos in Civitate Magistratus adipisceretur, nisi à cerdonibus, aut coriariis, aut id genus*
„ *sordidis opificiis, stirpem traxisset.*

Iudicium Tribunitiũ, das Zünfftiges richt.

Quælibet Tribus habet præter Curatorem seu præsidem delectum ex Magistratu perpetuo, & quatuordecim Scabinos, etiam Tribunitios Iudices (Gerichts-Leuth) *qui de rebus ac litibus propriè ad suam Tribum pertinentibus cognoscunt atque decernunt. Horum Iudicum, ex tribulibus suffragio designatorum, quibus præsidet Tribunus, non idem est numerus in qualibet Tribu, neque uno modo eliguntur. Constat enim hoc Iudicium in quibusdam tribubus Duodecim, in aliis pluribus Assessoribus. In aliquibus tribubus tota Concio tribulium: in aliis Scabini tantum: in aliis Scabini & Assessores Tribunitij simul ius eligendi habent. In quibusdam, horum Iudicum honor est perpetuus, in aliis annuus & ambulatorius.*

Brodt, Fleisch, Mühl, Gesaltzens, Wahs, Wundens, Hanff, Büchsens, Iedere, Schiffe, Meisterstücke, Goldschmide [illegible]

Ex tribulibus (Zünfftige/ Zunfft-Brüder) *quoque harum viginti Tribuum suffragiis Maioris Senatus leguntur quotannis: Inspectores panum, Carnium, Molarum, Salsamentorum, Vulnerum, Cannabis, Armorum, Coriorum, Navium, Tyrociniorum seu speciminum & artificiorum omnis generis opificum: ut & ex auro & argento fabrefactorum, &c.*

Schwörtag.

Singulis annis die Martis qui sequitur dies Comitiales, in pegmate iuxta cathedrale Templum erecto, publicè prælectis per Syndicum Reipublicæ literis solennibus, Consuli primùm Prætor, Prætori deinde Consul & Senatus cum Reipublicæ Consiliariis & Scribis, eidem denique Prætori universus populus in area subjecta stans, nudo capite, erectis in cœlum digitis, Iuramentum præstare solet.

Annehmung newer Bürger.

Novi cives non ante in ius Civitatis aut ad dicendum sacramentum admittuntur, quàm in Senatu de natalibus, de Religione, de populo, de facultatibus, deque omni vita antèacta interrogati, ita ut leges poscunt, respondeant.

DEUS Opt. Max. clementer hanc Rempublicam, dulcissimam nostram Patriam, & hanc ipsam formam, optimo consilio inventam, in qua, quicquid Democratia vitiosum habet, Aristocratiæ salutari temperamento corrigitur,

Conservet, Custodiat, Foveat, Tueatur.]

Cives in quot distincti sint tribus.

IV Cives Argentinenses aut Nobiles sunt, aut nonnobiles, sive plebeii. Vtrique in Tribus distincti. Nobiles quidem in duas; duas Itidem tribuarias ædes, quas vulgò Zunfftstuben appellant, possident, quarum una dicitur. Mühlstein/ altera Hohensteg. Plebeii in viginti tribus abeunt, nomine & ædibus tribuariis invicem distinctis.

Qualis status obtineat Argentorati.

Qualis ergo status Reipublicæ Argentoratensis est? Variant hic Politicorum libratores: aristocraticum alii dicunt; alii democraticum, alii denique mixtum. Qui Aristocraticum esse judicant, argumentantur ex eo, quòd consiliorum atque judiciorum summa potestas, non penes populum sive plebem, sed potiùs penes optimates resideat. Pro statu Mixto sententiam fert Christianus Matthiæ (*libr. 2. Systemat. polit. pag.* 147) quando Argentoratum ex Aristocratia & Democratia conflatæ asserit. A quo non videtur dissentire Berneggerus (*centuria 1. quæstionum ad Taciti Germaniam, quæst.* 98.) dum in amplissima Republica Argentoratensi Democratiam Aristocratiæ salutari temperamento corrigi innuit. Tutissimam, simul & verissimam, opinionem eorum se pronunciasse semper, mihi fassus est Dominus Walcherus, qui Rempublicam Argentoratensem Democraticam, & quidem speciei posterioris (quam adstrictam nominant) statuunt, quomodo fecit Besoldus (*libr. 1. Polit. cap. 7. & in nova editione cap. 3. de Democratia num. 2. p. 55.*) Rationes Domini Walcheri sunt: I. Vbi Nobilibus aditus est præclusus ad magistratus superiores, ibi regnat Democratia: sed Argentorati illis aditus est præclusus ad superiores magistratus, quod ex Ioachimo Krazio (*libr. 2. Viridar. Politic. cap. 9.* Besoldus demonstrat (*de Democratia cap. 1. n. 2.*) Nec obstat, quod objici potest, Nobiles tamen tertiam partem magistratus conficere. Respondetur enim, eos quidem eligi ad magistratus, verùm non potentiores, aut qui imperium atque potestatem obtineant, quales sunt Ammeisteri. II. Penes quem est jurisdictio, merum imperium & alia ad judicii partes omnes pertinentia, penes illum etir Respublica, ex qua formà patescit. At penes senatum majorem, populum repræsentantem, & ex singulis tribubus Senatorem habentem, jus gladij & omnis jurisdictio residet; Ergo. III. Penes quos est potestas, muniendi urbes, bella indicendi, jus fœdera contrahendi, & alia jura majestatica, penes illos Reipublicæ status residebit. Penes viginti tribus. & ita omnem populum, talis potestas est, probante Berneggero (*commentar. ad libr. 6. Thucydidis cap 2. num. 1.*) ubi ait: In nostra laudatissima republica, causæ belli in senato quidem disceptantur, sed non nisi à Scabinis, Schöpffen/ qui universum populum repræsentant, ratificari possunt: quod repetit (*in Centur. 2. quæstionum ad Germaniam Tacit. quæst. 55.*) IV. Et illud ad Democratiam facit, quòd in hac Republica peregrini, & exteri soleant in Senatum cooptari, licèt Quindecimvirorum & ærarii Triumvirorum [non tamen, quod Berneggerus *ad Taciti German. centur. 1. quæst.* 51. tradit, etiam Tredecimvirorum, fortè nec Consulum) munia ad indigenas restricta sint. Sicut & V. quòd officia primaria non sint perpetua, seu immutabilia: sic enim Consulis magistratus an-

nius est, Senatorum vero duorum annorum, teste Dachlero non diffitente Berneggero (*in disput. 1. de vita Antonini. Imperatoris* §. 4.) quod in amplissima Republica Argentinensi, Magistratus ambulatorii, ac mutabiles sint, licèt aliqui constituantur, qui graviora tractantes consilia negotiaque, Magistratu nunquam abeant. Quod cæteras opiniones attinet, & qui ad aristocraticum statum inclinant, videntur illi sub hoc titulo aliam formam statuere, aut in animo habere, quæ tamen nondum est generata, & quàm diu tribus duraturæ sunt manebuntquè, non generabitur. Altera opinio, status mixti, est benignior, sed inspecto fundamento, quod potestas summa, & jura majestatis penes universum populum resideant, stare nequit: nam vbi jura majestatis communicantur cum optimatibus, & populo, vel æqualiter, vel inæqualiter, nam mixturæ locus est; ubi autem summa est populi autoritas, & incommunicata, nec tamen à plebeculæ imperio administratur, sed consilio eorum, qui optimi sunt in civitate, tunc democratia locum obtinet, quamvis non liberior sed adstrictior; illa quippe maximè ignobilis est, hæc verò species facilè accedit ad Aristocratiæ illam speciem, quæ Oligarchia aut Timocratia dicitur, ubi populus Rempublicam non administrat, sed quidam aptiores reliquis omnibus imperitant, ita ut tamen secundum populi suffragia eam accipiant potestatem. Et hoc modo dilucidanda sunt, quæ in quarta & quinta decidendi ratione pro democratia afferebantur. Licèt enim peregrini in democratiis ad officia promoveantur, in hac tamen Republ. modus gubernandi introduxit, ut ad Quindecimviratum, & Triumviratum ærarij, nulli nisi indigenæ admittantur. Item quod officia principaliora, Tredecimvirorum, & Quindecimvirorum, sint perpetua, & immutabilia, quæ omnia democratiam adstrictam arguunt. Denique silentio involvendum non est, quod Berneggerus (*inter quæst. miscellan ad Taciti German. quæst. 55. circa fin.*) Bodino pro Republica Argentinensi reponit, totidem verbis: Sic autem ille (*lib. 6. de Republ. cap. 4.*) Argentinenses cæsâ ac prostratâ nobilitate, cùm imperium populare invasissent, legem communibus suffragiis tulerunt, ne quis summos in civitate magistratus adipisceretur, nisi à cerdonibus, aut coriariis, aut id genus sordidis opificibus stirpem traxisset. Causam errori, intellecta malè verba quædam præbuerunt, ex literis quotannis in comitiis Consularibus, sive Chirotonia publicè prælegi solitis, cum pro more senatus in pegmate, juxta cathedrale templum erecto, juramentum universo populo, in area subjecta stanti, & hic vicissim illi, præstat. Dum enim in illis literis dicitur, Consulem integritatis atque prudentiæ spectatæ virum, eligendum esse, von den Handwercken / scire debebant, Argentoratensi more loquendi, die Handwercke appellari tribus, in quas tàm patricij, quàm plebeii referuntur, exclusis Nobilibus, qui separatos suos conventus habent, ita vt vocabulum illud opponatur Nobilibus, omnesque cives ignobiles (si modò illius virtute præditus, ignobilis dicendus est) von den Handwercken esse dicantur. [add. *Dresserus de Vrbibus Germanicis Argentinensium Remp. vocat Lucifero formosiorem. Erasmus Roterodamus illam cum laudabili Massiliensium Repub. comparat, ob virtutum vivum exemplar & optimam Politiam.*].

Qui artem aliquam mechanicam exercent, aut opificum nomine cluent, ad suam vocantur tribum; cæteri cives, qui suis proventibus vivunt, nec mechanica tractant, quales sunt ministri Ecclesiarum, Professores artium liberalium, qui in Academia ibidem constituta docent, Præceptores iidem classici, juxtaque omnes alij, quibus liberale otium propitio contigit Iove prout cuique horum lubitum fuerit, ad hanc, vel ad illam accedunt tribum.

V. Summa rerum administratio, atque Reipublicæ gubernacula, longo temporis intervallo, penes Nobiles fuerunt, sed postquam ii latiores facti, inter se invicem dissidia alere, atque eadem anno 1332. inter familias nobiles von Mül- *Mutatio circa statum Reip. Argentinensis.* lenheim & Zornen in cædes abire cœpissent, plebeii sibi tam probè vigilarunt, ut honesta verborum prætensione, tanquam bonæ fidei custodes aut sequestri, à Nobilibus claves, sigillum atque civitatis vexillum receperint. Post hæc communis securitatis memores: novum sibi ex sui ordinis viris Senatum constituerunt: Qui licèt saepenas per vices variis constitutionibus fuerit immutatus, prout rerum vices fuerunt, attamen nunquam ad primam rediit faciem, sed hucusque Nubilium decurtata mansit potestas, usque eo, ut quotannis auf dem Schwörtag) den 8. Ianuarii præterpropter) iuri suo, quod antiquitùs in constitutione Senatus obtinuerunt, jurato renunciare consueverint.

VI. Cæterùm ut ad Tribus mea revertatur oratio, quælibet ex istis habet einen Oberherrn / Rahtherrn / Zunftmeister / auch eine Zahl dergl *Ulterior tribuum descriptio.* so scabini, oder Schöpffen genant werden / deren zwölff seind / vnd dann von wegen Handwercks ein gantz Gericht.

Der Oberherr ist gemeiniglich ein Ammeister / Dreitzehner / Fünffzehner / oder Ein vnd Zwantziger: diese Herren sitzen ewiges Regiments.

Man erwehlet alle zwey Jahr einen Rahtsherrn / auf einer ieden Zunfft / nach zwey Jahren gehet er ab / vnd wird ein anderer an seine statt erwehlet.

Derowegen man alle Jahr Schöpffen erwehlet / diese werden auf den Zunfftstuben auch für ewig gehalten / deren seind auf ieder Zunfft fünffzehen. Diese erwehlen vnter ihnen einen Rahtsherren / vnd Raht vnd Ein- vnd Zwantzig einen Oberherrn / desgleichen erwehlet man auch vnter ihnen einen Zunmann / den erwehlet der Raht zu einem Dreyer des Pfennigthurns / oder Stalls / oder Beysitzer im kleinen Raht / Stadt- oder Siebnergericht.

Man pfleget auch alle Jahr auf allen Zünfften ein neu Gericht zu besetzen / das thut das alte abgehende Gericht / deren seynd gemeiniglich neun / eilff oder dreyzehen / für diß Gericht gehören die Geschäfte der Zunfftbrüder vnd Handwercker in gemein.

Aus diesem wird gemeiniglich / wann ein Schöpffe mit Tod abgehet / oder vnehrlich gemacht

macht wird/ein ander Schöpffe erwehlet: Metzger vnd Schneider haben ein ewiges Gericht.

De electione Prætoris & Senatorum.

VII. Was aber die Chur vnd Wahl eines neuen Ammeisters/ der das Jahr vber regiren soll/ betrifft vnd anlangt/ wird derselbe auf den nächsten Donnerstag nach dem neuen Jahrstag mit gewissen Solenniteten nach altem Brauch vnd Herkommen gewehlet/ vnd wann der Raht vnd andere Officia vnd Aempter besetzet/ wird den folgenden Dinstag darauf vor dem Münster der gewöhnliche Schwörtag gehalten/alle Zünfft für ein aufgeschlagen Gerüst geführt/ darauf gehet das gantze Regiment der Stadt/ samt den Officianten so zu der Cantzley gehören/ vnd wird dieser Brief von Herren Stadtschreibern abgelesen.

In Gottes Namen/ Amen. Wir/ die Meister/ die Räht/ die Ritter/ die Knechte/ die Bürger/ die Handwerck vnd die Gemeind/ beyde Reich vnd Arm zu Strasburg/ verjahen vnd bekennen mit diesem gegenwärtigen Briefe/ daß wir gemeiniglich vnd einmühtiglich vberkommen seynd/ vnd aufgesetzt haben/ ein gemein Gericht/ dem allmächtigen GOTT zu Lob/ seiner würdigen Mutter Marien zu Ehren/ vnd der Stadt Strasburg zu Nutz vnd zu Frommen/ vnd auch zu richten dem Armen als dem Reichen. Vnd ist diß das Gericht/ nemlich so sollen ein vnd dreyssig Personen des Rahts seyn/ voran zehen von den Constofflern/ vnd ein Ammeister von den Handwerckern/ vnd darzu zwantzig Personen von den Handwerckern/ vnd als man jährlichen in den acht Tagen/ ehe der alte Raht abgieng/ ein gantzen neuen Raht vnd einen Ammeister gekiesen hat/ vmb das da dem neuen Raht auch kund vnd wissen seyn mögen/ die Sachen die sie bey dem alten Raht gehandelt vnd gemacht haben/ so soll jährlichen der halb Raht bleiben sitzen/ also daß ieglicher Rathsherr zwey Jahr an einander im Raht bleiben soll/ vnd soll jährlich der halbe Raht vnd der Ammeister gekiesen werden mit solcher Ordnung/ daß die Schöpffen ieden Handwercks/ deren Rahts-herren abgehet/auf den Donnerstag nach dem Heiligen siebenden Tag des Morgens früh auf ihrer Stuben seyn sollen/ vnd allda an statt des abgehenden in den Raht kiesen einen andern ehrbarn redlichen Mann von ihrem Handwerck/ der sie der Stadt Strasburg aller nutzes vnd weges beduncket auf ihrem Eyd/ vnd inmassen als sie dessen geschrieben Ordnungen hinter ihnen haben/ so sollen dann die gantzen alte Räht/ beyde Constoffler vnd Handwerck/ die das Jahr gewesen seynd/ in der grossen Rahtstuben auf der Pfaltzen seyn/ vnd allda an der abgehenden Constoffler statt/ auch andere fromme redliche Männer in den Raht kiesen von Rittern/ Knechten/ vnd Bürgern/ die sie der Stadt Strasburg auch aller nutzes vnd weges beduncken auf ihrem Eyd/ vnd aus denselben sollen sie dann kiesen zween Städtmeister/ von den Stuben darauff die gewesen die abgangen seynd/ zu den zweyen Städtmeistern die von dem alten Raht bleiben/ derer ieglicher ein viertel Jahr Meister seyn soll/ vnd nicht länger. Vnd were es/ daß vnter denselben Meistern/ oder den andern von Constofflern oder Handwercken/ die im alten Raht gewesen weren/ vnd darin blieben sein solten/ einer oder mehr mit Tod abgangen/ hinweg gezogen/ oder sonst vntüglich worden were/ so soll man auf dem obgemeldten Donnerstag andere an dieselbe statt kiesen/ die allein das Jahr aus im Raht seyn vnd bleiben sollen/ als der gewesen seyn solt/ der also abgangen/ hinweg gezogen/ oder vntauglich worden were darnach sollen die zehen von den Handwercken/ die im alten Raht gewesen seynd/ vnd bleiben sollen/ in die hinter Stuben gehen zu den zehen/ die man auf denselben Morgen in den neuen Raht gekiesen hat/ das seynd zusammen zwantzig/ dieselben zwantzig Rahtsherren von den Handwercken/ sollen dann kiesen einen redlichen/ frommen/ weisen/ statthaften Mann zu einem Ammeyster/ der sie der Stadt vnd der Gemein zu Strasburg aller ehrlichst vnd nutzlichst bedünckt/auf ihrem Eyd/ der ein Handwercksmann ist/ doch keinen auf einer Stuben/ da vor ein alter Ammeyster auf ist/ noch auch keinen alten Ammeyster/ er sey dann vor fünf gantzer Jahr müssig gangen/ vnd solche Wahlen vnd Churen sollen alle geschehen vnd fürgenommen werden in aller Massen/ als die Ordnung davon begriffen vor Schöpffen vnd Ammann vormahls ausgetragen seynd/ vnd in vnser Stadt- vnd der Fünfzehener Buch eigentlich geschrieben stehend die man auch denselben zwantzigen alle Jahr vorlesen/ vnd sie auch dieselben schwöhren sollen. etc. Were auch daß der Ammeister in dem Jahre mit Tod abgienge/ darvor GOTT sey/ so sollen die vorgeschriebene zwantzig von den Handwercken/ einen andern Handwercksmann zu einem Ammeister kiesen/ etc. Wir die Ritter/ die Knechte/ die Bürger/ haben auch verschwohren die Chur/ die wir hatten an dem Raht/ daß wir die nimmermehr gefordern sollen/ noch schaffen gethan werden/ in keine Vbeg. etc.

Wann nun dieser Brief verlesen/ so schwöhret der Städtmeister dem Ammeister/ er schwöhret allein/ als dann stabet der Städtmeister dem gantzen Regiment/ welches da oben stehet: Nach Verrichtung dieses komt der Städtmeister an das Geläyn/ da der roht vnd weisse Damast hencket/ wünschet der gantzen Bürgerschaft ein glückseliges neues Jahr/ vnd heist sie die Finger aufheben vnd schwöhren.

Als der Brief stehet/ der mir vorgelesen ist/ das will ich thun/ stat halten/ ohn alle Gefehrde/ als mir Gott helffe.

Sie schwöhren alle/ auch die Handwercksgesellen/ vnd alle Knaben so achtzehen Jahr alt seyn/ die Ritterschaft so im Regiment/ die vom Adel so Bürger seyn/ müssen gleicher Gestalt schwöhren.

VIII. Porrò quod potiora Civitatis privilegia attinet, so werden den Freytag nach dem Schwöhrtag folgende bey Herren Rähten vnd Ein vnd Zwantzigen abgelesen.

Zum Ersten ist die Stadt Strasburg also frey/ daß man in keinen Schriften findt/ daß von den Zeiten Ottonis des Dritten/ als man zahlt von der Geburt Christi ein tausent vnd ein Jahr/ die Stadt Strasburg einem

Argentinenses homagium Imperatori non præstant.

Römischen Kayser oder Könige iemals gehuldiget oder geschwohren habe / sondern sie ist eines solchen durch ihre Frommigkeit/Treu und Glauben / damit sie sich bey und an dem Heiligen Reich allezeit ehrlich / loblich / wohl und gehorsamlich hat gehalten / bishero gnädiglich erlassen worden / rc. [add. *Hinc etiam dicitur*; Ein *semper* freye Stadt. *Scilicet subditus qui non jurat fidelitatem, non minus ad eam tenetur, quàm vasallus, qui eam ratione feudi non jurat, & cui per pactum illud juramentum remissum est.* Reinking.(*l.* 1. *Cl.*5.*c.*4.*n.*10.) *Mirandū verò est Merianum in Topographia Alsatiæ pag.*19. *scribere; Argentinenses, Imperatore mortuo, Musicos* (die Spielleut und Freudenmacher) *in convivijs nihilominus adhibere.*].

Imperatori non solvunt tributum.

IX. Zum Andern ist die Stadt Strasburg also frey / daß sie keinem Römischen König oder Kayser schuldig ist / des Reichs Schilling / oder einige Handzinß / Schatzung oder Tribut zu geben / rc.

Vexillum Civitatis Imperij vexillo proximum est.

X. Zum Dritten / ist die Stad Strasburg auch also frey, daß sie Macht und Gewalt in allen des Römischen Reichs Romzugen und Heerfahrten / aus und ein ihr offen Pauer hart bey und neben des Reichs Adler zu fuhren. rc.

Civitas sub speciali protectione Imperij degit.

XI Quartò civitas à Cæsaris Lotharij II. temporibus sub arctiori protectionis Imperialis vinculo semper fuit, & sub ejusmodi singulare patrocinium adhuc à Ferdinando II. an.1628. d. 28. Ian. recepta.

Auream potest cudere monetam.

XII. Maximilianus I. Imp. Civitati concessit ius cudendi auream monetam in cuius alterâ parte imago S.Mariæ, sub cuius pedibus insignia Civitatis, hâc inscriptione schlagen laßen mogen [add. *Hodie ita: Vrbem Christe Tuam Serva.*] VRBEM VIRGO TVAM SERVA.

Habet ius nundinarum.

XIII. Habet porrò ius nundinarum quod à Sigismundo Imp. ad 14. dies in festo S. Iohannis extendit an. 141[illegible] & 1436. Stadt Strasburg von Römischen Kaysern und Königen mit einem Jahrmarckt gefreiet / jährlich auf S. Johannis Tag 14. tag. zu halten; ex privilegio Sigismundi 1436.

Privilegium pontem Rhenanum concernens.

XIV. Porrò Wenceslaus Imper. Civitati concessit ius in pontem Rhenanum, atque ut eò melius conservaretur Maximilianus II. Imper. an. 1570. indulsit, ut Civitas à transeuntibus peditibus 3. Heller / ab equitibus 3. Pfenning; für einen karch 6. Pfenning / und einen Wagen 12. Pfenning exigeret; quæ summa dein à Rudolpho II. aucta, von einem Fußgänger 2. Strasburger Pfenning / von einem zu Roß 4. Pfenning / von einem Karch neun / und von einem Wagen achtzehen derselben Pfennig. [add. *Pons hodiernus meritò inter opera nobilia refertur.* Hat 68. Joch; jedes Joch 22. Schritt.]

Sunt privilegiati contra extranea judicia.

XV. Hæc Civitas insuper illo gaudet privilegio, quòd non possit evocari ad ulla extranea iudicia, neque arrestari ab extraneis.

Austregæ Argentoratensium.

XVI. Gaudet hæc Civitas etiam privilegio Austregatum, neque in primâ instantiâ coram Camerâ conveniri potest, sed iudices austregales habet Basileam, Wormatiam & Vlmam ex privilegio Sigismundi an 1435. [add. *Basilea, quia hodie ab Imperio exempta, vix Argentoratenses coram Basileensibus convenientur, utpote cum concurrant electivè, ut indicant verba privilegij:* Für die ehegenanten drey Städt eine weisen.]

Privilegium præstationem juramenti concernens.

XVII. Ex privilegio Friderici Imp. si Senatus juramentum in quadam causâ præstare debet, non totus Senatus sed tantùm & duo vel tres ex illis nomine totius Concilij illud coram Commissario præstare possunt.

Privilegium aliud de fide instrumentorum.

XVIII. Ex privilegio Maximiliani I. an. 1494. instrumentorum publicorum & privatorum Transsumpta sive Vidimus in omnibus judiciis tantùm valent, quantùm originale.

Quatenus & quomodo à Senatu possit appellaris

XIX. Appellatio à Senatu permittitur hac conditione, daß Meister und Gericht zu Strasburg / zuvor von allen und ieden / so solche Appellation thun und fürnemen / Gelübd und Eyd nemen sollen und mögen / daß sie von denselben Urtheilen und Processen / nicht gefährlich / oder die Parteien ihrer Gerechtigkeit zu verhindern / oder zu Verlängerung appelliren; & novissimè ex privilegio Maximiliani II. Imp. de an. 1566. non licet appellare, nisi summa excedat 600. Reinisch. Goldfl. [add. Wan beede Parteyen in einer Appellation Sache / so über die Summ des angeregten privilegij / ist vor den Dreyzehnern / als delegirten Kayserl. Richtern / freywillig und ohne einzige Einrede procediren, und also ihre jurisdictionem prorogiren, so kan die verlustige Partey alsden nicht weiter an das Kayserl. Cammergericht *appelliren, ut rectè D. Waltherus Dn. Autorem docuit T.*4 *I. P. ad h. cap. pag.*148. *arg. l. Episcopale C de Episc. aud.*]

Privilegium de immunitate bonorum quæ Cives aut servi aliorum in districtu possident.

XX. Porrò ist der Stadt Strasburg / und ihren Bürgern gegönt / und verliehen / wo derselben Stadt Burger Eigenschaft / oder einiger Hand Güter besitzen / das niemand erlaubt sey von ihrer Eigenschaft / oder ihren Gütern / oder von ihren Leuten in Dienst zu nemen / oder zu fordern / Burde / Bät oder Steuer aufzulegen / und daß nicht desto minder sie / und alle ihre Bürger / Wohn und Weyd nutzen und niessen sollen und mögen / in allen Städten und Gerichten wo sie gesessen sind / oder da sie ihre Güter liegen haben / Vermög des original privilegij, so Philippus II. Römischer König der Stadt Strasburg deswegen geben / dessen Datum Hagenau / 17. Cal. Augusti, anno 1205. welches hernach durch Kayser Carolum IV. confirmirt worden / Datum Sultzbach / anno 1355.

Privilegium de recipiendis civibus.

XXI. Insuper ist die Stadt Strasburg auch von weiland Kayser Frideeichen / und andern Römischen Kaysern und Königen / gefreyet / wie sie auch dessen vor alten und langen Jahren und Zeiten / und länger dann iemand fürdencken mag / in guter Gewohnheit und ruhigen Possess / hergebracht und noch haben / daß so auswendige Personen so zu ihnen kommen / und da begehren zu Burgern in der Stadt Strasburg aufgenommen und empfangen zu werden / Macht haben aufzunemen : ob aber dieselben Personen einiges Herrn eigen sind / und werden in Jahresfrist von selbigem Herrn / als recht ist; abgefordert /

dem

dem oder denen läßt man sie folgen.

XXII. Ulterius ex privilegio Sigismundi Imp. de an. 1412. Civitas potest recipere Bannitos, doch zu Recht / quod privilegium de an. 1471. ampliavit Fridericus III. Imp.

XXIII. Sigismundus Imp. an. 1425. Civitati concessit, das sie den auf dem Rhein Zoll / so sie in der Stadt/oder an dem Rhein aufheben und nehmen/auf dem Rhein und auf dem Land/ in einer halben Meilen / umb die Stadt Strasburg nehmen und zollen sollen und mögen. Kayser Friderich hat diese Freiheit auf eine Meilwegs umb die Stadt erstreckt. Gemeldte Freiheit der Ladstätt ist vom Kayser Maximiliano II. an. 1566. folgenden Worten confirmirt und extendirt: daß furterhin niemands / er seye gleich wer er woll / in einer Meilwegs umb unser und des Reichs Stadt Strasburg/Macht haben solle/ein neue Ladstatt auf- oder anzurichten.

Civitas quoq; privilegiata cõtra Grundruhr.

XXIV. Civitas Argentoratensis à Sigismundo Cæsare de an. 1431. quoq; privilegiata, daß ihre Kauffleute / die auf Wasser fahren / an welche Stadt die Schiffung kömt / were daß die Schiffung von Geschichten bräche / oder auf den Grund käme/die also mit ihrem Gut verfallen weren/die sollen keinen Schaden leiden an ihrem Gut / und sollen darumb nicht verbunden seyn zu geben von Grundruhr / und soll die Schiffung und die Güter behalten seyn / denen die sie vor angehörten / ehe dann die Grundruhr geschehen.

Privilegium contra Iudæos.

XXV. Porrò Maximilianus II. an. 1570. Civitati concessit; daß nun hinführo / kein Jud oder Jüdin / gedachter von Strasburg Bürgern/ Inwohnern / Hintersassen / Unterthanen/ Zugehörigen / und Verwanten / in der Stadt/ oder auf dem Land / die sie jetzt haben / oder künftig bekommen werden/und allen denen / so ihnen/oder den ihren / mit Pflichten/Eyden und sonsten/verwant seyn / und zugethan / noch auch derselben Weibern/Kindern/Ehehalten/ Dienstbotten / Hausgesind /weder auf liegende/ unbewegliche/eigene / bestandene / noch auf andere Unterpfandbrief / oder Verschreibung / noch auf ihr Trauen und Glauben / weder mit / noch ohne Wucher / weder wenig noch viel / ohn ihrer deren von Strasburg/Vorwissen und Erlaubnüß/nicht leihen noch furstrecken/ auch mit ihnen mehro tauschen/wechslen / noch einige Anlehens- oder andere Contract, wie die Namen haben mögen/benant und unbenant / (ohn allein was zur täglichen Nohtdurft und Nahrung/von fahrenden Haab umb bahr Geld gekaufft und verkaufft wird / auch die freien Handthierungen und Commercien in freien offenen Jahrmärckten und Messen ausgenommen) weder mündlich noch schriftlich / heimlich noch offentlich / umb was Sach das were / oder in seyn möchte / nicht eingehen sollen.

Privilegia Academica Civitatis Argentoratensis.

XXVI. Privilegia quæ Maximilianus II. Imp. an. 1566. Academiæ Argentoratensi concessit sunt hæc: *Adhibito maturo consilio, animoq; deliberato, ex certa scientia, & de Cæsareæ potestatis nostra plenitudine, Scholam Argentinensem jam pridem erectam, & in decem classes distributam, à quarta classe inclusive, in Studium generale seu Gymnasium ereximus: atque sic erecta, ac instituta Academia, nec non illius Professoribus, Magistris & Doctoribus, seu aliis in ea legentibus, & Scholaribus, studentibus, aliisque illius personis quibuscunque, hoc privilegium, hancque gratiam concessimus, & indulsimus, ut iis æquiparentur, qui in aliis Universitatibus Germaniæ, maximè verò Heidelbergensi, Tubingensi, Friburgensi in Brisgavia, aut Ingolstadiensi in Bavaria, liberalibus studiis operam navarunt: ac tenore præsentium erigimus, & privilegium atque gratiam, ut præfatur, concedimus & indulgemus, volentes & eâdem autoritate nostrâ Cæsareâ decernentes, quod Rector, ac Visitatores, aut Professores, & personæ idoneæ ad id, per sæpe nominatum Senatum, & ejus successores, vel quibus id ipsi demandârint, deputandæ, possint, & valeant in prædicta Schola, seu Universitate, in omnibus Facultatibus, in sacra Theologia, in Iure & Medicina; neč non in Philosophia, & quibuscunq; scientiis legere, & lectiones, disputationes, & repetitiones publicas facere, conclusiones palam sustinere, ac prædictas scientias docere, interpretari, glossare, & dilucidare: omnes quê actus Scholasticos exercere, eo modo, ritu & ordine, quibus ipsorum Schola hactenus in usu fuit, ut in ceteris Universitatibus, & Gymnasiis publicis observari solitum est. Et cum ipsa studia eo feliciore gradu procedant & majus sumant incrementum, si ingeniis & disciplinis ipsis suus honos, seu dignitatis gradus, statuatur, & emeriti aliquando digna laborum suorum præmia consequantur: statuimus & ordinamus, ut per Collegia Doctorum seu Professorum, electis ad id idoneis, & præ ceteris excellentioribus, si qui ad sumendam palmam certaminis sui idonei judicati fuerint, adhibito prius per ipsos Doctores, & Professores in qualibet Facultate, pro more & consuetudine, atque solennitatibus, & ritu in ceteris Universitatibus observari solitis, rigoroso & diligenti Examine, (in quo conscientias ipsorum Professorum onerari volumus; quas quê sub iuramenti vinculo ad hoc adstringimus,) in Philosophia & liberalibus artibus, eos, qui examini se submiserint, & se pro more, & iuxta statuta, Scholarchis per aliquos dignos & honestos viros de gremio ipsius Collegii præsentari fecerint, possint ad ipsum examen admitti, & invocata Spiritus Sancti gratiâ examinari. Et si hoc modo habiles, idonei & sufficientes reperti & judicati fuerint, Baccalaurei & Magistri pro unius cujusque scientia & doctrina creari, & hujusmodi dignitatibus insigniri: nec non per Bireti impositionem, & annuli aurei, ac osculi traditionem, ceterisque consuetis solennitatibus investiri, &c. Ceterum quo præfata Academia, seu Gymnasium Argentoratense, suis gubernatum Magistratibus, solidiori & firmiori consistat fundamento, damus & concedimus Scholarchis, Doctoribus, Professoribus, & Scholaribus, in dicta Academia quoque tempore existentibus, autoritatem & potestatem, condendi & faciendi statuta & ordinationes, iuxta consuetudinem ceterarum Universitatum: si tamen Senatus Argentinensis in ea statuta aut ordinationes consenserit; aut eadem, vel easdem ratificaverit. &c. Ad hæc damus & concedimus potestatem creandi, & eligendi Rectorem Scholæ, & Visitatores ac Professores: item Procuratores ad negotia: vel Syndicos: sive aliosquoscunque officiales Universitatis, prout ipsis visum fuerit expedire. Præterea volumus, & decernimus per præsentes, quod Scholastici, ac ibidem dignitatum, seu graduum aliquem*

assumentes, gaudeant, & potiantur; utique, frui, gaudere & potiri possint ac debeant, omnibus, & quibuscunque gratiis, honoribus, dignitatibus, praeminentiis, praerogativis, privilegiis, concessionibus, favoribus & indultis, ac aliis quibuslibet, quibus Universitas Heidelbergensis, Tubingensis, Friburgensis, Ingolstadiensis, aut alia Studia privilegiata, ut Doctores, & Scholastici istihic promoti, aut aliquâ dignitate seu gradu insigniti, gaudent, utuntur, fruuntur, & potiuntur, &c. [add. *Ferdinandus II. Imp. an. 1621. d. 8. Febr. hoc privilegium ibi extendit, ut & Doctores, Licentiatos, in omni Facultate creare possint: & ita ex Academia Universitas facta.*]

Ditiones Civitatis Argent.

XXVII. Civitatem hanc extra pomœria plurima bona possidere, & inter alia die Herrschafft Barr / das Schloß und Ampt Wasselheim / das Schloß und Ampt Herrenstein / item das Ampt Marlenheim / und Allkirch / samt den darzu gehörigen / darunter etliche überrheinische Dorfschaften.

Insignia Civitatis Argen.

XXVIII. Das Straßburgische Stadtwappen ist / eine rothe Straß im weisen Schild; in ihrem grössern Insigel führet sie das Münster / mit sechs Thürnen / und im Secret Insigel / den Englischen Gruß der Jungfrauen Mariæ / deren zu Ehren das Münster erbauet ist: (Lehemau. *lib. 4. Chron. Spirensis, cap. 21. p.* 304.)

Vexillum ejusdem

XXIX. Der Stadt Hauptfahne / so verwahret wird in des Rentmeisters Hauß / auf dem Pfenningthurn / über der Herren Dreyen Stuben / ist von weisem Doppeldaffet / 7½ Elen hoch / und 6½ Elen breit / darauf auf beyden Seiten gemahlet / Maria Mater Domini, mit ausgestrecktem Arm und Händen / in dero Schoß sitzet das Kindlein Jesu / hat ein Lilien in seinen Händen / oben stehet diese Schrift; Venite ad puerum, qui laboratis & onerati estis.

Quota menstrua ejus.

XXX. Der Stadt Straßburg quota zum Römerzug / Reichsnohtdurfften / ist anno 1545. und 1551. umb 15. zu Roß / und 75. zu Fuß gemindert worden / hat also bishero monatlich zu geben gehabt / 25. zu Roß / und 150. zu Fuß / thut am Gelt 900. Fl. zur Unterhaltung Kayserl. Cammergerichts / gibt sie jährlich 275. Fl.

CAPUT IV.

Augusta Vindelicorum.

Unde dicta Augusta Vindelicorum

I. AVgusta Vindelicorum, (ad confluentes Luci & Vindæ, Werrham vulgò vocant) à nomine Cæsaris Augusti, Augusta dicta, ut placet Ottoni Frisingensi *lib. 3. c. 4.* Augustus enim coloniam militarem eò deduxit, postquam urbs ea à Cl. Druso Nerone Germanico, in potestatem Romanorum redacta est, anno conditæ Romæ 739. Inde Augustopurgum, quod est Augusti oppidum nominari cœpit. Ac cum Cl. Tiberius, Cl. Drusi frater, Vindeliciam in provinciæ formam redegisset, eandem urbem de suo nomine Augustam Tiberiam vocitavit.

Insignia Urbis Augustanæ.

II Qui res Augustanas præ cæteris firmatâ diligentiâ venatus est, Marcus Welserus de insignibus urbis Augustanæ ita: Cum Alpes & Rhætia reliqua plurimas coniferarum arborum sylvas habeat, ac Plinius prodiderit, laudatissimam abietem in Alpibus, & Appennino nasci, deinde Alpina larix Romanis prope miraculo fuerit, quippe quam flammis non obnoxiam, falsò licèt, crederent, quod Vitruvius, Plinius, Palladius referunt: ideo Tiberius concremato ponte naumachiario, larices ad restituendum cædi ex Rhætia jusserit, inter quas fuit amplissima arborum ad id ævi Romæ visa trabs e larice, longa pedes CXX. bipedali crassitudine æqualis, quo intelligeretur vix credibilis reliqua altitudo, fastigium ad cacumen æstimantibus: quid est, cur dubitemus quo strobilus in principe provinciæ urbe pertineat? Quæ si se hoc modo habent, in symbolo Augustano strobilum tantum considerabimus, reliqua parergorum loco ducentes, sive strobilus columnæ capitulo imponatur, sicut elegantiæ causâ vulgò fit: & capituli quidem icunculam turritam fingunt, quam si Cybelem hic olim cultam innuunt, non probo; si Coloniæ aut etiam Provinciæ, illam imaginem esse volunt, non valde improbo, etsi malim nihil à saxeo termino aut à nummis, utrumvis sequi placeat, mutari, quod eam antiquitati venerationem deberi existimem: sive pediculo insistat minoris operæ, tornatili specie, qualem in nummis aspicimus, qualemque majores prætulisse intelligimus: publicum quippe signum, quo Respublica etiam nunc utitur, ita sculpendû curaverunt. &c. Uti ergo in Cæsarum aquilis Romanos veneramur etsi alterum caput Constantinopoli sero annatum, aureum Clypei, nigrum Aquilæ colorem à Francis aut Germanis esse scimus; sic certum itidem habemus, coloniam jam olim strobilum prætulisse, ut is viridi, qualem natura ante plenam maturitatem fert, scutum rubro & candido, jucundissimis omnino coloribus exornaretur, longo post tempore instituisse, eaque inter antiquos Germanorum mores esse secutam, de quibus Tacitus: *Nulla cultus jactatio, scuta tantum lectissimis coloribus distinguunt.*

Origo libertatis hujus Urbis.

III. An. 1161. Fridericus I. Imp. hanc Civitatem ex provinciali Imperialem reddidit. Consedo ultimo Duce Sueviæ cives Augustani se suaque dein in plenam libertatem non parvo asseruerunt argento an. 1266. Fridericus enim II. advocatiam urbis, & præfecturam regionis, filio suo Conrado Regi, & hic Conradino filio, reliquerat. Nunc verò utrâque subjectione (der Land- und Stadt-Vogtey) liberati, in posterum ipsimet sibi ex suis municipibus ingenuis (nullo amplius, vel Ducis, vel provinciæ præfectorum impediente præscripto) proprium Senatum eligere, & civitatis Curatores Duumvirosve (magistros tunc civium dictos, Burgermeister / Consules) & præfectos urbis, adhuc Stadtpfleger appellari solitos, liberè creare cœperunt, ex quorum consilio & industriâ totius Reipublicæ suæ gubernatio penderet, capitalia tamen iudicia, maleficiorumque actiones, ut olim, ita & posthac penes Imperatoris vicarios regionis, & loco eorum civitatis præfectos manerent. Tunc igitur Consules sive Duumviri, ab Augustanis creati fuerunt, Henricus Schön-

gauer

gauer & Luitpoldus Schröter (Leheman. *lib.4. Chron.Spirenſ.cap.4.pag.287.*) [add. *An.1426. Civitas hac à Sigiſmundo Cæſare impetravit, ne unquam Advocatia hujus V.bis alienaretur, & ut Civitati liberum ſit Advocatos, prævia confirmatione Cæſareâ; conſtituere & deponere Topograph. Sueviæ.*]

Status Reip. Auguſtanæ. IV. Sed ut exactiùs de ſtatu Reipublicæ Auguſtanæ nobis conſtare poſſit, audiamus quæ Zeilerus à (*in cōtin.Itiner.German.cap.12.pag.272.*) refert: Zu Augſpurg ſoll vor Zeiten das Regiment bey denen Patriciis oder Geſchlechtern/ bis aufs Jahr 1368. geweſen ſeyn/ in welchem unter Kayſer Carln dem Vierten in einem Aufruhr des gemeinen Volcks ſolch Regiment in eine Democrati verendert worden / welches auch bis auf Kayſer Carln den Fünften alſo verblieben/ der anno 1548. den höhſten Gewalt allda den Geſchlechtern wieder zugeſtellet hat. [add. *Anno 1552. Carolus V. privilegio munivit Regimen Patriciorum, ne quis ſub pœnâ capitali, aliquid contra illud attentet vel moliatur. Ad ſtatum hujus Civitatis melius cognoſcendum, & quid juris in ea Epiſcopo competieris legi meretur Autor* von den Reichs-Vogtheien *part. 2.*] Daher die Herren Pfleger und geheime Rähte dieſer Stadt / in ihrem Gegenbericht der Augſpurgiſchen Händel/ ꝛc. anno 1587. getruckt/ am andern Blat b. ſetzen; daß es vor dieſem eben ein ſolche Regimentsform allhie gehabt / wie ſie Kayſer Carl in obbemeldtem acht und viertzigſten Jahr wieder erneuert / da er die Zünfte aufgehebt / und den Patriciis die Obrigkeit wieder reſtituirt, welche ihnen die Gemeind/ durch einen gewaltigen unverſehenen Uberfall / weil der Raht bey einander auf dem Rahthaus in Geſchäften der Obrigkeit geſeſſen/ abgedrungen; daß alſo Kayſer Carls des Fünften Handlung und Verordnung nichts anders / weder emendatio vitioſæ poſſeſſionis (ſeyn die Wort obbemeldten Gegenberichts) geweſen ſeye. Es ſitzen aber der Zeit im Raht 45. Perſonen / darunter ein und dreiſſig Geſchlechter ſeyn/ der innere oder geheime Raht beſtehet auf ſieben / darunter die zween Herren Stadtpfleger / ſo den höhſten Gewalt allda haben. Der Burgermeiſter ſeynd ſechs/ deren drey Geſchlechter / einer von der Mehrern Geſellſchaft / der Fünfte von den Kaufleuten/ der Sechſte von der Gemeind. Im Einnehmerampt ſeynd drey. Das Baumeiſterampt beſitzen auch drey. Im Steuerampt ſeyn vier. So ſeyn zween Spittalpfleger / Vier ſo beym Umbgeld ſitzen. Im Oberpflegampt ſeynd zween / und ſo viel auch im Zeugampt. Das Proviantampt verwalten drey/ darnach ſeyn zween Oberpfleger / übers Blaterhaus / Oberhauſen/ und zur Geſundheit. Item vier über die Schulen / auch zween Bibliothecarij, und zween verordnete über die Truckerey. Item zween Pfleger über das Findelhaus / und drey Handwercksherren, Es hat ferners die Stadt eine Cantzley/ etliche Rahtsadvocaten/ einen Rahtſchreiber / drey Secretarios, ſechs Cancelliſten / einen Obriſten über die Stadt-Guardi/ und den Reichs-Stadt Vogt. Hæc Zeillerus. [add. *Cum autem Catholica-Romanæ religioni addicti, aliquot per annos, Auguſtanam Confeſſionem profitentes, ad Senatoriam dignitatem, aliaque egregia munera non, ut antehac factum, admiſiſſent, tandem pace inter Imperium & Regnum Sueciæ factâ, (ut ex inſtrumento pacis: artic. 5. §. in ſpecie ſeqq. patet,) certus Reipublicæ hujus ſtatus fundatus, cui adhuc hodie innititur. Quomodo p. Eta Pacis Monaſterie. ſis circa hanc urbem executioni fuit mandata ab Epiſcopo Conſtantienſi & Duce Würtembergia exponit Knipſchild l.3 de Civ t. Imperial. c.3. pag.717. & ſeqq. & extat idem Edictum in Theatro Europæo T.6. pag.753. & ſeqq. Conſulendus autem hic Burgold. p 2. ad Inſtr. Pac. Diſc. 7. in tot. ubi ſpecialiora videbis, quid Oſnabrugis & Monſterij circa hanc Civitatem tam in Eccleſiaſticis, quàm in Politicis ſit actum. Dn. Autor T 4 l. P. ad h. cap. pag. 160. refert hanc Civitatem ab an. 1590. uſque 1641. Comitiis Imperij non interfuiſſe, id quod tamen hod'e non amplius ita ſe habet poſt concluſam Pacem Weſtphalicam, ceu patet ex Subſcriptione Receſ. Ratisbon. de an. 1654.*]

De Patriciis Auguſtanæ Urbis. V. De Patriciis Auguſtanis notum eſt, poſtquam infra centum & ſeptuaginta annos, multæ antiquarum familiarum penitus extinctæ, nec præter ſeptem aut octo ſuperfuiſſent, Senatum anno 1539. ad patriciatus honorem quadraginta & unam familiam evexiſſe, Carolo V. Imper. id approbante. Fertur etiam poſteà tredecim alias familias matrimoniorum favore ad jus prytanei perveniſſe. Inter veteres familias, patriciatu claras, referunt, Langemantelios, Rehlingeros, Welſeros, Hervvartos Hofmaieros, Ravenſpurgeros & Ilſungos. Recentiores autem 54. nominantur

1. Remen.	28. Zechen.
2. Sulter.	29. Tern.
3. Langinger.	30. Hartlieb.
4. Im Hoff.	31. Steudlin.
5. Walther.	32. Menhard.
6. Ulſtet.	33. Seitzen.
7. Endörfer.	34. Haugen.
8. Peutinger.	35. Manlich.
9. Honold.	36. Weiſſen.
10. Muller.	37. Neidhart.
11. Grecken.	38. Baler.
12. Paumgartner.	39. Heelen.
13. Ehem.	40. Hörman.
14. Hemtzel.	41. Welſin.
15. Schellenberg.	42. Rembold.
16. Fugger.	43. Buger.
17. Piroter.	44. Hoſer.
18. Hochſtatter.	45. Rothen.
19. Stetten.	46. Krauſen.
20. Murſing.	47. Lincken.
21. Rehling.	48. Rentzen.
22. Jungen.	49. Roſenberger.
23. Stamler.	50. Mertzen.
24. Rittel.	51. Zangmeiſter.
25. Pemer.	52. Hangenauer.
26. Pöttlin.	53. Mayr.
27. Zelling.	54. Hopfer.

His acceſſerunt quatuordecim alij, quos patriciatus dignitate donavit Imp. Ferdinandus II. die 29. Decembr. anno 1627. nempe:

1. Schellenberg.
2. May.
3. Wanner.
4. Wagner.
5. Sittichhausen.
6. Keller von Zndorf.
7. Schiller.
8. Festenmerr.
9. Zech von Leibach.
10. Maier.
11. Holtzapfel.
12. Keller.
13. Bechler.
14. Marthiol.

Protestatus quidem tunc fuit Senatus contra hanc novorum patriciorum creationem, sed inani successu. Creatos enim admittere ad immunitatem, privilegia, & prærogativas omnes, quæ patriciis competunt, iussus fuit ab Imperatore die 10. Martij anno 1629.

Tributum Imperiale Augustanæ Vrbis.

VI. Der Stadt Augspurg Anschlags wegen/ seynd unterschiedene Meinungen. Etliche geben vor/ nachdem dieselbe anno 1545. auf 5. zu Roß/ und 50. zu Fuß erhöhet worden/ sey sie monatlich bey des Reichs Hulfen angelegt/ auf 30. zu Roß/ und 200. zu Fuß/ thut an Gelt 1160. Fl. und habe sonsten zu Unterhaltung des Kayserl. Cammergerichts jährlich zu geben 250. Fl. Andere schreiben Augspurg zu 25. zu Roß/ und 150. zu Fuß/ so sich an Gelt belaufft auf 900. Fl.

Ius Civitatis in Iudæos

VII. Anno 1272. hat der Bischoff zu Augspurg die jurisdiction und Gebiet die Juden/ so in der Stadt Augspurg wohneten/ und zwey Jahr darnach noch viel andere Gerechtigkeiten mehr/ dem Raht umb eine benannte Summ Gelts/ und auch eine bestimte Zeit verliehen und versetzt: nach verflossenem Termin aber gantz und gar eigenthumlich verkaufft: (Merian. *typograph. Sueviæ tit.* Augspurg *p. 5.*) [add. *De iure huius Vrbis circa Lycum fluvium, vide notabilia in Topographiâ Sueviæ pag. 6. Aliàs territorium huius Vrbis exiguum admodum est, &, uti mihi relatum, tantùm unum pagum extra Vrbis mænia possidet.*]

Tributum annuum Civitatis,

VIII. Anno 1473. verglich sich Kaiser Friderich mit der Stadt Augspurg dahin/ daß der Raht hinfuhro nicht mehr dan 400. Fl. in Gold für gemeiner Stadt schatzung/ welche man die Reichssteur nennet/ und die Röm. Kayser von dieser Stadt jedes Jahr einzunehmen/ zu erlegen solte schuldig seyn: *l. c. pag. 6.*

Civitas immunis à vectigalibus.

IX. Kayser Carl der Fünfte/ hat anno 1551. der Stadt Augspurg diß privilegium geben/ daß sie Zollfrey seyn solle/ mit allen ihren Sachen/ was sie dahin führen/ wo sie es gleich herbringen: *d. p. 6.*

Asylum debitorum in hac Vrbe.

X. In dem Closter bey S. Ulrichen hat es eine Freyung/ daß ein Schuldner/ oder anderer/ sich daselbst drey Tag lang auffhalten mag/ hernach aber allwegen des dritten Tags Erlaubnuß/ noch länger zu bleiben/ vom Abbt erbitten muß. Dieser Abbt soll der Stadt jährlich ein gewiß Schutz- und Schirmgeld geben. Er ist als ein Reichsstand in der Reichsmatricul angeschlagen gewest/ auf 5. zu Fuß/ oder 20. Fl. *p. 7. & 8.*

Lanienum domus in hac Vrbe.

XI. Die Metzig zu Augspurg ist ein Kayserlich beneficium, und wird den Bürgern dieses Handwercks/ durch die Herren Truchsessen von Waldpurg/ verliehen: *p. 9.*

Privilegia circa bona Civium

XII. Anno 1276. Hat Käyser Rudolff der Erste die Stadt Augspurg mit dieser Freyheit begnadet/ daß der Bürger Güter/ Gründe und andere ihre Possess/ außer der Stadt-Mauren gelegen/ keinerley Vogtey-Rechten solten underworffen/ noch einige Frohn/ oder Dienst zu leisten schuldig seyn.

Ius vectigalium.

XIII. Anno 1294. Hat Käyser Adolff gemeiner Stadt Augspurg diese Freyheit gegeben/ daß von allen Sachen/ die so wol in die Stadt/ als darauß geführt würden/ der gebührende Zoll/ an allen Thoren den Herren gereicht/ und außgericht soll werden.

Immobilia Civium non possunt extraneo vendi

XIV. Anno 1306. Hat Käyser Albrecht die Stadt Augspurg befreyet/ daß die unbewegliche Güter so Erbschaffts weiß an die Geistliche gefallen/ innerhalb eines Jahrs allein den Bürgern allhier solten verkaufft werden.

XV. Anno 1344. hat E. E. Raht vom Käyser Ludwig diese Freyheit erlangt/ daß sie ihre abgesagte Feinde/ so sie/ oder ihre Mitbürger/ und Unterthanen/ mit Brand/ oder in andere Weg/ an Leib oder Gut zu beschädigen sich unterstünden/ nicht allein wo sich dieselbige betretten/ gefänglich annehmen/ sondern auch sampt ihren Unterschleiffern ohne alle Schew und Gefahr/ nach ihrem Verdienst hinrichten mögen.

Aliud privilegium circa ædificia.

XVI. Anno 1349. Hat Käyser Carl der Vierdte/ die Stadt Augspurg gnädigl. befreyet/ daß kein Geistlichen oder Frembden/ und Außländischen zugelassen seyn solte/ ein eigen Hauß in der Stadt inzuhaben/ oder einigs ererbtes zu besitzen/ sondern so fern er nit Lust hat Bürger zu werden/ daßelbige einem eingesessenen Bürger verkauffen solte.

Aliud privilegium circa merum imperium.

XVII. Anno 1446. Gab Käyser Friderich/ der Dritte/ der Stadt Augspurg diese Freyheit und Regalia, daß der Raht hinfuro allezeit selber Malefitz-Recht in Geheim besitzen/ und die Ubelthäter zum Todt in der Stille/ und in verschlossenem Zimmer auff ihrem Rahthauß/ doch daß der Stadt-Vogt/ als Præsident, auch dabey were/ zum wenigsten durch 24. Beysitzer/ mehrer Ruhe und Stille halben/ urtheilen möchte.

Ius Civitatis circa Lycum fl:

XVIII. Anno 1462. Gab Käyser Friederich/ der Bürgerschafft zu Augspurg diese Freyheit/ daß sie den Lech von dannen an/ da er entspringt/ biß zu der Stadt/ unverhindert leyten/ und wo derselbe nachtheilig/ und hinderlich were/ solches nach Notturfft abstellen/ deßgleichen auff beyde seiten/ so wol an gemeltem Lech/ als Wertach ihr Vieh weiden/ fischen/ voglen/ und alter Gerechtigkeit nach/ auch Wildschwein hetzen/ und jagen möchten.

In quibus causis hic appellare non [illegible].

XIX. Anno 1506. Hat der Römische König Maximilian/ der Erste/ der Stadt Augspurg die Freyheit gegeben/ daß umb Sachen/ iniurien, item Leibs-Beschädigung/ betreffend/ es seyen Würff/ Stich/ Stöß/ Lähme/ Beinschröte/ oder fliessende Wunden/ hinfüro in ewigen Zeiten von einem Urtheil/ oder Decret, vom Rath/ oder Gericht gesprochen/ niemand appelliren, dingen/ weigern/ nichtig sprechen/ supplicirn, oder reduciren soll/ noch mag/ in keine Weiß noch Weg.

Ius [illegible] monetæ.

XX. Anno 1522. begabte Käyser Carl/ der Fünffte/ die Stadt Augspurg/ auß hohen Gnaden/ mit dieser Freyheit/ daß sie Macht haben

solt/

solte / Silber und Gold in dem Werth wie es sonsten im Reich gangbar / zu muntzen. Vid. plurib. Knipschild. l.3. c.3. n.46. & seqq.

Nitor Urbis Augustanæ.

XXI. Civitas est ædificijs tum publicis, tum privatis splendidissima, inter quæ, ceu majora quædam sidera, prominent, Curia civitatis, sive domus Senatoria, cui vix ullibi Regium simile Palatium; & armamentarium, cujus non elegans modò externè structura, hâc inscriptione, *Belli instrumento, Pacis firmamento*; sed & internè dispositio elegans, & apparatus oculis ambiguus.
[add. *Augustæ sunt hic omnia. & inclyta*
Quæcunq; cernis, templa, domus fora,
Turres & horti, porticusq;
Mœnia & hospitia, & tabernæ.
Augustior Respublica nobilis,
Virtute præstans & sapientiâ &c.]

Privilegia Augustanorum circa judicia.

XXII. Cives zu Augspurg & subditi, privilegiati à Maximiliano I. sunt contra Rohtweil / & alia extranea judicia, de anno 1501. [add. *Carolus IV. Imp. an.* 1355. *Rupertus Imp. an.* 1401. *Civitati primum hoc privilegium dedit: adeoq; an.* 1468. *duo cives capite plexi, quòd concives suos coram judicio westphalico convenerint. Topogr. Sueviæ Tit.* Augspurg.] Summa interdictæ appellationis est 400. Rheinische Gülden / anno 1531. quam Carolus V. Imp. præfinivit, & 1541. *Symphor. tom.* 3. *fol.* 36. *& tom.* 6. *pag.* 148. [add. *Rudolphus II. Imp. an.* 1594. *d.* 30. *Iul. hanc summam extendit ad* 600. *Goldfl. Ferdinandus II. an.* 1627. *quomodo ulterius extenderit vid Knipschild l.3.c.3.n.*460]. [add. *Nobilis est cum primis hac Civitas ob exhibitam ibidem an.*1530. *Carolo V. Imp. Augustanam Confessionem Vid. Sleidan. l.*7. *de Stat. Relig. & Tomi* 4. *Calestini de Comitiis Augustanis an.* 1530. *Anno* 1533. *Civitas quoq; huic Confessioni se addixit. liberumq; Religionis exercitium ipsi per Pacem Religiosam de an.* 1555. *concessum, quo gavisa est, usq; ad an.* 1629. *in quod demum plene rursus per Instrumentum Pacis restituta prout religio an.* 1624. *ibidem viguit.*]

CAPUT V.

Alen.

Unde dicta hac Urbs.

I. Alen / Rhætiæ oppidum, ad Cocherum amnem, pervetus, dictum ab anguilla pisce, cujus copia ibi capitur.

Quomodo ad Imperium pertinuerit.

II. Die Stadt Alen hat vor diesem den Grafen von Würtemberg zugestanden: als aber aus denselben Eberhardus anno 1360. sich wider den Kayser aufgelehnet / seint ihme von Kayserlicher Maiestät / nach vorgangener Composition, alle eingenommene Ort und Flecken widerumb eingehändiget worden / augenommen Alen / so also dem Reich heimgefallen zu seyn declarirt worden: (Hortleder, *de causis belli Germanici, lib.* 3. *cap.* 1. *pag.* 617. [add: *Imperator Fridericus I. hic dicitur aulam habuisse, ac nonnulli putant, quod Carolus IV. Imp. an.* 1360. *hanc urbem Imperio incorporârit.*].

Tributum Imperiale illius.

III. Alen ist anno 1545. und 1551. umb 1. zu Roß / und 6. zu Fuß geringert worden / gibt solchem nach monatlichen zu Roß 1. zu Fuß 12. thut an Geld 60. Gülden: zu dem Kaiserlichen Cammergericht aber gibt es jährlich 17. und einen halben Gulden.

CAPUT VI.

Bisantium.

Varia nomina hujus Urbis

I. Bisantz / *Vesontio* dicitur Cæsari, *Vesuntium* Ammiano, hodie *Besançon.*

Civium privilegium ratione suorum judicum.

II. Bisautini Cives privilegiati sunt, ne prius judex civitatis aliquem per sententiam condemnet, nisi prius tribus vicibus mittatur ex indultu Caroli IV. de an. 1364. Quod si intra tres illas missiones partes concordaverint inter se, transactionemve inierint, non licet ulterius appellare: nullâ autem concordiâ initâ, tum demum judicialiter procedendum.

Regimen Civitatis Vesontinæ.

III. Vesontium per Duum viros gubernatur: quotannis die Divo Iohanni Baptistæ festo comitia celebrantur, ubi viginti octo viri in septem tribubus, quatuor viri scilicet in unaquaque tribu, à populo civitate donato eliguntur. Hi viginti octo viri rursus, re divinâ factâ, in domo civica congregati, quatuordecim virus, in singulis nempe tribubus duos, civitatis rectores, seu gubernatores constituunt, penes quos manet Reipublicæ totius gubernatio, & jus summum, toto illo anno, quo per hebdomadas singuli, ordine tribuum, Præsidis sedem occupant. Ut autem in quatuordecim virorum electione viginti octo viris summa suffragij ferendi libertas est concessa, sic etiam in his eligendis liberrimæ sunt civium voces: (Chiffletius *in Vesuntione part.* 1. *c.* 29.)

Onus Imperiale hujus Civitatis.

IV. Bisantz ist anno 1551. umb. 28. zu Fus geringert worden / soll solchem nach geben monatlich zu Roß 7. zu Fuß 30. thut am Gelt 204. fl. zu Unterhaltung aber des Kayserlichen Cammergerichts hat es jährlich zu reichen 80. fl.

Verùm dicto anno 1551. in comitiis Augustanis Orator civitatis Humbertus Iamced asseveravit, eam exemtam esse ab omnibus contributionibus adducendo privilegium Caroli IV. apud Carolstein anno salutis M CCC LXIV. *Item concedimus pro nobis, & successoribus nostris, Romanorum Imperatoribus, & Regibus, prænominatis civibus, quod ob necessitatem nostram, vel Romani Imperij, seu ob quamcunque aliam causam, non possemus seu debeamus facere ipsi civitati, civibus, vel habitatoribus in eadem, captionem, inquisitionem, exactionem pecuniariam, ob quamcunque causam, castrum aliquod seu fortalitium intra civitatem prædictam seu intra metas Banleyæ prædicta, nisi unanimiter universitate prædicta consentiente* quod privilegium confirmârunt, & ampliârunt Wenceslaus, Sigismundus, Fridericus & Carolus V. Imperatores [add: *Quamvis in dictis Comitijs Civitas possessionem vel quasi libertatis ab omni onere prætenderet, tamen illa an.* 1601. 2000 *Coronates dedit, & an.* 1641. *per legatum Danielem Chevannay de Danielibus I. V. D. in Comitijs Ratisbonensibus comparuit. De hodierna hujus civitatis conditione testatur diploma Cæsareum, consensus Electorum, & Statuum Imperij, sequentis tenoris.*

Nos infrâ scripti Sacri Romani Imperij Prin-

Hodierno conditio Civitatis Vesuntinæ.

cipes, Electores, omnibus & singulis præsentes nostras lecturis, aut legi audituris, notum esse volumus, cum perductis haud ita pridem, Divini numinis auspicio, ad finem tractatibus Norimbergæ, super exequenda pace, antehac Monasterij, & Osnabrugæ Westphalorum, conclusa, institutis, circa restitutionem civitatis Franckenthalensis, non exiguam adhuc difficultatem superesse, deprehensum fuerit. Circa hoc negotium verò, inter Sacram Cæsar. Majestatem, Ferdinandum III. hujus nominis, Imperatorem semper Augustum, & serenissimum Regem Hispaniarum, Catholicum, in eum, qui sequitur modum conventum, civitasque Imperialis Bisuntina, cum supremo Dominio, & omnibus juribus superioritatis, præfato Regi Catholico Philippo IV. ejusque Successoribus & Hæredibus, Ducibus Burgundiæ, in perpetuum, (salvo tamen Electorum, Principum & Statuum Imperij assensu,) transcripta, tradita & consignata, desuperque speciale Cæsareum diploma subnexi tenoris erectum, & extraditum fuerit.

Nos Ferdinandus III. Divinâ favente clementiâ, Electus Romanorum Imperator, semper Augustus, &c. Agnoscimus, & notum facimus tenore præsentium universis, cum tractatus super exequenda pace Monasteriensi, & Osnabrugensi, antehac Norimbergæ instituti, Divino numine propitio, ad felicem tandem exitum pervenerint, & utrinque mutuo beneplacito conventa sint, ipsi quoque executioni eatenus demandata fuerint, ut in præsentiarum difficultas haud exigua circa evacuationem civitatis Franckenthalia superesse apprehendatur, ad ejus verò restitutionem serenissimus, & potentissimus Hispaniarum Rex Catholicus, pro singulari suo, quo erga nos, & Sacrum Romanum Imperium, ejusdemque plenariam tranquillitatem fertur, studio, benevolam Regij sui animi propensionem non semel contestatus sit, quod nos proinde, ad contestandam vicissim grati nostri animi significationem, animo benè deliberato, & prævio nostrorum, S. R. Imperij Electorum accedente consilio & consensu, deque Cæsareæ potestatis nostræ plenitudine, pro nobis & successoribus nostris Rom. Imperatoribus & Regibus, serenissi. ac potentiss. Domino, Domino Philippo IV. Hispaniarum Regi Catholico, ejusque Successoribus & hæredibus, civitatem nostram Imperialem Bisuntinam cum supremo Dominio, & omnibus juribus superioritatis (ita ut deinceps à nostra & Sacri Imperij jurisdictione omninò exempta intelligatur, & in absoluta Serenissimi & Potentissimi Regis Catholici potestate & jurisdictione inter cæteras Circuli Burgundici ad eundem spectantes Provincias & terras, parique protectionis ab Imperio vigore antiquorum pactorum competentis jure possidenda existat, & comprehendatur,) perpetuis post hac temporibus possidendam & tenendam transcribimus, tradimus, & consignamus, renunciantes omnibus juribus, actionibus & regalijs, quæ nos, & prædecessores nostri in dictam civitatem Bisuntinam quomodocunque habuimus, & habere potuimus, plenissimè & perfectissimè, ejusque cives & incolas ab juramento, homagio, fidelitate & obligatione, quibus hucusque nobis & S. R. Imperio immediatè devincti erant, absolvimus, liberamus atque exoneramus & ab omni ejusmodi obligatione absolutos, liberatos & exoneratos declaramus, volentes & consentientes, ut omnes singuli cives, & incolæ, deinceps dicto serenissimo & potentissimo Hispaniarum Regi Catholico, ejusque Successoribus pareant, convenientia fidelitatis Sacramenta, & homagia dicant, cæteraq; omnia & singula præstent, ad quæ hactenus nobis, & Imperio Romano, præstanda, de jure, & consuetudine tenebantur; promittentes fide & verbo nostro Imperiali, nos pro majori serenissimi & potentissimi Regis, ejusque Successorum securitate, tam firmiore etiam præsentium robore, effecturos, ut huic transcriptioni, traditioni, & consignationi, omnium etiam cæterorum Principum, & statuum Imperij assensus, in proximis Imperij Comitijs accedat. Harum testimonio literarum, manu nostrâ subscriptarum, & sigilli nostri Cæsarei appensione munitarum, data in civitate nostra Viennæ 15. Mensis Maij Anno 1651. Regnorum nostrorum, Romani 15. Hungarici 26. Bohemici 24.

[Forma diplomatis transferiptionis Bisuntij approbata ab Excellentissimo Domino Oratore Hispanico d. 16. Maij 1651.]

Quod nos idcirco à Sacra Majestate Cæsarea in hunc finem, & pro impertiendo nostro consensu, tanquam in negotio publicam, & singularem Sacri Romani Imperij salutem, & tranquillitatem, concernente, specialiter requisiti, pro jure nobis, unà cum cæteris Imperij Statibus, competente, in dictum Cæsareum diploma, eoque contentam civitatis Bisuntinæ transcriptionem, pro nobis, & successoribus nostris, Sacri Romani Imperij Electoribus, in omnibus, & singulis suis articulis, consensimus, promittentes insuper, nos omni conatu studio collaboraturos, quò in proximis comitijs imperialibus, reliquorum quoque Principum, & Statuum Imperij consensus, transcriptioni huic accedat. In cujus rei fidem, & testimonium patentes hasce literas propriâ manuum nostrarum subscriptione, & sigillorum nostrorum, munimine, firmari curavimus data 23. die Maij Anno 1651.

(L.S.) Iohãnes Philippus, Elect. Archiep. Mogũt.
(L.S. Maximilianus Henricus, Elector Colon.
(L.S.) Maximilianus, Elector Bavariæ.
(L.S.) Iohannes Georgius, Elector Saxoniæ.
(L.S.) Fridericus Wilhelmus, Elector Brandenb.
(L.S.) Carolus Ludovicus, Palat. Elector.

Copia instrumenti Transcriptionis civitatis Bisuntinæ in Regem Hispaniarum, nomine Electorum, Principum & Statuum S. R. Imperii, eorumque qui absunt, Plenipotentiariorum, Legatorum & Deputatorum: Dictata Ratisb. 1/4. Febr. 1654.

Sacri Romani Imperij Electores, Principes & Status, in hisce Imperij comitijs congregati, eorumque, qui absunt, Plenipotentiarij, Legati & Deputati universis & singulis præsentes literas lecturis, vel legi audituris, & quorum interest, vel quomodolibet interesse potest, notum testatumque faciunt publicè; cum post Pacem Monasterij. & Osnabrugis Westphalorum, ante quinq; annos conclusam, in desuper Norimbergæ absolutos executionis tractatus, circa civitatis, & fortalitij Franckenthalensis restitutionem maximè periculosissima, & ferè insuperabilis renata esset difficultas, namque pro stabilienda communi Imperij tranquillitate, & avertendis, quæ contra hærebant, & imminebant, damnis & periculis, Sacra Cæsarea Majestas, Ferdinandus III. hujus nominis, Imperator semper Augustus, cum serenissimo Rege Hispania-

spaniarum Catholico; mediante Imperialis Civitatis Bisuntinæ transscriptione, amicabiliter superârit, & salvo S. Romani Imperij Electorum, Principum, & Statuum, ad eandem necessario, libero, & solemni assensu, speciale desuper diploma Cæsareum in eum erexerit, & extradiderit modum & tenorem, ut sequitur.

Nos Ferdinandus III. &c.

Austrega VVeissenburg. VI. Habet præterea suas Austregas, & quidem in prima instantia ab eo tempore, quo præfecturam Imperij adepta est; coram Senatu Norimbergensi forum sortitur, ante verò ejus impetrationem conveniebatur coram præfecto imperiali, Reichs-Pfleger / eodem modo, ut Suinfurtum coram suo Reichs-Vogt / & Dünckelspüla coram suo Stadt-Amman primam instantiam habet.

Privil. de non evocando. VII. Privilegium quoq; habet contra quælibet, quocunque nomine veniant, extranea judicia, in omnibus omninò causis, tam civilibus, quàm criminalibus, ab Adolpho anno 1296. Alberto anno 1301. Henrico anno 1310. Iohanne Bohemiæ & Poloniæ Rege, Henrici filio, eod. anno, Maximiliano anno 1495. Ferdinando, sub pœna 40. marcarum auri, anno 1541. Maximiliano II. anno 1566. Rudolpho II. anno 1577. & Matthia anno 1613. Imperatoribus, impetratis gaudet privilegiis.

Privil. circa appellationem. VIII. Habet etiam privilegium Maximiliani II. de an. 1575. ne in causis ædificiorum extruendorum, & injuriarum, tam personalium, quàm realium, appellatio fiat, nisi summa 300. florenos Rhenanos excedat, quod confirmatum à Rudolpho II. an. 1577. in quo ita: lassen ihnen zu / und meinen / setzen und wollen / daß sie Bürgermeister und Raht zu Weissenburg / und ihre Nachkommen zu ewigen Zeiten nun fürbas wöchentlich zu gewissen tagen so offt es die Nothdurfft / und der Sachen Gelegenheit erfordert / ein besonder Schmach- und Bau-Gericht / ungefehr von vier / oder zum meisten fünff tauglichen / erbaren und geschwornen Persohné / besetzen und verordnen mögen / von denen die jenige / so zugefügter / schrifftlicher / mündlicher / oder thätlicher injurien und Schmach / deßgleichen strittiger Gebäw halben / gegen einander zusprechen / ihre Klagen mündlich und summariè furbringen und handlen / und darüber ihres Richterlichen Bescheids / nicht weniger / noch anders / als ob ein gantzer Raht und Gericht versamblet were / gewarten sollen / und was also durch dieselben vier oder fünff verordnete Richter und Schöpffen in obangeregten Schmach- und Baw-Sachen / erkandt / decretirt, interloquirt, geurtheilt / und außgesprochen wird / dabey soll es endlich allerdings bleiben / und keinem Theil davon / weder an Uns / unsere Nachkommen am Reich / Römische Käyser oder König / oder deren Camer- oder Hoffgericht / noch auch gedachtem Raht zu Weissenburg / oder sonsten andere außländische Gericht / wie die Nahme haben / under einigen Schein angezogner iniquität / nullität oder andern vorgebẽs zu appellirn, provocirn, reduciren, oder zu suppliciren zugelassen / sondern die außgesprochene Urtheil / Decret, und Erkandnüß / solches alles ungehindert / der Gebühr vollzogen und exequirt werden; doch in deme die schwehrẽ und hohe Frevel- und Schmach-Sachen / in welchen Burgerich (sintemal in den jenigen injurien, so criminal sind / ohne daß / vermög der Rechte / nicht appellirt werden kan) ad æstimationem geklagt / und dero billiger Werth über dreyhundert Gülden Rheinisch taxirt, und gesetzet worden / außgenommen / darinnen nochmals / wie zuvor / an die negste ordentliche Obrigkeit / vermög der Rechte / zu appelliren, niemand benommen seyn solle. 2c.

CAPUT LXI.

Wetzlar.

Præfectura VVezlariensis. I. PRæfectura (die Reichsvogtey) Civitatis Wezlatiensis huc usque, vi collationis & investituræ Cæsareæ, competiit Hassiæ Landgraviis, qui in hunc usque diem vicarium (einen Vogt) ibi habent, qui iudiciis præsidet, & executionum negotia procurat. (Reinking *l.* 1. *de regim. secul. class.* 4. *c.* 10. *n.* 19.) In quantum autem hanc præfecturam Wezlarienses recognoscant, docuit me Dn. Waltherus, ex illorum literis ad Cæsarem, *de dato* 25. *Sept. anno* 1606. quando aiunt: Darob Wir Uns dann zumal nicht wissen zu erinnern / daß Wir jemands / ausserhalb Ewer Käyserlichen Majestät / und deroselben allerhöchstgedachte Vorfahren am Reich / für einen Superiorem, viel weniger aber einen Grafen von Nassaw / oder Landgrafen zu Hessen / als verordnete Schutz- und Schirm-Herren / für angegebene Landsfursten erkannt / sondern sind je und allweg an Euere Käyserl. Majestät / und deroselben Vorfahren / zu Reichs- und Craistägen beschrieben / und erfordert; haben auch Unsere Anlag daselbst hin gehorsamlich entrichtet / und sind appellationes von Uns / und dem Raht / und des Reichs Stadtgericht / an Euer Käyserl. Majestät / und dero und des Heil. Reichs Cammergericht / als immediatè superiorem, jederzeit ergangen / und also Wir in diesem / und andern zur Superiorität gehörigen Stucken / vor Euer Käyserl. Majestät / und des Heil. Reichs / ob wol geringes / doch ohne Mittel zugehöriges / und verwandtes Glied / erkannt und erhalten worden / auch so viel andere Herrschaften betrifft / dessen alles nächst Gott E. Käyserl. Majestät des Reichs / des rechten / und uralten Herkommen / in ruhiger unvertriebener Possession gewesen sind / und noch / auch vermittels solcher Hulf und Mittel / dabey zu bleiben / und auff Unsere Nachkommen zu transferirn / gedencken. Wie dann jetzo Herrn Landgraf Ludwigs Fürstl. Gn. anderer gestalt nicht / als dero nechstabgeleibten Christseel. Vorfahren / auch Herrn Landgraf Ludwig / zu deren von E. Käyserl. Majest. und dem Reich habender Vogteyschutz und Schirmsgerechtigkeit / was deren kündlich herkommen / Handleistung gethan haben / und daß es Uns an den Eyden und Pflichten / damit E. Käys. Majest. und dem Reich Wir ohne Mittel zugethan / und verwandt seyn / allerdings ohne Abbruch / und Nachtheil seye; und Wir / als nächst E. Käys. Majest. der unzweifliche und eintzige Magistrat dieses Orts / und die gantze Stadt / und

dero

dero Jnnwohner und Angehörige / bey Unsern/ von E. Käyserl. Majest. und dem Reich habenden/ und bis auf heutigen Tag in notori und Reichskündigen exercitio herbrachten Privilegien / Freyheiten / Ober-und Gerechtigkeiten/ auch bey gleich und recht / wie an sich billig / unbetrangt gelassen/ und dabey gegen Männiglich geschützet und gehandhabt / auch so fern Uns neuer Schutzbrief dem obigen in allen Puncten und Articuln ohne Schmalerung und Abgang gegeben / demselben in allem gelebet / auch was bey nächster weil / demselben ungemäß / zu Schwäch-und Schmalerung obberührter vom heiligen Reich habender und kundlichen Privilegien/ Ober-und Gerechtigkeiten / mit der That angemasset / furbaß verbleiben / eingestellet und abgeschaffet / und solches alles uns kräftiglich (wie solche Versprechung durch Seiner Fürstl. Gnaden Commissarios Uns den Rechten und Billigkeit nach / quod protectionem promittens, necessariò idem & multo magis, nec se gravaturum promittat, würcklich geschehen /) versprochen und zugesagt werde.

Eius onus Imperiale.

II. Wetzlar ligt in dem Reichsanschlag mit 8. zu Fuß / thut monatlich 32. fl. Zu Unterhaltung Käyserlichen Cammergerichts soll sie geben jährlich 17½. fl.

Alia privilegia.

III. Obtinuit ab Imper. Carolo IV. anno 1394. privilegium, cuius hæc sunt capita: wollen / daß Sie bey Jhrer gewöhnlichen Steuer verbleiben soll / und sie über die / von Uns/ oder Jemand anders / nicht sollen höher gedrängt oder geschätzt werden/ dann daß Sie die Steuer jährlichen geben / und bezahlen sollen / mit der Anzahl und Summen / als sie bishero von Jhnen ist gegeben. Wir bestattigen auch Jhnen solch Umbgelt / das sie aufgehaben haben von Alters hero in Jhr Stadt/ von Wein / die man dann verschencket / daß Sie die vor Wert nach Jhrer Gewonheit nemen mögen / und sollen: Wir wollen auch / und bestatigen Jhnen das Pfortengelt / daß Sie / wie bishero von Jhnen ist gewöhnlich gewesen zu nemen/ fürbaß nemen mögen / und auch aufgeben. Wir bestättigen Jhnen auch / und wollen / daß niemand Sie oder Jhre Bürger / keinen ausheischen sollen/ durch keinerley Sach willen für andere Gericht/ noch auf Jhr Gut klagen/ wo das gelegen ist/ es were dann/daß Jhne vor des Reichs Gericht in derselben Stadt umb Sache / da er umb klager/ recht versagt würde. Wir geloben Jhnen auch an sonder Unser Königliche Gnad / daß Wir Sie / und derselben Jhr Stadt / nicht versetzen noch verpfänden / noch von dem Reich scheiden sollen. Wir wollen auch / und bestatigen Jhnen / daß alle die Güter die von recht/ und alters gesteuert/oder Behte gegeben haben/ die noch bey Jhr seyn/oder in was Hand anders die kommen seynd/Geistlich oder Weltlich/ oder noch kommen mögen /daß die Güter Uns / und dem Reich Steuer und Behte geben sollen/ als das von Alters herkommen ist. Were auch daß die vorgenannte Bürger / der Juden ihrer Stadt/Unser Cammerknechte / ichtwas genossen hetten / durch beschirms Willen / den sie gethan haben / und grosse Anfechtungen die sie von ihretwegen gehabt haben / was das ist / das geben Wir Jhnen lediglich / von besonder Unser Gnaden/ und wollen und sollen darumb an ihn/ nun und fürbaß / keinerley Anspruch haben/ und verzeihen Uns auch des von Unser und des Reichs wegen / aller der Steuer / die sie Uns und dem Reich schuldig weren zu geben / und das nicht gethan haben von ihrer Stadt / und bis auf den heutigen Tag/daß Wir auch daran keinen Anspruch furbaß mehr haben sollen / noch wollen / die Wir ihnen auch lediglich geben fur ihr Kost und Arbeit / die sie gehabt haben / und noch haben / von des Reichs wegen / sich und ihre Stadt zu bewahren / wann sie grosse Sorg haben von Uberfall etlicher Herrn / die an sie stossen / der sie gleich entsitzen müssen: Wir geloben ihnen auch / daß Wir ihnen beholfen/ und gerahten seyn wollen / und sie gnädiglich / und sonderlich bedencken / umb den Schaden und Ungemach / die ihnen wider Recht gethan haben/ die Grafen von Solms. Were auch daß Wir oder Unsere ehegenandte Vorfahren an dem Reich einige Brief geben hetten jemand/die ihnen/ und ihrer Stadt Gnad/ Recht / Freyheit und gute Gewonheit / Schaden bracht hette/ oder brachte/ die widerruffen Wir Uns mit Unser Königlichen Macht und Gewalt / daß sie weder Kraft noch Macht haben sollen. Und furbaß mehr bestättigen Wir ihnen all ihr Gnad / Recht / Freyheit / Ehr / Gnad und gute Gewonheit / die sie und ihr vorgenannte Stadt bisher bracht haben / von allen Unsern Vorfahren/ Kaysern und Königen/und wollen ihnen die nicht argern / sondern gnädiglich bessern und mehren. Wir nemen auch / von sonder Unser Königlichen Gnad / die vorbenannten Bürger der Stadt / und alle die ihnen stehen zu verantworten/ samtlich und sonderlich / mit ihrem Leib und Gut/ in Unser und des Reichs sonderlichen Schirm/und Gnad / und wollen nicht / daß sie jemand daran und in allen ihren Rechten/ Freyheiten / Gnaden / und guten Gewonheiten hindern / betrüben / noch beschädigen solle/ Wann Wir sie darauf vestiglich und ernstlich behalten wollen/ und beschützen.

CAPVT LXII.

Wila.

Eius situs.

I. Wila, Will / Imperij oppidum, in Würtembergensi Ducatu, ad Wurmum rivum, tribus milliaribus à Tubinga situm, mœnibus fossisque cinctum. Olim villa, unde etiamnum Latinum nomen retinet, à Friderico II. Imperatore iure civitatis donata. [add. *Ad expeditionem Romanam solvit 1. equit. 12. pedites, sive 60. fl. Zeillerus in append. Topogr. Suev. pagin. 83. fl. Ad Cameram 50. fl.*

CAPUT LXIII.

Wimpina.

Nominis ratio.

I. WImpina, vulgò Wimpfen/ ad Nicrum, Imperij oppidum, à mulierum pœna, quasi Weibspein/ quam ab Hunnis perpessæ sunt, nomen invenit. Hi enim non oppidum tantùm diripuerunt, & vastârunt, sed fœminas etiam horrendum in modum excruciârunt, præcisis mammis; viros verò omnes immanissimè mactârunt. [add. *De hac re in curiâ Wimpinensi extant hi rythmi*:

Cornelia war diese Stadt
Vor zeiten genant/ jetzund so hat
Sie den Nahmen verwandelt/ heist
Wimpffyn/ kompt daher/ wie man Weißt/
Das zu zeit des Königs *Attila*
Die Hungarn sie zerschleifften gar:
All Mansbild Sie tödreten behend/
Die Weibsbild erstlich all geschänd;
Hernach ihr Brüste abgeschnitten.
Drümb die Stadt genant auff Teütsch fitten/
Weibspein jetz Wimpffen/ sonst gar fein
Mulierum pœna zu Latein.

Ad expeditionem Romanam solvit 2. equites & 14. pedites sive 80. fl. Ad Cameram 57½. fl. Inclaruit hæc Civitas ob cladem Durlacenam an. 1622. d. 26. April. ibi à Tillio perpessam.]

CAPUT LXIV.

Winshemium.

Situs & nominis ratio.

I. WInshemium, urbs Imperialis Franconiæ, ad Æitum (Aisch) amnem condita, sic olim appellata à Windegasto quodam, Pharamundi Regis Francorum Duce, à quo condita anno 425.

Quos olim habuerit dominos?

II. A Sigismundo Cæsare oppignorata, & à Friderico, urbis Noricæ Præfecto, aliquamdiu possessa: verùm publicâ deinde pecuniâ redempta, ius recuperavit suum:

Privil. circa appellat.

III. Privilegiata est; ut in causis, quarum summa quatuordecim florenos [add. *Hoc privilegium ob Receß. Ratisbon. de ann. 1654. hodie inutile.*] non excedit, non liceat appellare, ob privilegium de anno 1499. in reliquis si appelletur, iuramentum calumniæ, & cautio præstanda, etiam mit Verhafftung des Leibs/ alias appellationi non defertur: 1499. Maximiliani I. & 1550.

privilegium fori.

IV. Senatus etiam & subditi ac cives privilegio anni 1576. tuti sunt contra Rohtweil/ exceptis Ehehafften: & contra cætera forensia iudicia. Planè etiam non appellatur in causis injuriarum, Verleumbdungen/ Schmach vnd Scheltwort betreffend/ inter ipsos cives vel Senatores: hæ enim causæ injuriarum, summariæ & sine scriptis vor dem Obervogt vnd Raht ventilandæ sunt citra appellationis beneficium; anno 1556. Caroli V. Imp. [add. *Ad expeditionem Romanam Civitas solvit 4. equites & 30. pedites sive 168. fl. Ad Cameram 50. alij 80. fl. Advocati Imperialis, qui etiam dicitur* der Oberrichter/ *officium perpetuum est. In interiori Senatu hic sunt 12. & totidem in exteriori, inter quos sunt quinque Consules.*]

CAPUT LXV.

Wormatia.

Nominis ratio.

I. WOrmatia ad Rhenum ex Bertomago, vel Berbetomago, quod Ptolemæus *lib. 2. cap. 9.* vocat, nata videtur, quasi dicatur Bormagia vel Wormagia. Magus autem Gallis est domus, vel Burgum, ut Noviomagus, Duromagus, Drusomagus. Münstero (*lib. 3. Cosmogr. cap. 180. pag. 670.*) ab incolis, qui Vangiones erant, *Vangionum urbs*, & contractè Worms dicta.

Eius vetustas.

II. Opinio est à Treveris eam esse ortam, quibus etiam tributum quotannis contulerit. A Treveris ad Romanos translata, ad Attilæ usque tempora in eorum potestate remansit. Ab Attila verò eversa, tandem à Clodovæo Francorum Rege reparata est.

Quâ occasione libera facta?

III. Autoritas huius civitatis magna fuit apud Romanos & Francos: quippe quæ quasi asylum quoddam seu perfugij locus & præsidium habita est, comitiisque sive conventibus Imperialibus multis celebrata. Palatium quondam habuit Dagoberti Francorum Regis, & prætorium Vangionum Ducis Conradi. Quod cum postea, successori eius Ottoni esset arx civium perditorum, receptaculum hominum sceleratorum, castellum forensis latrocinij; operâ & autoritate Henrici II. Cæsaris factum est, ut omni abdicato imperio civitatis Bruxellam se receperit: eoque oppido omne ius suum, quod in urbe habuit, permutârit. Hoc modo in libertatem vindicata civitas, Imperio Romano in hanc usque diem paret.

Eius austrega.

IV. Wormatia Maximiliani I. privilegium habet primæ instantiæ ex speciali privilegio de anno 1514. in quo ita: geben ihnen die auch von Römischer Kayserlichen Macht/ wissentlich in Krafft dieses Briefs/ also/ ob hinfüro jemand/ wer der oder die weren/ Spruch/ Klag oder Forderung/ zu vnd gegen Bürgermeister und Raht/ gemeiniglich der Stadt Worms/ gegenwärtig oder künfftiglich haben oder zu haben vermeinen und fürnemen würde/ derhalben der oder dieselben Kläger Rechtens/ gegen einem Raht zu Worms/ nicht entbehren wolten oder möchten/ daß dann der oder dieselben Kläger/ solch ihr Spruch/ Klag vnd Forderung/ in der ersten Instanz, an kein ander Gericht/ dann vor Bürgermeister vnd Raht zu Worms Commissarien/ deren sie allzeit neun geschickte redliche Personen ausser den Rähten nemen/ setzen vnd verordnen/ suchen/ vornemen und rechtfertigen/ vnd sich also in der ersten Instanz Rechtens/ vor denselben eines Rahts geordneten Commissarien/ begnügen lassen sollen/ doch einem jeden auf sein Beschwehrnüß/ vor den gedachten Commissarien/ die Appellation, wie

sich

sich gebühret / vorbehalten. Daß auch dieselben geordneten Commissarien / in solchen Commissionen vnd Rechtfertigungen / allezeit ihrer Pflicht vnd Eyd / damit sie Bürgermeister / Raht und Gemeinde der Stadt Worms / verwant seyn / geledigt werden vnd seyn sollen. etc.

Privil. circa appellationem.

V. Aliàs à Senatus zu Worms sententiis appellatur ad Episcopum Wormatiensem: Sed vigore transactionis, Episcopus semper remittit ad Cameram Imperialem, cum partes id petunt, nec cognoscit, nec definit, quia Episcopus rarò servat Hofgericht (Gylman. *tom. 3. symphorem. fol. 37.*) [add. *Inde tamen non sequitur Civitatem esse mediatam. Civitas enim recognoscens aliquem certo intuitu, in reliquis libera manet, & tantùm ad expressa tenetur. Matth. Steph. l. 2. de Iurisd. p 2. c. 1. n. 29. 30. Senatus Episcopo solet iurare in templo cathedrali, Præsulque VVormatiensis habet ius constituendi unum Senatorem. Senatus hic constat 15. personis, ex quibus tredecim priores perpetui sunt.* Celebris est hæc Civitas ob Comitia de an. 1521. *in quibus Divus Lutherus, datâ fide publicâ, egregiè coram totius Imperij Senatu causam religiosam Sancti Evangelij, sincerè instaurati, egit, ceu ex Sleidano constat.*

VVendelinus Helbachius de hac urbe ita:

Vrbs jacet æquoreo celebris contermina Rheno,
Vangionum sedes quæ generosa fuit:
In quâ vel toto coram sacer orbe Lutherus
Confessus Christi *dogmata pura fuit.*]

Alia privil. gia.

VI. Habet & aliud privilegium Friderici II. 1180. contra das Hauptrecht / Budtheil & telonia, quod extat apud Lehemannum (*lib. 4. Chron. Spir. cap 22. pag. 356.*) in quo ita: *statuimus, ut civis VVormatiensis quilibet, & in eadem habitans civitate, si uxorem duxerit, suæ conditionis, aut alterius, sive uxoratus illuc aliunde venit, hac in perpetuum indulgentiâ perfruatur, ut nullus Advocatus coniugia cuiuscunque VVormatiensis* Civis, *in amente coactione, aut quovis alio ingenij modo dissolvat, nulla potestas, maior aut minor, viri mortui aut mulieris res relictas, aut aliquid de rebus eius, tanquam iure sibi debitum exigat. Si ergo vir uxore suâ prior moriatur, uxor, & proles ex illo viro suscepta, omnem viri hereditatem, tam mobilia quàm immobilia, sine conditione obtinebit. Similiter, si uxor præmoriatur, vir, & sua proles ex illa uxore suscepta, omnem uxoris hereditatem, tam mobilia quàm immobilia, obtinebit. Quod si alteruter coniugum sine herede præmoriatur, superstes omnem præmortui hereditatem quoad vixerit, liberè possidebit. Defunctis autem ambobus sine prole coniugibus ad proximos eorum hereditas, relicta ab illis substantia devolvetur: & viri quidem hereditas ad heredes viri, mulieris autem hereditas ad mulieris transibit heredes, ita ut nemo dicat sibi aliquod ius in bonis mortuorum, ratione supellectilis, quæ vulgò Bidella* (Butel *in veteri libro) dicitur. Nos quoque fidem ac devotionem & prona eorundem civium VVormatiensium obsequia attendentes, Imperiali iis autoritate indulsimus, ut sicuti ab actione iuris, quod* Butel *dicitur, indulgentia privilegij antiqui sunt immunes: ita & ab exactione optimi animalis, sive pretiosioris vestimenti, quod in vulgo* Hauptrecht *vocatur, de cætero sint absoluti. Similiter indultum iis confirmamus, ut nullus eorum à magistratibus civitatis invitus super telonium navium constituatur. Ne autem servitium de telonio nobis aut Episcopo VVormatiensi debitum minuatur, detrectantibus omnibus hoc officium recipere, collaudamus, & confirmamus in supplementum huius officij, tantum telonium de grossis & nigris pannis constitutum, cuius telonii pretium de singulis pannis dimidio denario constat. &c.*

Privil. circa Iudæos.

VII. Privilegium quod obtinuit ab Imper. Carolo IV. anno 1355. huius est tenoris:

Zu dem Ersten / daß Wir nimmer keinen Landfauth setzen wollen in ihre gegend / derselbe Landfauth schwöre dann vor den Bürgern zu dē Heiligen / zu halten unverbrochenlich denselben Bürgern zu Worms ihre Freyheiten / Handveste / Recht vnd Gnade / die sie haben von Päpsten / Kaysern / vnd Königen von Rom / von Bischoffen / und von Uns selber / und auch Ihre Gerichte vnd Gewonheiten / das Sie bißhero bracht haben / und daß Er Sie daran beschirme / und Ihn richte über die Poen die darauf gesetzt ist / als hernach geschrieben stehet. Auch sollen Wir keinen / der von ihres Gerichts wegen verweist ist von Ihrer Stadt / nimmermehr wider in ihre Stadt setzen noch führen. Auch mögen Sie empfahen zu Burgern in Ihrer Stadt / Juden / welche das begehren / ohn alle Irrunge. Auch bestättigen Wir Ihnen die Freyheit / als Ihre Bach befreyet ist / die durch Ihre Stadt rinnet / mit der Poen / als drauff gesetzt ist / als in andern ihren Briefen geschrieben stehet. Wäre auch / daß Sie jemands angriffe / an Ihren Leibern / oder an Ihren Gütern / vnd nicht Recht von Ihnen heischen oder nemen wolte / in Ihrer Stadt zu Worms / an des oder an dero Leib / oder am Gute / mögen Sie sich rechen / wann vnd wie Ihnen das füget / und sollen darumb keinen Frevel / heimsuchen / noch andere Poen verwürckt haben / oder schuldig seyn. Wir bestättigen Ihnen auch die Freyheit / als Sie gefreyt seyn / daß Sie ledig und frey seyn alles Diensts und Hulf / Uns über das Geburg gegen Lamparten zu thun. Wir bestättigen ihnen / auch die Freyheit / daß Sie niemands kempfen mag. Darzu bestättigen Wir Ihn alle Recht / Freyheit und Gnade / die Sie haben von Päpsten / von Römischen Kaysern und Königen / vnd von Bischoffen / all Ihr Gericht / vnd Gewohnheit / die Sie bißhero haben gehabt. Keinem Menschen soll nicht muglich seyn wider diese Unsere Bestättigung zu thun / und wer sich des unterstunde / darzu daß er falt in Unsere Ungnade / soll er verlieren zu Poen / 100. Lib. Golds / halb Unser Cammer / und halb den Buergern zu Worms. Und setzen den Burgern / vnd der Stadt zu Worms / zu Richtern uber die Poen / von Unserm Königlichen Gewalt / auch einen jeden Schutz- und Schirmsherrn der Stadt / vnd aller ihrer Kayserl. und Königl. Freyheit / einen jeglichen Unsern Landfauth umb Worms. Also wer den Burgern zu Worms ihre Rechte / Freyheit und Gnade / so Sie han von Päpsten / von Röm. Kaysern vnd Königen / und von Bischoffen / Ihre Gerichte vnd gute Gewonheit breche / vnd die Burger darüber schädigt / das Sie möchten bereden mit dreyen

Erbarn Personen / wer die weren / vor dem Landfauth / den Wir Ihnen darüber zu Richter gegeben und gesetzt habe / so soll derselb Landfauth auf seinen Eyd / ohne Verzug / den Bürgern zu Worms / von des oder dero Leib und Guth richten / die ihnen also ihre Freyheit gebrochen haben / und soll die Bürger zu Worms in dero Guth setzen / die Ihnen also Ihre Freyheit überfahren / und soll sie darinnen vor männiglich schirmen; Auch mögen sich die Burger zu Worms wider männiglich in dieser Sach selbst schirmen und wehren. etc.

VIII. VVormatiensibus etiam, à Cæsare Carolo IV. de ann. 1348. olim Iudæos ibidem habitantes, pro propriis donatos, mancipioque datos fuisse, Magerus (*de advocat. armat. c. 8. n. 295.*) perhibet, & inde iudicat, civibus eius loci non licuisse, Iudæos, contra senatus voluntatem, expellere: In eos sanè propterea ab Electore Palatino Rheni die 25. Martij anno 1617. graviter animadversum, historia testis est. Donationis autem diplomata hæc sunt:

Darumb so han Wir denselben Bürgern zu Worms / die Juden / vnd die Judischheit zu Worms / mit Ihrem Leibe vnd Guth / vnd mit allen nutzen / vnd rechten / gesucht vnd ohngesucht / die Wir vnd Unser Vorfahren an dem Reich / Römisch Käyser vnd König / an den Juden / vnd der Judischheit zu Worms bishero gehabt han / oder fürbaß haben mögen / mit Gerichte / oder ohne Gerichte / vergist vnd vergeben / geben vnd gisten an diesem Brief unwidersprechlichen / also / daß die Stadt / vnd die Bürger zu Worms / mit den Juden / vnd der Judischheit zu Worms / mögen thun vnd lassen / brechen vnd büssen / als mit ihrem Gute / nun vnd allwegen / ohne alle Unsern Zorn vnd Widerrede. Also doch / daß die Juden vnd die Judischheit zu Worms / sollen reichen vnd geben die Lehen / vnd die Versatzung / die jetzund auf ihnen stehend / allen den / den Sie es von Recht reichen / vnd geben sollen. Auch versprechen Wir / daß Wir fürbaß niemand mehr belehnen sollen auf den Juden / vnd auf der Judischheit zu Worms / über die Lehen / die jetzund auf ihnen stehend. Wir geloben auch / daß Wir die ehegenanten Juden / vnd Judischheit / fürbaß mehr niemand geben / oder versetzen sollen / wann Wir sie den vorgeschrieben Burgern / vnd der Stadt zu Worms / vergist vnd geben haben / als vorgeschrieben stehet. etc.

(2.) Wir Carle / etc. auf solche Geschicht / als in der Stadt zu Worms geschehen ist / an den Juden vnd der Judischheit zu Worms / die mit einander verbrandt vnd vergangen sind / beyd an Leib vnd Gut / daran dieselben Stadt vnd Bürger größlich beschädigt seyn / ohne ihre Schuld / als Wir das wol verhört / vnd vernommen haben / auf dieselben Geschicht vnd That / vnd auch auf alles das Gute / das Ihn denselben Burgern von Worms in dem Brand / vnd nach dem Brand worden were / oder noch werden möchte / es sey ligend oder fahrend / verzihen habend / vnd verzeyhen lauterlichen / ewiglichen vnd einfältiglichen / in diesem gegenwärtigen Brief / für Uns / vnd alle Unsere Nachkommen / also daß Wir / oder jemand anders / darumb nimmer Anspruch / noch Forderung / an sie haben sollen / mit Gericht / oder ohne Gericht / nun oder hernacher ewiglich / in keine Weise / ohne gefährde; vnd darzu / wann Wir wol wissen / daß Sie ihres grossen Schadens damit noch nicht ergetzt mögen werden / so haben Wir von Unsern Königlichen Gewalt / für Uns vnd alle Unsere Nachkommen / denselben Bürgern der Stadt vnd Gemeind gemeiniglich zu Worms / zu ihrer Städten Nutzen geben / vnd geben mit diesem Brief / die Judenhäuser / Hoffstätte / Boden vnd Bünen / vnd alles / das derselben Judischheit / gemeiniglich / oder sonderlich / zugehört / wie die Güter genant seyn / in der Stadt / oder in der Vorstatt zu Worms / daran ihre Städte Nutzen furwenden sollen / vnd mögen / vnd mit denselben Gütern thun / vnd lassen / nach allem ihrem Willen / ohn alle Irrung / vnd Widerrede / Unser / vnd eines jeglichen / ohne Gefährde.

Consensit etiam Imp. Ferdinandus I. an. 1558. ut Iudæos civitate excedere iuberent:

Quo minus autem Iudæi civitate expellerentur, opposuit se Episcopus loci, & cum eodem Domini de Dalburg / unde processus in Camera natus.

IX. Privilegium super exemptione à telonio, ab Henrico IV. Rom. Rege, de anno 1073. habent. [add. *Hæc Civitas ad expeditionem Romanam solvit 3. equites & 60. pedites sive 276. fl. Ad Cameram 131 ¼. fl. Insignia Civitatis repræsentant clavem albam in rubro clypeo. Hœpping. de Iur. insign. c. 6. p. 7. n. 1076. Caspar Lerch de Ordin. Equest. fund. 2. sum 3. n. 30. scribit, quod Friderico V. Elect. Palatino proscripto, Civitas iuri patronatus, Palatino competenti renunciârit. Cæterùm hodie restituto Electore Palatino per Instrumentum Pacis, ius quoque patrociny in Civitatē hanc modernus Dn. Elector Palatinus, rursus possidet, ut Heidelberga accep.*] *Privil. circa telonium.*

CAPUT LXVI.

Zell am Hamerspach.

I. PArva hæc Imperialis urbs sita est in der Mordnau in Suevia. Ad expeditionem Romanam solvit 10. pedites sive 40. fl. Ad Cameram 8 ¼ fl. [add. *Absolutâ jam materiâ de Vrbibus Imperialibus tam in genere, quàm in specie, operæ pretium me facturum putavi, si ad uberiorem hujus argumenti illustrationem summi ac Nobilissimi Viri Dn. D. Conringij Dissertationem de Vrbibus Germanicis hîc apponerem. Est autem talis:* *Situs eius.*

De regni Germanici Vrbibus agere quoniam animus est, prius in genere de Civitatum & Vrbium origine atque caussis quædam præfari fortè haud abs re fuerit: si modò quid civitatis, quid item Vrbis nomine indigitemus, paucis prius exposuerimus. Ita enim non tantùm præstantissimorum philosophorum ductum sequemur, verùm etiam multò rectiùs in sequentibus progredi poterimus.

Est verò ἡ πόλις aut Civitas, iuxta optimum & dicendi & sapiendi magistrum Aristotelem, nihil aliud quam societas liberorum hominum bene beatèque vivendi gratiâ constituta. Vrbs autem propriè mœnibus definitur & loci alicuius munitione.

Esse

Esse autem inter hæc maximum discrimen, cùm per se manifestum est, tum vel exinde patet, quod totum aliquem Ducatum aut provinciam Civitatem quandam appellare liceat, si nimirum iisdem legibus vtatur, non tamen vnam Urbem. Absurdum enim foret Peloponnesum v. gr. licèt vnis, mœnibus cincta esset, vnam vrbem dicere.

Quanquam verò hæc prima sit significatio vocabuli civitatis eique ratione ab optimis Latinis antiquis scriptoribus vsurpetur, sequentibus tamen seculis ferè Vrbem cœpit notare & nihil aliud. Sic & Vrbis acceptio cœpit diffundi ad loca neutiquam munita, modò maiorem aedium frequentiam coniunctam comprehenderent. Scilicet aut sparsim amplis spatiis locantur domus, aut sedibus coniunctis habitatur. Hoc verò fit vel paucis, vel denique eâ multitudine coeuntibus domibus, quæ ad vitam sic satis bene degendam requiritur. Prior congregatio nobis ein Dorff / Latinis vicus, nonnullis vulgè pagus audit. Altera imò & tertia si mœnibus careat, nobis ein Flecken / sequioris ævi scriptoribus minùs Latinè Villa, nonnunquam & Vrbs dicitur: sola tamen illa tertia ein Stadt appellatur, præcipuè si eadem sit mœnibus cincta, quod propriè classicis scriptoribus Latinis Urbs est.

Sed quicquid sit, quia de nomine tantùm est quæstio, non est quod hic operosè simus solliciti, sed nobis quidem civitas & vrbs dicantur prout modo definivimus: interim vocabulo Vrbis potissimùm vtemur, vtpote quod omnium commodissimè & structuram & ipsam hominum societatem denotat.

Hisce præmissis nunc videndum, quænam caussa primùm homines commoverit civilem aliquam societatem inire, & multis adeò legibus sese subycere.

Sunt autem hac de re diversæ diversorum sententiæ. Nonnulli quidem omnem Civitatem à tyrannico imperio initium sumsisse autumant; quasi nimirum primi tyranni domitos à se populos in vnum coëgerint. Alij contrà sponte credunt homines nonnullos coiisse, metu tamen quasi coactos, scelere improborum hominum vbivis latè grassante.

A quibus tamen vtrisque longè dissentit Aristoteles: vult enim ille hominem naturâ, h. e. naturæ innato instinctu ad civilem societatem ferri, adeòque naturâ esse animal πολιτικόν. Hominem namque etiam omni malorum metu absente, nihilominus naturâ civilem hanc societatem appetere.

Videtur autem Aristotelis sententia præ aliis verisimilis, adeoquè vt in cæteris ita & hac in re maximè sequenda. Nam primæ quidem illius & secundæ opinionis autores affirmare coguntur, quod si per Adami lapsum non in vitia defecisset humanum genus, nullam futuram fuisse Civitatem, contrà quam tamen omnino res se habere videtur.

Primò enim certum est, homini naturâ quasi ante lapsum etiam indultum esse sermonem: quorsum verò nisi societatis gratiâ? quippe cùm instrumentum hoc nulla alia de caussa homini sit concessum, quàm vt ea quæ nocent sibi, quæve prosunt, & per consequens quid iustum sit ac iniustum, eo significare possit, si verò nullus sit cum quo loquaris, ne quidem sermone tibi opus fuerit. Est autem homini sermo non tantùm de iis quæ ad domesticam, sed de omnibus etiam, quæ quocunque modo ad vitam feliciter degendam requiruntur. Quod si igitur naturâ homini datum est illud quod non tantùm requiritur ad societatem, verùm etiam non aliam ob caussam requiritur quàm ob societatem, manifestum utique est hominem naturâ quoque ferri in societatem civilem: nisi frustrà sermonis vsum homini à natura concessum dicere velis.

Secundò certum est & illud, quod licèt homines non essent lapsi, tamen quidam ad imperandum, quidam ad parendum, fuissent nati; vtpote cùm discrimen hoc naturale prorsus sit homini, vti præclarè observatum est Aristoteli lib. 1. Polit. c. 5. Videmus enim naturâ fœminam, quoad ingenij & iudicij vires, non minùs ac ratione corporis vire esse imbecilliorem: videmus quoque naturâ inter iam adultos & pueros, vt ætatis, ita & ingenij discrimen vel maximum reperiri: habent enim pueri naturâ imperfectam consultandi vim: eoq; aliis opus à quibus manu ducantur, virtusque eorum perficiatur. Quod sanè discrimen in hominibus etiam non lapsis animadvertere licuisset; quippe cùm & ipsemet Salvator noster, nullo licèt peccato contaminatus, sapientiâ scribatur profecisse. Vt autem minùs prudens obsequatur prudentiorum consilio & monitis, id verò recta ratio suadere videtur. Hinc itaque patet, tametsi lapsus nullus primorum parentum intercessisset: futurum tamen fuisse ordinem quendam & distinctionem obsequentium & imperantium. Talis autem ordo citra societatem nequicquam potest consistere.

Procul dubio autem etiam tum, alij quidem omnia illa iussissent, quæ ad vitam feliciter degendam postulatur; alij verò his in omnibus illis obtemperassent. At vbi est societas imperantium & obsequentium in omnibus vitæ negotiis, quæ ad felicitatem requiruntur, ibi est civilis societas: Nihil enim aliud est Civitas, quàm talium hominum societas perfecta, bene vivendi gratiâ instituta.

Tertiò & illud constat, quoniam ob mutuam operam & vitam feliciter degendam ad societates inter se ineundas naturâ homines ducuntur, licèt lapsi non essent, multò certè magis ad civilem societatem eosdem propendisse. Quisque enim quoad fieri potest bene & feliciter, quàm miserè vivere satagit; atqui id nemini rectius quàm in civili societate viventi obtingere potest, vt-pote quæ omnium perfectissima est, & totius ferè sufficientiæ summam in sese continet. Vnde rectè inquit Aristoteles 1. Pol. c. 2. eum qui naturâ in societate vivere nequit aut extremæ malitiæ esse, aut homine potiorem: etenim coniungi hominibus non posse ferarum est, at coniunctione non egere, solius est Dei.

Quanquam verò tam altè accersenda meritò est origo civilis societatis, omninò tamen concedendum est, aliam longè futuram fuisse faciem Reipublicæ, siquidem homines nullis sese peccatis contaminassent, quàm nunc necessitate exigente passim solet institui. Multa enim nobis nunc profectò deficiunt, & tranquillitatem vitæ plurimùm perturbant hominum scelera: quibus omnibus occurrendum nunc est per varij generis artificia, arma, consilia, opes, si modò velimus tranquillè vivere; quorum tamen nullus fuisset vsus, siquidem homines in primogenia integritate vitæ perstitissent.

Atque hinc coacti sunt variè se contra petulantissimorum hominum iniurias munire, unde progressu temporis Vrbes sunt exortæ: in quibus iam non tantum rerum ad vitam necessariarum ipsis copia suppeteret, sed quarum etiam beneficio hostium iniurias à se propulsare possent.

CÆTERUM quò ad res Germanicas transeamus, *Vrbium nullas Germanorum populis ante mille sexcentos præter propter annos habitatas fuisse, antiquam memoriam repetentibus facile apparet. Enimverò quæ de antiquiore Vrbium nonnullarum initio à quibusdam memorantur, figmenta mera sunt & inanes fabulæ, ut quorum fides nullis neque peregrinis neque domesticis monumentis sit subnixa. De suo ævo, hoc est, ætate Traiani disertè Tacitus, cui res Germanicæ fuerunt compertissimæ*: Nullas Germanorum populis vrbes habitari satis notum est: ne pati quidem inter se iunctas sedes. Colunt discreti ac diversi, vt fons, vt campus, vt nemus placuit. *Loquitur autem ille de Germania magnâ: in ea scilicet, quæ parebat Romanis cis Rhenum Germaniâ Vrbes iam fuisse, ipse non semel alibi prodiderat. Et verò hæc est causa, quare pleraque Vrbes Germaniæ vel à fluviis, vel campis, vel etiam sylvis nomen post acceperint, id quod late deducitur à Philip. Cluv.* Germaniæ Antiquæ l. 1. c. 13.

Nec tamen nos Cluverio facilè in aliis assentimur, quæ de antiqua Germanorum habitandi ratione ille memorat, quasi nempe illum morem servaverint, quem Tacitus Fennis adscribit, cui promiscuè Germaniæ simile quid tribuere Seneca videatur. Sunt autem verba Taciti de Fennis: nullos iis penates; vestitui pelles, cubile humum: nec aliud infantibus ferarum imbriumque suffugium, quàm vt in aliquo ramorum nexu contegantur: huc rediisse iuvenes; hoc senum receptaculum fuisse, id beatius arbitratos, quàm domibus illaborare.

Neque verò hæc ad omnes Germanos trahenda, sed Fennorum id proprium. Idem certè Tacitus Germanis omnibus non aliarum usum attribuit tantùm, sed & struendi rationem narrat. Venetes idem inter Germanos potius referendos censet, quàm inter Sarmatas, quia domos figunt, Sarmatis in plaustro viventibus. *Neque ille Fennos audet Germanis accensere; quin testatur illis* miram fuisse feritatem, fœdam paupertatem; *quæ scil. omnia Germanis erant adversa. Vt proinde, quæ fusè & narrat & pingit de habitaculis Germanicis Cluverius, plus ficti habeant, quàm veri.*

Id verius & certius priscos Germanos non tantum dispersos hinc inde coluisse, sed & vicos inhabitasse. Expressè Tacitus: Vicos locant non in nostrum (*Romanorum videlicet*) morem connexis & cohærentibus ædificiis; suam quisque domum spatio circumdat, sive adversus casus ignis remedium, sive inscitia ædificandi. *Dudum ante Tacitum Cæsar* l. 4. de bello Gallico *scribit, Menapios ad vtramque Rheni ripam ædificia* vicosque habuisse. *Et verò Historici Romani passim vicos Germanorum memorant & domos rudes lices & incultas.*

Sed vicos quidem incoluerunt Germani Prisci, Vrbes tamen nullo modo ferre potuerunt, quin potiùs ad exemplum Lacedæmoniorum pro mœnibus iuventutem suam reputarunt, magno sibi dedecori existimantes muris se valloque cingere. Vnde quoque Tencteri apud Tacitum l. 4. Hist. *Vbiis istam ignaviam exprobrantes sic inquiunt*: Vt amicitia societasque nostra in æternum rata sint, postulamus à vobis, muros coloniæ, munimenta servitij, detrahatis, etiam fera animalia, si clausa teneas; virtutis obliviscuntur: liceat nobis vobisque vtramque ripam colere, vt olim maioribus nostris: quomodo lucem noctemque omnibus hominibus, ita omnes terras fortibus viris natura aperuit. *Quomodo scil. Poloni hodieque ex antiquo more oppida munita non magni faciunt, neque eorum nisi exiguum habent numerum.*

Neque verò Taciti fidem in dubium quis vocaverit opposito testimonio vel Iulij Cæsaris, vel Claudij Ptolomæi, quem paulò post Tacitum ætate Antonini constat Geographica sua conscripsisse. Enimverò Iulius Cæsar & Suevis & Vbiis, vtrique Transrhenano suo populo, sua oppida adscribit comment. IV. Suevos postquam per exploratores pontem fieri comperissent, more suo concilio habito nuncios in omnes partes dimisisse vti de oppidis demigrarent: liberos, vxores, suaque omnia in sylvas deponerent. *Et comment. IV.* Vbiis imperat, vt pecora deducant, suaque omnia ex agris in oppida conferant. *Neque potest negari Ptolomæum amplius nonaginta in magna Germania recensere loca πόλεων nomine; sed non est dubitandum auctores illos per πόλεις aut oppida nil quicquam aliud, quàm vicos non munitos intellexisse. Et verò neque ἡ πόλις, neque oppidum propriè Vrbem significat aut locum munitum. Et quidem eius natura fuisse tum τὰς πόλεις Germanicas, vel vnum Herodiani testimonium evicerit l. 7. in vita Maximini; cum enim scripsisset*: vicosque omnes incendendos diripiendosque militibus concessit: *subiungit*; namque oppida eorum (τὰς πόλεις αὐτῶν) atque ædificia omnia ignis depascitur, *vt liqueat Herodiano τὰς πόλεις hic esse idem ac τὰς κώμας.*

Pari verò ratione non est quod ex burgi *appellatione, iam Ptolomæi ævo nonnullis locis adiecta, mœnia & fossas Germaniæ vsurpata quis credat. Etenim est* burgus *quidem Romanis sequioris ævi* castellum parvulum, *vti testatur Vegetius* l. 4. c. 10. *at alia significatio obtinuit olim apud Germanos. Disertè enim Orosius* l. 7. c. 22. *& Isidorus* l. 9. c. 2. *de Burgundionum vocis origine disserentes*: crebra habitacula constituta burgos vulgò vocant. *Clarius Luitprandus* l. 3. c. 12. ipsi (*Germani scilicet*) domorum congregationem, quæ non clauditur, burgum vocant.

Sed quid in re clara opus est verbis? Sanè nemo historicorum, qui expeditiones Romanas in Germaniam vsque ad seculum à nato Servatore quintum satis prolixè descripserunt, vel verbulo Vrbis alicuius per Germaniam magnam meminerunt. Quin nec vicos aut ædificia aliter describunt ac Tacitus, vti ex Herodiano est manifestum. Ammianus Marcellinus l. 16. cap. 3. *narrat Argentoratum, Brotomagum, Tabernas, Salisonem, Nemetes, Vangiones & Moguntiacum civitates, Germanos transrhenanos possedisse quidem, non tamen ipsas Vrbes, sed territoria inhabitasse, nam ait*, ipsa oppida vt circumdata retibus lustra declinant.

Quin igitur magna Germania nullam habuerit Vrbem ante quintum seculum Christianum non est dubitandum.

stiandum. Sequentibus usque ad seculum nonum temporibus pauca itidem vel propè nulla extructa sunt à Germanis populis, qui certè Germanico solo non egressi sunt. Neque verò in ullo bonæ fidei Scriptore reperias mentionem ullius Urbis tanto temporis spatio structa, in immenso illo terrarum tractu qui Danubio, Rheno, Bohemicâ & Thuringicâ sylva usque in Saxoniam aut VVestphaliam definitur: si unum fortè exceperis VVirtzburgum, cuius in vita S. Kiliani fit mentio, ita tamen ut nescias Urbsne tum fuerit an oppidum aliquod nullis cinctum mœnibus.

De Thuringia tamen proditur apud Gregorium Turonensem lib. 3. Hist. Fran. c. 4. & 7. *& Witikindum Corbeiensem* Histor. Saxoniæ l. 1. *Urbem munitam Schidingam ad Unstrutum sitam à Saxonibus occupatam, quo tempore per Theodoricum Francorum regem Thuringia regnum est destructum, h. e. circa annum 524. Sed præter hanc unam (cuius nunc etiam vestigia perierunt) Urbs alia nulla memoratur.*

Nec in Frisia ullam Urbem videntur invenisse Franci, quando regnum eius eversum est per Carolum Martellum, si unum excipias Traiectum ad Rhenum à Romanis extructum; certè eius avi monumenta nullam memorant Urbem à Francis occupatam. Venit autem eâ ætate Frisiæ nomine omnis maritima ora à Rheno ad Visurgim: adeoque & Hollandiam & Zelandiam tum comprehendit.

Id certissimum videtur, ætate Caroli Magni in omni Saxoniâ i. e. Westphaliâ, Angrivaria, omnique illo tractu qui est inter Visurgim, Albim, Melibocum montem & Salam amnem, imo nec trans Albim ad Eidoram usque, ubi nunc floret Holstenia Ducatus, nullam omninò Urbem inventam. Cum enim ab Aimonio inque Annalibus Francicis aut Fuldensibus diligentissimè narretur, quid quoque anno in bello Saxonico gestum, quibusve modis libertatem suam Saxones defenderint, Urbis tamen nullius, vel levis, fit mentio. At verò obsidere & occupare utique debuisset Urbes Carolus, si quæ tum extitissent. Quid? quod soli Westphali leguntur duobus sese castellis tum defendisse Eresburgo & Sigiburgo. Sane ne arx quidem ulla à Carolo inter Visurgim, Salam & Albim, aut trans Albim occupata memoratur. Quo colligere est nullam tum extitisse.

Enimverò & Urbibus nonnullis & castellis Saxonicis longè altior origo, à quibusdam adscribitur. At procul dubio habenda potius fides iis, qui illis quæ narrant vel interfuere vel non procul abfuere; adeoque ad quos incorruptior fama potuit pervenire. Is verò est auctor annalium, quos laudavimus, & porrò antiquus vitæ Carolinæ Scriptor. Itaque nec Barderuvicum verosimile est mœnibus tum cinctum. Meminit enim eius auctor annalium anno 794 sed minimè ut Urbis munitæ. Poeta ille disertè nobilem vicum indigitat. Similiter constat ex iisdem annalibus, tum primùm Hamburgi iacta fundamenta, castello contra Sclavos extructo nomine Hudhecke *aut* Hubocke. *Testantur enim anno* 807. *ab exercitu Francico ad Albim constructum castellum: item anno* 808. *castella duo ad Albim à Carolo condita adversus Sclavos; anno verò* 810. *disertè inquiunt:* Castellum nomine Hohbuchi Albi flumini contiguum, in quo Odo legatus Imperatoris & Orientalium Saxonum erat præsidium, à VVilsis captum. *At Hochbuchi esse Hamburgum præter alios docet nos Albertus Stadensis* ad annum 811. castelli *autem quoque nomine venit Hamburgum auctori Annalium anno 845. Mitto alios errores. Vel ex eo autem liquet: nullam urbem inter Visurgim & Albim Saxonibus tum habitatam, quoniam Carolus Episcopos & Bremæ & Verdæ constituit: quam utramque Urbem mœnibus tum caruisse constat. Et tamen locis tum potissimis datos episcopos ex more & lege veteri Christianorum nullum dubium est.*

Cæterum in exstruendis Urbibus Germanicas gentes superârunt Venedi, illi qui circa seculum Christianum sextum, quicquid est inter Salam & Vistulam fluvios, mare Suevicum vel Balthicum usque in Holstenios Saxones, eâ tempestate habitatoribus Germanis vacuum, occuparunt. Hos enim iam ætate Caroli Magni & Urbes & castella coluisse, suaque habuisse ad Balthicum mare emporia, haud difficile est probatu ex Francicis Annalibus, omnium antiquissimo harum rerum monumento. Memorant enim anno 789. Dragavviti *Wilsorum trans Albim Urbem: anno* 808. *Obotritorum etiam trans Albim quadam castella & Urbem à Danis aut capta aut oppugnata:* Resich *item nobile emporium ad Oceanum vel potius mare Balthicum ab iisdem destructum* translatis inde negotiatoribus: *anno* 809. *Smeldingorum quandam* Urbem maximam *ab Obotritis captam. Hi verò populi Venedici omnes trans Albim vixerunt ad Varnam usque, mare Balthicum, & Cimbricam Chersonesum. Si vera quoque sunt, quæ de VVinetha Usedomi insulæ Urbe circa annum Christi 8?0 vel ab Heldingo Sueciæ rege eversâ, vel marinis fluctibus haustâ, à nonnullis (inter quos & Chytræus Saxoniæ l. 1.) narrantur, habuit iam tum Pomeraniæ littus Urbem* frequentia commerciorum, magnificentiâ, opibus & potentiâ florentissimam. *Fortè iam tum & Iulinum famosum emporium, & anno* 1168. *à Waldemaro I. Daniæ Rege dirutum, floruit.*

Sed de Urbibus illis Venedicis ab ea quidem usque ætate perobscura memoria superest. Et verò quæ tum maximo in pretio, sequenti tempestate unâ cum ipsa gentis illius libertate dudum perierunt: quæ verò nunc potissimæ sunt famæ in omni illo trans Albim tractu, illæ aliquot post secula demum sunt conditæ.

Si verum itaque fatendum est, (exceptis pauculis illis Venedorum,) trans Danubium quidem & Rhenum, ad usque seculum Christi nonum, nulla Urbs Germanis est habitata. Sed Cisrhenanæ *Germaniæ ab eo usque tempore quo Gallia omnis per Iulium Cæsarem in provinciam est redacta, alia semper fuit conditio. Partim enim in ipsa Gallica Rheni ripa, partim alibi passim extructa sunt à Romanis castella plurima, conditæ quoque urbes quæ paulatim in magnitudinem insignem excreverunt. De Druso Florus:* Drusus in tutelam provinciarum præsidia atque custodias ubique disposuit, per Mosam flumen, per Albim, per Visurgim: nam per Rheni quidem ripam quinquaginta ampliùs castella dixerit.

Germanicæ autem originis populi tum fuerunt, non illi tantum qui ad ripam proximè, sed & qui remotius ab illa, Belgicæ provinciæ partem

Pars II. P 2

coluerunt, quod præclarè demonstravit Philippus Cluverius. Non est verò instituti mei enumerare hic omnia castella omnesque Vrbes in vtraque Germania provincia, superiore & inferiore, vel primâ ac secundâ, parteque Belgica, florentibus Romanorum rebus, ad vsque seculum Christianum quintum extructa. Id opera est pretium hic notâsse, metropolitanas Vrbes tum andivisse Belgica primæ quidem Augustam Trevirorum; Germaniæ primæ Moguntiacum, Germaniæ secundæ Coloniam Agrippinensem: quæ hodieque sedes præbent tribus primariis Germanici regni Archiepiscopis. Præter autem has tres metropoles, libellus provinciarum civitatumque Galliæ primarias Vrbes has recitat: Germaniæ quidem primæ, civitatem Argentoratensium h.e. Strasburg: civitatem Nemetum, h.e. Spira: civitatem Vangionum h. e. VVormacia. Germaniæ secundæ, civitatem Tungr. Vtriusque autem Germaniæ potissima procul dubio illa Agrippina fuit, quod Romana colonia esse meruisset, vt loquitur Tacitus. Eoque & Ammianus lib. 15. vocat eam Vrbem munitissimam. Zosimus lib. 1. Vrbem Rheno adiacentem maximam.

Itaque iam eâ tempestate habuerunt Germani Cisrhenani Florentissimas Vrbes. Fuere autem ianatum, cum alibi in Galliis, tum in provincia etiam maxima Sequanorum, aliæ iis haud impares. Cis Danubium item celebri fama Vrbes floruerunt per Rhætiam, Vindeliciam, Noricum & Pannoniam. Quæ cum sequentibus seculis in Alemannorum, Baiorriorum, aliorumque Germanicorum populorum potestatem devenerint, hodieque solis Germanis habitentur, Vrbium Germanicarum originem quærentes nefas est latere. Eminuit autem tum inter omnes cis Danubium in Vindelicis Augusta Colonia, non minùs clarâ hodie famâ, mutatis licèt cultoribus.

Cæterum hæ florentissimæ Vrbes & munitissima castella à Germanicis populis qui Rheno & Danubio transcensso in Galliam omnem, Pannoniam, Vindeliciam & Noricum sese effuderunt, aut vastatæ sunt, aut penitus excisa, aut certè pessimis modis mulctata. De Galliæ excidio in medio est querela S. Hieronymi ep. 11. Moguntiacum nobilis quondam civitas capta atque subversa est, & in ecclesia multa hominum millia trucidata. Vangiones longâ obsidione deleti. Rhemorum vrbs præpotens, Ambiani, Atrebates, Morini, Tornasius, Nemetes, Argentoratus, translatus in Germaniam. Attingit autem ille tantùm eam cladem, quam circa annum quadringentesimum à Vandalis & confœderatis populis duce Caroco & Godegisilo passa sunt Gallia: quam tamen ludum iocumque dixeris præ illa tempestate, quam Attila cum omnibus ferè Germanicis gentibus sibi sociatis Galliæ intulit. Et tamen de Caroco memoriæ proditum est ab Aimonio l. 3. c. 1. quærenti quomodo magni nomen consequi possit, respondisse matrem: maximus Vrbibus & munitionibus destructis & incolis interfectis: neque enim posse eum pulcriores firmioresque Vrbes condere, eoque proximum esse earum eversione belli gloriam ad posteros propagare. Quod ille consilium haud segniter est persequutus.

Passæ autem hanc cladem ad Rhenum sunt potissimum maxima illa Sequanorum Provincia, inque ea nobilissimæ Vrbes Vindonissa & Augusta Rauracorum, vt & Germania prima vel superior, huiusque Vrbs Argentoratus. Paulò mitius Germaniam secundam & Belgicam primam alteramque Franci videntur tractasse: neque enim mœniis leguntur Vrbes nudasse, etsi incolarum magnâ parte trucidata, etiam ipsis solitudinem propè iis induxerint. Et sunt ea de causa Belgicæ vtriusque & Germaniæ primæ Vrbes post illam tempestatem primæ omnium videntur respirasse.

Quamvis verò devictis Alemannis, Burgundis & Baioariis quicquid cis Rhenum & Danubium Germani occupaverant, in ditionem Francorum pervenerit, Merovingicâ tamen regiâ familiâ rerum potiente, paucæ Vrbium antiquarum valuerunt ex ruinis nonnihil resurgere, tantùm abest vt pristinum splendorem recuperarint, vel in maiorem amplitudinem excreverint. Multò minùs novæ quædam Vrbes tum conditæ. Nihil sanè horum legas in eius ævi monumentis. Bene Franciscus Guillimannus l. de episc. Argent. c. 3. In agriculturam, relicto deinceps bellandi ex parte studio, conversi Alemanni Francique vicos incoluere, neque quas recuperaverant vrbes vel munimenta instaurarunt, aut ferè habitavere, sive ne rursus illi ve antè sæpiùs eiicerentur à principio formidarent: aut vetere & ex Germania allatâ consuetudine manendi in aperto. Vix semel legere est: Chilpericum regem misisse ad Duces & Comites civitatum, vt muros vrbium, sesque suas cum vxoribus & liberis intra murorum munimenta concluderent, atque repugnarent viriliter, si necessitas exigeret. Frigidum certè mandatum caruit effectu, nec quispiam paulò nobilior temerè intra mœnia recessit.

Scilicet tum fuit, quod incrementum daret Vrbibus: non immunitas incolarum: non commercij frequentia: non inhabitatio denique illustrium hominum quorum vita profusior attrahit opificum aliorumque ministrantium manum. Quæ omnia diu post insequutis temporibus demum evenerunt. Igitur aut sine mœnibus inter rudera sua manserunt, tum illæ Cisrhenanæ & Cisdanubianæ Vrbes, aut verò si mœnia antiqua servarunt, incolis destituta magnas solitudines comprehenderunt.

Paulò melior fortuna videtur eas respexisse sub Carolingis. Omnes scilicet nobiliores Vrbes Episcopos tum acceperunt, adeoque ædibus sacris & monachorum claustris passim ornatæ sunt. Mitigatus quoque imperij in cives pristinus rigor videtur, & pacatis magis Germaniæ rebus, sine dubio commercijs quoque locus maior est apertus. Sed tamen hanc fortunam unâ cum imperio Francorum, cis Danubium quidem Vngarorum, cis Rhenum verò Normannorum in mediâ Germaniam fœda & crudelissima incursiones turbaverunt. Quam rem acerbissimis querelis eius ævi Scriptores persequuntur: ex quibus constat plerasque tum Vrbes uertum ferro & igne omne decus perdidisse.

Sed Saxonicorum Cæsarum imperio vel toti Germaniæ, ita & Vrbibus nova lux affulsit. Eum verò statum antequam exponamus, fortè operæ fuerit pretium paucis exponere, quæ Reipublicæ facies fuerit priscæ Germaniæ: quæ conditio Vrbium provinciarumque, tùm antiquo Romanorum, & subsequenti Francorum imperiis florentibus. Hisce enim expositis & Vrbium & vicorum Germaniæ vetus quidem fortuna clarissimè elucescet, & quæ post inva-

invaluere longè rectiùs poterunt doceri.

DE REPUBLICA *autem acturos ante omnia latere nequaquam oportet aliud esse noscere integram aliquam Urbem, & aliud cognoscere rempublicam alicujus Urbis. Quæ enim distinctio est inter cognitionem totius & cognitionem partis principalis, ea quoque differentia est inter notitiam integræ alicujus Urbis & cognitionem Reipublicæ. Nam omnis civitas notat perfectam hominum sive cœtum beatè vivendi gratiâ institutam; Respublica autem ac πολιτεία est quasi anima ac ratio & forma illius societatis, & quidem potissimùm circa partem imperantem aliosque magistratus ac judicia.*

Sanè qui integram aliquam civitatem novit, idem non potest ignorare & statum seu formam illius societatis, hoc est, Remp. at verò qui Remp. tantùm novit, non novit omnia, quæ ad civitatem pertinent: quamplurima enim ad eam requiruntur, quæ nequaquam Reip. nomine veniunt. Primum enim omnis Civitas constat multitudine hominum, constat etiam loco quodam: postulat deinde alimenta, postulat præterea & munimenta aliaque quamplurima, utpote cùm non unius tantùm commodi gratia sit instituta, sed omnem prorsus respiciat vitam. Unde qui propositum sibi habet integræ alicujus Civitatis naturam pernoscere, ille profectò ad omnia isthæc & similia est attendendum. At cùm πολιτεία seu Resp. denotet solam constitutionem civilis alicujus societatis circa regimen ejus ac magistratus & judicia, manifestum est, qui horum sibi notitiam comparavit in aliqua Civitate, illum ea, quæ ad Rempublicam istius Civitatis attinent, omnia penitus habere explorata.

In Germania igitur antiquam rempubl. inquirentibus, principiò notandum, majores nostros propter ingenuam animorum feritatem non tantùm nullam communem habuisse Rempublicam, sed ne junctas quidem sedes inter sese passos esse, quod cùm ex aliis, tum verò omnium optimè ex C. I. Cæsare licet cognoscere; ita enim ait ille 6. comment. libro: Civitatibus maxima laus est, quàm latissimis circum se vastatis finibus, solitudines habere, hoc proprium virtutis existimant, expulsos agris finitimos cedere, neque quenquam prope se audere consistere: simul hoc se fore tutiores arbitrantur, repentinæ incursionis timore sublato.

Qua propter in Romanorum monumentis videmus eos non cum vicinis tantùm gentibus, verùm etiam inter sese perpetua bella gessisse. Et certe florentibus Romani imperij rebus, nullus fuit populus magis ad bellum natus, quique plus Romanis negotij facesseret, quàm Germani. Et Tacitus quidem libro de moribus Germ. cap. 37. Martium illum animum his verbis prodit: Sexcentesimum & quadragesimum annum urbs nostra agebat, cùm primùm Cimbrorum audita sunt arma, Cæcilio Metello ac Papirio Carbone Coss. Ex quo si ad alterum Imp. Traiani consulatum computemus, ducenti fermè & decem anni colliguntur: tam diu Germania vincitur. Medio tam longi ævi spatio multa invicem damna, non Samnis, non Pœni, non Hispaniæ Galliæve, ne Parthi quidem sæpiùs admovere: quippe regno Arsacis acrior est Germanorum libertas, &c. *Hæc ille, majora profectò dicturus, si fractas Imperij Romani vires Germanicis manibus conspexisset.*

Verùm enimvero tametsi non in unam Remp. tot populi potuerint conspirare, utut illi et origine atque ejusdem linguæ essent: singulis tamen non fuisse nullam Reipublicæ formam, vero valde est simile, & ex antiquis quoque monumentis licet colligere. Sicuti enim in universum nulla societas sine legibus stare potest, ita quoque populos istos feroces, ut non absque societate, sic nec absque legibus & imagine quadam Resp. vivere potuisse certissimum est; licèt optimam quidem Resp. formam non habuerint, utpote qui rudes essent & veræ virtutis ignari.

Quænam verò ea fuerit & ostendunt nobis clarissime Romanorum scripta; & verè iis etiam tacentibus ingenium & mores ipsorum eandem abundè produnt. In tanta enim animorum ferocia & fortitudine, quis dubitaverit incredibile quoque fuisse libertatis studium? Est quippe libertas finis quasi fortitudinis, omnisque militaris rei & gloriæ mater vel nutrix. Et verò hanc ubique etiam à Romanis hostibus nostris deprædicatam legimus, atque eò quidem magis, quò ægriore animo ereptam sibi eandem per Cæsares dolebant. Sufficiat unius è multis Lucani testimonium adduxisse, qui lib. VII. hist. *sic canit:*

> Libertas ultra Tanaim Rhenumque recessit,
> Et toties nobis jugulo quæsita negatur,
> Germanum Scythicumque bonum.

At verò ubi libertatis cura maxima, ibi indubiè non potuit non suapte sponte prodire aliquid illius Reipublicæ, quam popularem vel Democraticam vulgò appellamus. Hæc enim sese præ omnibus effert civium suorum libertate: adeò ut libertatis vocabulum Regio & Oligarchico dominatui ab optimis Scriptoribus plerumque soleat opponi, & multi juxta Philosophum 6. Polit. *c. 2. in sola hac Resp. formâ libertatem se consequi posse arbitrentur.*

Quamvis autem hæc ita sese habuerint, verisimile tamen per se status sit, etiam silentibus unè amissis Romanorum monumentis, non potuisse meram aliquam democratiam suo tempore ullo in populo Germanico obtinere. Ubicunque enim populus rudis est, avidus tamen bellandi, sponte suâ statim abitur à pura Democratiæ formâ, & nonnihil Aristocraticæ status jubetur, potestatem quandam majorem necessitate tantùm nobilioribus adeoque prudentioribus imponente. Itaque non potuit non commune olim fuisse omnibus Germaniæ civitatibus Reipublicæ formam non simplicem habere, sed ex populari & optimatium statu temperatam.

In quibusdam verò etiam necessariè aliquid regium, Laconicum tamen aut Aesymneticum non potuit non commisceri. Neque enim bella administrari rectè nisi uno imperante possunt, qui perpetuus sit necesse est, si quidem non multi fuerint paris prudentiæ, bellum tamen perpetuò trahendum sit.

Ad hunc verò modum Germanicos populos Rempublicam suam olim instituisse, multis testimoniis veterum Scriptorum aliis ostenditur. In ipsis autem Germanicis vicis ex parte penes nobiles, ex parte penes plebem ingenuam arbitrium fuisse Reipublicæ, vel unus Tacitus nos docuerit. Disertè enim testatur fuisse Germanis Principes, qui iura per Pagos Vicosque reddiderunt. *Hos autem fuisse nobili stirpe natos idem prodit:* insignis, *inquiens,*

nobilitas aut magna patrum merita Principis dignationem etiam adolescentulis assignant. Iuris itaque dicendi potestas in singulis Germaniæ vicis penes unum aliquem fuit nobilem. Verùm ille solus quidem ius illud haud tenuit, sed ex ipsa plebe delecti nonnulli, iudicio assessores dati. Disertè iterum Tacitus: centeni singulis ex plebe comites, consilium simul & auctoritas adsunt. Ingenuos autem hos Comites seu assessores fuisse non servili aut libertino genere natos, itidem nos docet Tacitus: Liberti (inquit) non multùm supra servos sunt, rarò aliquod momentum in domo, nunquam in civitate, exceptis duntaxat iis gentibus, quæ regnantur. Ibi enim & super ingenuos & super nobiles ascendunt. Apud cæteros impares libertini libertatis argumentum sunt.

Ijs verò Principibus nullum fuit ius aut tributum suis indicendi aut leges statuendi, nullum item fuit belli ac pacis arbitrium nisi plebis consensu impetrato. Principium porrò illorum successio neque planè hereditaria fuit, neque planè electiva, quales quidem Tacitus; sed ea qualis hodie in Daniâ & Poloniâ est Regum. Constituti scilicet sunt in maioribus totius populi comitijs. Clarè Tacitus: eliguntur in iisdem conciliis & Principes: adeoque eligendi ius non fuit penes unius alicuius pagi incolas, sed apud optimatum & delectorum ex omni plebe concilium.

Verum hæc alibi rectius docentur; id hoc loco adducendum solummodò est, Principes illos quos appellat Tacitus, ab antiquissimis usque temporibus Germanicè Graven dictos, utpote cum hæc vox iudicem significet. Assessorum quoque illorum iam antiquitus receptum nomen Germanis est Schepen / Schöppen / Schöpffen. Quo liquet antiquissimis illis temporibus iurisdictionem in pagis & vicis fuisse penes Graviones & Scabinos, aut delectos ex ingenuis, nullis autem omnem eam commissam vel soli plebi, vel uni alicui præcipuæ nobilitatis.

Quæ iurisdictionis autem eadem & meri mixtique Imperij fuit ratio. Neque enim legas, vel delectos illos Scabinos sine Gravione, vel sine Scabinis Gravionem in quenquam animadvertisse. Ita nec de summa Republica quicquam constituere vel plebi licuit soli, vel soli Gravioni; sed ad concilium, si quid maioris rei esset constituendum, etiam ex plebe delegati unà cum Principibus convenerunt: quod expressis verbis docet Tacitus. Absque dubio tamen in omnibus his maxima vis & auctoritas Principum fuit. His enim inter se de minoribus rebus consulere & statuere fas, etiam inconsulta plebe: de maioribus negotiis consultum fuit, cuius quæ vis sit, notum prudentioribus. In iure dicendo etiam Scabini sui Gravionibus consilium solummodò & auctoritatem addiderunt; potissima autem potestas adeo fuit Gravionum illorum, ut nullâ plebis factâ mentione simpliciter dicat I. Cæsar comment. 6. In pace nullus est communis magistratus: sed Principes regionum atque pagorum inter suos ius dicunt, controversiasque minuunt.

Hæc antiquissimæ Reipublicæ Germaniæ forma, ut omnibus eius populis placuit, ita & in Saxonia obtinuit ad usque ætatem Caroli Magni. Omnes enim pagi seu gouwe (ut semigermanicâ utar voce) habuerunt suos Comites, [quomodo Graviones cœperunt dici] qui iura dicerent cum delectis è populo aut Scabinis. Ita & in vicis omnibus, quorum pars Urbium dignitatem post accepit, iurisdictio Comitum fuit, simulque merum ac mixtum imperium; ut tamen & in his locum aliquem suum plebs per delectos servaret. Cùm autem tres in populos adeòque totidem Civitates Saxonia divideretur, ne singulis quidem pacis tempore unus aliquis communis magistratus fuit, sed imminente bello, Comitum aliquis, prout virtute fuit maior, in sua gente Dux creatus est, certis terminis exercitus congregandi contentus: quæ verba sunt Widekindi Saxonicorum Scriptorum antiquissimi. Nec verò trium populorum communis aliquis Dux electus, nisi universali bello ingruente. Quo peracto (iterum verba sunt Widekindi) æquo iure ac lege, propriâ contentus potestate unusquisque vivebat. Verùm hæc testimoniis ostendere alterius est instituti.

Igitur nulli tum vici, nulli pagi non sub Gravionibus fuerunt, illustri & antiquissimâ ortis prosapiâ. Nec tamen illis libera fuit aut infinita in plebem ingenuam potestas; sed in ipsius iurisdictionis partem hæc venit, tantùm abest ut legum, pacis & belli arbitrium ad solos Graviones pertinuerit. Hæc autem omnia uti in proclivi est demonstrare, ita fabulosa liquet esse, quæ à nonnullis memorantur de eius tempestatis Republica. Quasi nempe Saxonia metropoles aliquot habuerit, easque liberrimæ potestatis, nullisque nobilium imperio subditas. Aut, quod alij narrant, omnem iurisdictionem cum mero ac mixto imperio, item arbitrium belli & pacis, tantùm in Comitum vel unius Regis infinita potestate fuisse collocatum, plebi obsequij gloriâ tantum relictâ.

Sed an antiqua illa libera Germaniæ Republica ad eos pergendum est, qui in Romanorum imperium concesserunt. Cis-Rhenanis igitur Germanicis populis postquam in Romanorum ditionem pervenerunt, haud est dubium parum vel nihil pristinæ libertatis reliquum mansisse. Dura quippe provinciarum sub Romanis fuit conditio. Accipiebant enim ab iis magistratus suos & iudices annuos cum imperio & securibus; qui iuxta mores & præscripta Romanorum eos vivere cogerent, proprijs ipsorum legibus & institutis abrogatis, imò quò magis servitutem agnoscas, lingua non sua sed Romana uti oportuit. Civilis Batavus apud Tacitum l. 4. Hist. Treveris gente origine Germanica servitutem illam exprobrans, sic infit: Vos autem Treveri, cæteræque servientium animæ, quod pretium effusi toties sangvinis expectatis, nisi ingratam militiam, Immortalia tributa, & dominorum ingenia? Scilicet tria potissimùm fuerunt servitutis tum incommoda. Primum quòd cogerentur habito delectu eoque iniquissimo, Romanis etiam inviti militare. Alterum quòd immanibus tributis per publicanos i. e. harpyas & hirudines attererentur. Tertium, quòd herilem magistratum quotannis Româ acciperent, qui cum fascibus ac securi, abolitis patriis legibus, ius dicerent. Nec verò dubium est hanc fuisse conditionem penè totius utriusque Germaniæ. Attamen Batavis in Rheni insula ad suam usque ætatem mansisse honorum & antiquæ societatis insigne, prodit Tacitus: viros tamen & arma imperio ministrarunt, avarissime interdum delectum exercentibus Romanis: quâ de re extat Civilis querela apud Tacitum l. 4. Histor.

Urbium quoque si non omnium, multarum tamen & cis Rhenum & cis Danubium haud paulò melior felicitas. Namque nonnulla coloniarum, alia municipiorum iura acceperunt. Onuphrius Panvi-

nius

nius l. 3. comment. *septem numerat colonias Galliæ Belgicæ*: Agrippinam Vbiorum, Augustam Rauracorum, quæ hodie sit Basilea, Augustam Trevirorum, Augustam Vlpiam Traianam, Coloniam Iuhonum, Lucarburgium Tarbelliorum. *Quæ omnes in Germania Cis-Rhenana fuerunt, si vnam excipias & alteram: quanquam fortè nec Iuhonum aliqua colonia fuerit, populi sc. non cis sed Transrhenani, quod rectè ostendit Cluverius* l. 3. Germ. antiq. c. 8. *Iam verò harum coloniarum Agrippinensem fuisse iuris Italici scribit Paulus* l. in Lulit. § 2. ff. de censib. *Idem porrò Onuphrius colonias Rhetia quinque recenset*: Augustam Quintanorum, Augustam Tiberij hodie Regioburg, Augustam Rhætorum, Coloniam Constantiam, Curiam: *Vindelicorum vnam* Augustam Vindelicorum. *Taceo vnas Norici colonias: quàm terram omnem hodiè incolunt Germani. Alias porrò nonnullas Vrbes fuisse municipia, vel vnum hoc testimonium Ammiani Marcellini ostendit* l. 15. Prima Germania: vbi præter alia municipia Moguntiacus est, & Vangiones, & Nemetes, Argentoratus barbaricis cladibus nota.

Constat verò colonias quidem Reipubl. sua administratione effigiem quandam Romanæ retulisse. Nam vt Romæ erat populus & senatus, (*verba sunt Onuphrij*) sic hi novos colonos in decuriones & plebem dividebant: decuriones senatus, plebs populi Romani imaginem referebat. Ex decurionibus singulis annis duo vel quatuor viri creabantur iuxta coloniæ magnitudinem vel parvitatem, qui duumviri vel quadrumviri iuri dicendo vocabantur. Hi consulum Romanorum speciem repræsentabant. Creabantur insuper Aedilis, qui viarum, ædificiorum publicorum; item Quæstor qui ærarij publici, curam habebat. Atque hi erant præcipui coloniæ magistratus: in cæteris omnibus more, legibus, & institutis Romanis vivebant. *Ius porrò Italicum quo Agrippina olim floruit, si communi credimus interpretationi, immunitatem tributorum dedit, si Cuiacio* l. 3. observ. c. 35. levationem censitionis: *fecit autem porrò* vt in reliquis eodem iure sit eius coloniæ respubl. quo ipsa Italia, puta in traditionibus nexi, in vsucapionibus in annali exceptione & in iure capiendi.

Municipiorum rationem Gellius nos docet l. 16. c. 3. Municipes, *inquit*, sunt cives Romani ex municipiis suo iure & legibus suis vtentes, muneris tantùm cum populo Romano honorarij participes, à quo munere capessendo appellari videntur, nullis aliis necessitatibus, neque vllâ populi Romani lege adstricti. *Itaque verosimile sit, sicut colonias Romanorum, ita municipia illa Germanica, Germanorum mores, ritus & leges maximè observasse.*

Cæterùm & alia dura multa passa sunt omnes illæ Vrbes, & illud præcipue non potuit non esse acerbum, quod perpetuo præsidio militari tenerentur. Scilicet & Germaniæ prima, & Germania secunda, & Belgica prima metropoles sedem ac domicilium præbuerunt Ducibus, *reliqua oppida* præfectis militum, *cum validâ & numerosâ militum manu. Quæ res quomodo circa Arcadij & Honorij tempora sese habuerit, exponit optimè liber vetus, cui titulus* Notitia vtriusque Imperij, quem *insigni commentario illustravit Guido Pancirolus. Quorum seriem nolumus compilare. Adeò impotens verò tandem fuit Romanorum dominatus, vt omnis libertas sublata, omnia iura tandem confusa sint.*

Quo factum vt provinciæ pertæsa laborum scelerumque Romanorum, externa novaque imperia circumspicere cœperint, præ aliis verò Francos dominos desideraverint. Testatur id Gregorius Turonensis l. 2. c. 23. Terror Francorum resonavit in his partibus, & omnes eos amore desiderabili cupiverunt regnare. *Item cap.* 36. Multi tunc ex Gallis Francos dominos summo desiderio cupiebant. *Nec verò Romanorum corruptissimos mores & latrocinia quis satis mirabitur, solius si Salviani Massiliensis libros de Providentia eâ tempestate scriptos inspexerit. Et verò Francis, quorum teste Eginhardo in vit.* Caroli M. semper Romanis & Græcis fuerat suspecta potentia, *tandem etiam omni Romanos ditione exuerunt, magnamque imperij illorum partem sibi subjecerunt.*

CÆTERUM *nec Franci subactos à sese populos multùm leviore imperio quàm Romani continuerunt. Non enim verum est, quod* l. de origine Saxonum *scribit Reineccius*: Francos in Germanici nominis provincijs subactis imperio contentos, nulla alia re indigenis graves fuisse. *Est enim in promptu ostendere Francos more Romanorum provincias super Germaniam, Galliam, Italiam & gravissima tributa imposuisse, & magistratus dedisse, qui ex ipsorum nutu penderent, alios ordinarios, alios extra ordinem delegatos, ius quoque militem legendi ex omni ingenuorum numero sibi sumpsisse. Quorum omnium potestas cùm Regibus esset commissa, procedente tempore regalium vel regaliarum nova vox, aut nova certè vocis acceptio, hinc invaluit.*

Non est nostri instituti argumentum hoc plenius exponere, suffecerit nunc adducere in medium Italicæ gentis propriam de iure illo regio confessionem à Friderico I. Cæsare iis expressam. Radevicus eius ætatis Scriptor l. 2. c. 5. *rem illam ita narrat*: requisitique de hoc iure quid esset, adiudicaverunt Ducatus, Marchias, Comitatus, consulatus, monetas; telonia, fodrum, vectigalia, portus, pedatica, molendina, piscarias, omnemque vtilitatem ex decursu fluminum provenientem: nec de terra tantùm, verùm etiam de suis propriis capitibus census annui redditionem, Hisque omnibus in fiscum annumeratis, &c. *Guntherus* l. 8. *de eodem negotio in hunc modum canit*:

Ac primùm Ligures super hoc à Rege rogati:
Vectigal portus, cudendæ iura monetæ,
Cumque molendinis telonia, flumina, pontes,
Id quoque quod fodrum vulgari nomine dicũt,
Et capitolicium certo sub tempore censum:
Hæc Ligures sacro tribuerunt omnia fisco

Ius feudale Longobardicum l. 2. t. 56. *hæc loquitur*: Regaliæ armandiæ viæ publicæ flumina navigabilia, quæ vulgò dicuntur telonia, monetæ, mulctarum pœnarumque compendia, bona vacantia, & quæ vt ab indignis, legibus auferuntur, nisi quæ specialiter quibusdam conceduntur: & bona contrahentium incestas nuptias, condemnatorum & proscriptorum, secundum quod in novis cõstitutionibus cavetur: angariarum, parangariarum, & plaustrorum & navium præstationes, & extraordinaria collatio ad felicissimam regalis numinis expeditionem; potestas constituendorum magistratuum ad iustitiam expe-

diendam: argentariæ & palatia in civitatibus confuetis: piscationum reditus & salinarum, & bona committentium crimen maiestatis, & dimidium thesauri in loco Cæsaris inventi, non datâ operâ, vel loco religioso: si datâ operâ, totum ad eum pertineat.

Nec tantum autem hæc in Italis est post devictos Longobardos, sed & per Galliam & Germaniam in subditis provincias obtinuerunt. Sane hoc durum iugum & Alamannos cum Boiariis, & Frisios omnes à Rheno ad Visurgim usque, & Thuringos, Cisrhenanos etiam Germanos omnes florente Francorum imperio passos, alias ostenditur. Scilicet sumebant sibi Franci in populos devictos iura victorum ex more Romano: itaque aut tributarios tantum eos reddiderunt, aut si planè sibi subiecissent, magistratus & iura etiam dederunt. Et verò illud belli in victos ius, unicum fundamentum est regaliarum quas appellant: ut nihil iniquius sit iis, qui in omni libero principatu aut regno eas regibus conantur vindicare.

Enim vero ipsi Franci sive Orientales sive Occidentales ab his oneribus immunes, non eam regibus suis servitutem debuerunt. Neque enim tributum aut censum penderunt, sed sola annua dona regibus contulerunt, præter mulctæ partem. Servatâ sc. pristinâ consuetudine, omnibus olim Germaniæ liberis populis usurpatâ. De qua Tacitus: Mos est civitatibus ultrò ac viritim conferre Principibus vel armentorum vel frugum, quod pro honore acceptum etiam necessitatibus subvenit. *Item:* pars mulctæ regi vel civitati, pars ipsi qui vindicatur vel Propinquis eius exsolvitur.

De Saxonum sub Francis conditione res videtur explicatu impeditior. Adamus Bremensis c. 6. Thuringi & Saxones, itemque cæteræ quæ iuxta Rhenum sunt nationes, ex antiquo Francis tributariæ leguntur. Quibus deinde à Rheno eorum desiscentibus, Pipinus genitor Caroli bellum intulit. Crancius l. 1. Saxon. c. 31. *Lotharium regem tributum annuum Saxonibus imposuisse scribit quingentorum boum circa annum 572. Annales Francici ad annum 758.* Pipinus coëgit Saxones, ut promitterent se omnem voluntatem eius facturos, & singulis annis honoris causâ ad generalem conventum equos trecentos pro munere daturos. *Sequutum deinde bellum illud atrox cum Carolo Magno, ac tandem pax composita. Leges pacis ita memorat Eginhardus:* eâ cōditione à rege proposita & ab illis subscripta, tractum per tot annos bellum constat esse finitum, abiecto dæmonum cultu, & reiectis patriis ceremoniis, Christianæ fidei atque religionis sacramenta perciperent, & Francis adunati *unus* cum iis populis efficerentur. *Quibus verbis videtur indicari, Saxones in pares cum Francis libertate relictos.* Poetaster *antiquus vitæ Carolinæ scriptor paulò pleniùs rem exponit: ut antè ex ipsius allegatâ apaesi pag. 11. videre est.*

Faciunt huc verba nonnulla in tabulis quibus Episcopatum Bremensem *instituit Carolus Magnus. Servavit nobis eas Adamus Bremensis, & qui exscribere illum solet Albertus Stadensis, & post utrumque Crancius:* Saxones pristinæ libertati donatos, & omni nobis debito censu solutos, pro amore illius qui nobis victoriam contulit, ipsi tributarios addiximus, videlicet ut qui nostræ potestatis iugum hactenus ferre detrectaverunt, victo iam Salvatori nostro Iesu Christo & sacerdotibus eius omnium suorum iumentorum & fructuum, totiusque culturæ decimas, & nutrituræ divites ac pauperes legaliter constricti persolvant. *Pertinet huc & illud antiqui scriptoris de vitis Romanorum Pontificum, qui vulg. Luitprandus creditur, in vita Hadriani secundi:* Carolus omnes decimas, *ait*, in Saxonia constituerat ad regale servitium, & eas Rex dare potuit, cui voluit.

Ex his verò constat, tametsi Saxones initiò penderint tributum Francis, more aliarum gentium victarum, illo tamen onere à Carolo liberatos, pristinæque libertati hactenus restitutos, nisi quod decimas solvere tenerentur cultui divino. Constat porrò magistratuum collationem Regem sibi sumpsisse. Quod sc. antè penes totius populi concilium fuit, id inposterum Regio arbitratui est commissum. Fuit autem tum duplex magistratus, alius nempe Ecclesiasticus in Episcopis circa sacra & cultum religiosum occupatus: alius civilis, uti vocant, isque vicissim vel status vel extra ordinem missus. Et status quidem Iudicum, *alter* Legatorum. *Quorum nominum ille quidem* Graviones, *qui tum Latinum nomen ex more Romanæ reipubl. acceperant* Comitum, *hoc verè significari eos, qui aliàs Francis* missi *audiunt, benè notat doctissimus Reineccius. Quæ iurisdictionis ratio in ipso Francorum libero populo fuit. Ut proinde rectè queat dici, concessisse Saxones in eandem cum Francis civitatem,* æquali *libertate gaudentes, eoque illorum conditionem longè meliorem mansisse, quàm reliquis provinciis.*

Si hic autem fuit status Saxoniæ sub Carolo, non potest non falsum esse, quod legitur in vita Ludovici Pii à P. Pithœo edita, uti eadem verba recitat Aimoinus l. 5. c. 10. Quo etiam tempore Saxonibus atque Frisonibus ius paternæ hæreditatis, quod sub patre (*Carolo M.*) ob perfidiam legaliter perdiderant, Imperatoriâ clementiâ restituit. Quod alii liberalitati, alii imprudentiæ assignabant, eò quòd hæ gētes naturali libertati assuefactæ talibus haben is deberēt coerceri, ne scilicet effrænes in perduellionis procacitatem ferrentur Imperator verò (*Ludovicus*) eò sibi arctiùs eos vinciri ratus, quò iis beneficia potiora largiretur, non est spe suâ deceptus. Nam post hæc easdem gentes semper sibi devotissimas habuit. *At iure paternæ hæreditatis soli servi carent. Saxones autem omnes nunquam sunt in servitutem redacti. Sed & Frisiis libertatem relictam constat ex ordinibus Adelingorum, ingenuorum, litorum & servorum, qui in eorum legibus antiquis disertè memorantur. Ut taceam illos omnes ne quidem armis unquam victos à Francis, sed qui trans Flevum sunt, sponte suâ post devictum Radbodum in Francorum ditionem concessisse, quod legitur* in vita S. Ludgeri *Certè Carolo vivo perfidia nunquam notari: quare, si antiqua fama credendum, rerum cum fide & virtute gestarum præmium avitam ex parte libertatem recuperarunt. An Saxonia Frisiaque Gravionibus concessa tum à Ludovico hæreditaria quasi successione imperio Scriptori motiùs rectè intellecta fuit? Quicquid sit, ne illud quidem quod VVidekindus scribit* l. 1. S. *Viti patrocinio per Henricum & Ottonem magnum* Saxoniam ex servâ factam liberam, & ex tributariâ multarum gentium dominam, *ita accipiendum, quasi Francis illa hactenus servierit & tributaria fuerit. Ad Ungarorum*

gavorum enim, & Normannorum dominatum illa trahenda, à quo liberata per Henricum & Ottonem Saxoniæ, quam & aliis abunde opibus fecerunt affluere.

Pari verò modo liquet alienius esse à vero id, quod alij narrant in plebis Saxonicæ tum potestate fuisse situm, ex Adelingis aut præcipuâ nobilitate magistratum sibi creare si quem vellet, eamque libertatem etiam à Carolo relictam. Neque enim legas penes plebem liberrimis Germaniæ temporibus fuisse potestatem: iamque audivimus magistratuum inferiorum creationem sui iuris fecisse Carolum. Ne nunc adducam plebeiæ illius electionis in omnibus priscis monumentis nec volam reperiri nec vestigium.

SED de his obiter. Qui verò provinciarum in universum, idem & Urbium & Vicorum florente Francorum imperio fuit status. Certè non in codice legum Francicarum, non in aliis eius ævi monumentis observare est, meliori tum fuisse conditione Urbes aut nobiliores Vicos præ aliis in agro viventibus. Primò enim incolæ Urbium fisco penderunt vectigalia & tributa. Monetarum quoque cudendarum ius & molendinorum, teloaia, portus, pontes, atque similia omnia non in Urbibus minus, quàm alibi per omnem Germaniam ad regium fiscum pertinuerunt. Neque verò horum quicquam in Urbibus illis (Carolo certè magno eiusque filio Ludovico imperantibus) temerè legas in subditorum aut nobilium aut plebeii ordinis fuisse peculio. Ex adverso perspicere est sequutis demum seculis Regum largitionibus in variorum potestatem hæc devenisse. His certè oneribus eâ ætate, obnoxias fuisse Urbes ad Rhenum & Danubium passim docet Lehmannus vir harum peritissimus. Auctor etiam Chronici Coloniensis, iam olim ex nescio quibus Prumiensis cœnobii annalibus annotavit p. 91. & 131. à Clodovei usque ætate ad Ottonem Magnum Aggripinenses tributum Francorum solvisse.

Sacra porrò omnia iura administrata tum fuisse per Episcopos non in Urbibus minus quàm alibi nihil est notius. Sed & meri ac mixti imperij, quod vocant, vis penes Comites fuit aut missos à regibus constitutos. Gregorius Turonensis l. 6. hist. Franc. c. 2. Rex Chilpericus in civitatibus novos Comites ordinat, & cuncta sibi iubet urbium tributa deferri. Idem diserte variorum Comitum Urbibus Gallicis præfectorum meminit l. 9. c. 5. l. 5. c. 48. & alibi. In capitul. Caroli magni l. 2. c. 24. fit mentio Comitum Vesontii, Moguntia, Treviris, Colonia, aliorum, qui ita cum episcopis illorum [illegible] fungi debeant munere missorum regiorum. Per Comites autem & missos eo [illegible] populo argumentis ostendere facillimum est. Scilicet tamets[i] in omnibus penè Urbibus Episcopi considerent, [illegible] tamen ditio non illorum, sed Comitum fuit & Missorum, qui regiâ auctoritate præerant. Neque verò inter Urbium administrationem & agri [illegible] ratione iurisdictionis in vetustis eius ætatis monumentis quicquam est reperire discriminis.

Quum verò [illegible] Urbes vici, & villæ tunc fuerint & palatia regia, horum feliciorem fuisse conditionem [illegible] Cæterum [illegible] ad Saxon[illegible] vici per omnem Germa[illegible] Certè quæ post[illegible] nunc famâ [illegible] & auctoritate in Saxonibus Brema, ætate Caroli villæ publicæ [illegible] nomine, ut patet ex fragmentis tabularum Carolinarum apud Adamum Bremensem cap. 15. nec muro cingi cœpit ante Normannicam tempestatem circa annum 990. eodem teste cap. 75. Etiam hæc verò non nisi diu post Comitum potestate liberatam infra patebit.

Hac verò occasione non possumus nolle eos animadvertere, qui Urbium Saxonicarum nescio quam libertatem iam inde à Carolo Magno accersere conantur. Manifesto autem eos errore implicari, haud difficile fortè est probatu. Aiunt enim Carolum M. quibusdam Saxoniæ Urbibus statuam Rolandinam in signum libertatis dedisse, quod nimirum ab eo iussu Caroli liberam iudiciorum potestatem accepissent. Ast ex superioribus constat, tum temporis nullam adhuc Urbem præter Coloniam in Germania fuisse. Certè nullius inferioris Saxoniæ Urbis in historia Caroli M. fit mentio: quod tamen haud dubie Scriptores, utpote rem notatu dignam tam sicco pede non præteriissent. Imò duas tantum arces, ut suprà etiam est dictum, in Germania Transrhenana & quidem in Westphalia obsedisse legitur Carolus Magnus; quod si autem plures tum temporis extructæ fuissent, profectò non ita occupare Saxoniam potuisset: quippe eum libertatis suæ Saxones fuerint tenacissimi. Quid? quod Eginhardus in vit. Caroli M. inter alias causas belli Saxonici etiam hanc referat, quod termini Francorum & Saxonum penè ubique in plano essent contigui, præter pauca loca in quibus vel sylva magna maiores, vel montium iuga interiecta utrorumque agros certo limite disterminarent, eoque in iis cædes & rapinas & incendia fieri non cessasse.

Taceo Rolando duce Carolum in expugnandis Saxonibus usum, nullis priscis monumentis referri, & omninò stultum videri ducis statuam erectam in occupatis Urbibus à victore Rege. Quinimò Rolandi colossos demum post annum millesimum & quod excurrit erectos, nec non omnes Urbes quæ illos ostendunt, post tempora Caroli M. primum esse extructas, monumenta historica pervolventi non potest esse obscurum. Denique cùm ea quæ tempore Caroli magni ad Rhenum fuere florentissima nullam habuerint iuris dictionem, multò minus obscuros quosdam in Saxonia vicos libertatem accepisse vero valde est simile. Quare cùm tota hæc assertio fabulæ quàm veritati similior esse videatur, non est quod eam pluribus refutando operam ludamus: interim si quid ea veritati habet consentaneum, videtur id rectissimè omnium à Goldasto Tractatu de immunitat. & privileg. Reip. Magdeb. hactenus non edito esse observatum: nimirum omnia quidem illa, quæ de duce Rolando Caroli M. ex sorore nepote commentantur Historiographi, quasi eius ope & concilio pleraque in Saxonia gesserit, & quæ sunt huius generis alia, esse merè ficta & nullâ prorsus fide historicâ niti; attamen certum, inquit, Rolandi nomen non esse proprium aliquod, sed appellativum, quasi dicas Rugeland; compositum nimirum ex vocabulo Rugen, quod est veteri idiomate Germanico, causam suam proponere, & diligenter ponderatis cuiusque litigantium partis argumentis sententiam pronunciare, & territorio seu districtu: ut ita statua Rolandina significet signum per quod notatur ibi esse forum publicum causarum, iurisdictionem, locum iustitiæ, territorium, seu

ut suo idiomate Germani vocarunt; Mallum pub cum ein Mahlstadt da man frey Kayserlich Gericht helt. Hæc ille. *Cuius rei indicia adhuc hodieque in Vrbibus nonnullis licet animadvertere. Id scilicet certum colossos illos constitutos in signum liberæ iurisdictionis: accedente fabula à Carolo Magno illam profectam: præ rerum veterum imperitia haud distinguente vulgò libertatem à Carolo concessam, ab ea quæ post demum nata est. Vt illa etat fabulis obnoxia fuit. Crancius* l. 10. c. 2. *narrat Hamburgenses à Carolo IV, Holsatiæ Comitibus parere iussos* Rolandi statuam quam pro signo libertatis olim erectam habuerant deiecisse. *Visuntur autem hodie eiusmodi colossi al[illegible] in Marchia; alter* Kinsperga *alter Prinslavia: ne quis solis Saxonicis Vrbibus eos tribuat.*

Igitur ut revertamur in viam, Francorum tempestate omnis Vrbs cuiusque vicus iura à Comitibus aut legatis regiis acceperunt: & verò Duces, si qui fuerunt, Comitum *illâ potestate sunt usi. Neque enim nomen Ducis aut* Comitis, *ut hodie alicuius familiæ sive dignitatis, sed officii olim nomen fuit: uti nunc aliquem Marschallum aut iudicem provincialem appellitamus. Magnâ autem potestate* Comites *illi præditi fuere, quippe cùm nomine Imperatoris & Imperii ius belli atque pacis habuerint, & flagitante necessitate in aciem cives eduxerint, adeoque ipsum Imperatorem in Vrbibus repræsentârint. Negat quidem autor de Præfecturis: eos olim habuisse ius gubernandæ Reipublicæ, sed fallitur: nam ipse* Lehm. l. 4. Chron. Spir. *cogitur id fateri, & ratio est manifesta, quippe cùm olim præfecti fuerint præcipui magistratus, omninò eosdem regimen habuisse necessum est: utpote cùm id maximè propriè magistratum constituat, ut rectè dicit Aristoteles* 4. Pol. cap. 15.

Nec tamen vel tum ab omni iurisdictione exclusa plebs fuit, sed suo ordine iudicio Scabinos *dedit septena, plures. Quorum eligendorum ius penes Legatos regios fuit, ex parte tamen & penes & populum cum Comite. Nec electi ad id munus, nisi meliores & in plebe potissimi. Eâ de re in medio hodieque sunt leges variæ ipsius Caroli magni & Ludovici pii in Capitulis Ansegisi* l. 3. c. 33. Missi nostri Scabinos per singula loca eligant, & eorum nomina quando reversi fuerint, secum scripta deferant. *c.* 56. ut iudices, advocati, scabini, quales meliores inveniri possunt, & Deum timentes constituantur ad sua ministeria exercenda. Cum Comite & populo eligantur mansueti & boni. *Capit. Addit. IV. c.* 73. Missi nostri ubicunque malos scabinos inveniunt, eiiciant, & totius populi consensu in locum eorum bonos eligant, & cum electi fuerint iurare faciant, ut scienter iniustè iudicare non debeant. *Ibidem cap.* 74. Vt in omni comitatu hi, qui meliores & veraciores inveniri possunt, eligantur à missis nostris, ad inquisitiones faciendas & rei veritatem dicendam, adiutores Comitum sint ad iustitias faciendas. *Item cap.* 75. Volumus, ut quicunque de Scabinis deprehensus fuerit propter munera aut propter amicitiam vel inimicitiam iniustè iudicâsse, per fideiussores missus ad præsentiam nostram veniat. De cetero omnibus Scabinis denuncietur, ne quis deinceps etiam iustum iudicium vendere præsumat. *Quæ tria ultima capitula inserta quoq; sunt Legi Longobardorum* lib. 2. tit. 41. *Sed de Scabinis satis.*

Quoniam autem omnis civitas est societas quædam maxima, & verò præter hanc iurisdictionem item alia est civium communio, quæ sine rectore institui non potest, absque dubio omnibus Vrbibus iam tum sui Burgimagistri *fuerunt, dirigendis scilicet negotiis civilibus, minoris quantumvis momenti. Neque enim probabile fit, Consularis huius regiminis originem Henrico V. Cæsare primum cœpisse. Ipsa enim societatis natura illud exigit: eoque videmus vicis minimis ex antiqua consuetudine hodie suos esse magistros. Atque hæc Urbium Germanicarum usque ad tempora Saxonica & Suevicorum Imperatorum ferè fuit conditio.*

Hisce verò constitutis nemini iam non liquet, etiam hac tempestate Vrbes fuisse admodum raras, earumque summam reipubl. in Ducum Comitumque *non nisi vicariâ fuisse potestate, arbitrio potissimo penes reges constituto. Nec Episcopos tum, ut alibi, ita etiam in Vrbibus, ubi sedes suas locaverant, præter sacra curam civilium rerum habuisse. Nondum verò ullam tum Vrbem liberâ populi potestate fuisse gubernatam. Vnde & id consectarium est, tum temporis ratione regiminis quidem nullum fuisse inter Vrbes discrimen, quod nempe aliæ Imperiales aut Regiæ, aliæ Provinciales audiverint; utpote quùm omnibus æquali ratione sui magistratus fuerint per Reges præfecti.*

CÆTERUM *insequentibus temporibus omnia hæc magnam vicissitudinem passa sunt. Vici enim, villæ, castra, imò loca inculta, hactenus passim Vrbium dignitatem acceperunt, atque eâ quidem frequentiâ, ut Vrbium numero contendere hodie Germania possit cum omnibus regionibus, quaqua versum patet Europa. Inter quas nonnulla & civium copiâ quàm maximè abundant, naturâ atque arte penè insuperabiles, splendore ædium opibusque prorsus stupenda. Respublica etiam immane quantùm mutata parum retinet antiquæ consuetudinis, nec ipsa uniusmodi, sed quàm maximè varia. Quæ omnia quibus initiis quâve de causâ contigerint nunc dicendum. Ac principiò quidem disserendum, quibus causis impulsi Germani tot Urbes extruxerint, cur è patentibus campis relictis contra morem avitum intra mœnia sese tanto numero abdiderint, deinde quid Urbes ad eam opulentiam evexerit. His præmissis autem ad Rempublicam accedemus.*

Prisci Germani nullâ opum cupidine, nullo luxu, rudi tecti vellere, & cibo simplice, lacte, caseo, agrestibus pomis, recenti ferâ contenti, vitam omnem in studiis rei militaris transegerunt. Eoque commodius tunc fuit discretis ac dispersis ædibus habitare, ut fons aliquis, ut campus, ut nemus, maximo poterat usui esse, quod ita nihil possent sua desiderare beatitati. Nec peregrinæ mercaturæ erat tum locus, vilia tantum & obvia petentibus, & nullo opum honore; opificia verò penè omnia exularunt, luxuriæ scilicet & mollis vitæ instrumenta. At postquam vestis elegantior & lautior cibus, & domus splendidior, mutatis Romanâ consuetudine moribus, paulatim cœpit allubescere, crevit necessariò artificum copia, & mercatura ad exteros extensa est. Hinc opũ cupido, & rationes variæ excogitatæ faciendi nummi, unde tandem non elegans amplius vita, sed luxuriosa in pretio. Eadẽ verò causa & priscũ habitandi modũ non potuit non flectere. Mollior enim

vita

vita exigit in proximo plures qui aut operam præstent aut rem subministrent. Idem quietis studium & maximus iussit oppida cingere, tutum & exiguo quantumvis muro securum adversus magnam etiam latrocinantium hostium vim refugium. Quæstus etenim & quieti deditis nihil adversius, quam semper in armis, in excubiis stare, aut si quiescas prædonum hostiumque libidini fortunam omnem exponere.

Igitur à bellis ac raptibus in otium ac quietem conversis studiis, cur habitandi ratio è prisca moribus adeò prompta populi Principumque voluntate discesserit, nihil admiratione dignum habet. Isthæc autem mira animorum mutatio fere cum abiecto dæmonum cultu cœpit, ad leniissima Salvatoris exemplum integrâ nonnihil priscâ feritate. Cuius factum quietis occasione, mox ad opum cupiditatem & luxuriam principum quodam gradu transitum est. Quibus cum & populus & Principes se dederent, pari studio Urbibus exstruendis insudarunt; quòd nec Principibus liceret splendidè vivere, nisi Urbium oppidorumque auxilio, nec populo facile sit, aliter securè quæstum facere.

Et numerum quidem Urbium auxit indubiè ingens Principum per Germaniam numerus pene cum regiâ potestate, post attritam Cæsarum maiestatem sibi imperantium: ferè singulis famulas sibi Urbes struentibus, accenso æmulationis studio & cupidine quadam mollioris vitæ ac regii fastus. Nec verò structæ tantum à Principibus Urbes, sed & ad eas inhabitandas multis propositis immunitatibus invitatus undique populus. Unde plebi factâ per varia opificia & mercaturam ad opes perveniendi haud adeò difficile viâ, & ipsi relicto aratro in Urbes immenso numero commigravit. Quæ res agris quidem solitudinem penè induxit; ut tamen & hoc ipso nonnullis agrestium superstitum lucro haud parum accesserit, his scilicet paucis in plurium rura succedentibus.

Auxit verò hoc plebis studium indubiè innumera libertorum copia, qui post annum Christi nonagentesimum succrevit, omnibus pene servis per universam Germaniam ex pietatis fervore emancipatis. Quibus cum propriis agri nihil, adeoque rure quidem non nisi durissimo servitio victus poterat parari; cum in Urbibus per opificia utraque ministeria facilior esset vitæ tolerandæ ratio, quin & ad divitias pateret aditus, plerique illorum agris relictis, Urbes incolere cœperunt. Unde Urbibus magna accessit incolarum frequentia. Nec tamen Lehmanni sententiam lib. 2. c. 19. facimus nostram, quasi olim nulli ingenui vel mercaturæ se dederint, vel opificiis. Præterquam enim quod ipsum nullo argumento; nullo testimonio probet, nec fit vero simile etiam pauperes ingenuos nullo unquam operam suam locasse, aut honestâ ratione quæstum fecisse.

Cæterùm causæ quidem eius Urbium per Germaniam copiæ, hæ ferè sunt. Primus autem præ aliis struendis iis operam dedit Henricus I. Rex quem Aucupem nuncupant, verè Theseus Germanicus: Ut enim ille Athenienses, ita hic Saxones certè, si non & alios Germanos, ex agro in Urbes compulit. Urgentibus scil. infestorum Ungarorum immanibus irruptionibus, quò tutus daretur miseris receptus. Eam rem his verbis persequitur rer. Saxonic. l. 1. *Widekindus Corbeiensis*: Henricus rex receptâ pace ab Ungaris ad novem annos, quantâ prudentiâ vigilaverit in munienda patria & in expugnando barbaras nationes, supra nostram est virtutem edicere. Et primùm quidem ex agrariis militibus nonum quemquem eligens in urbibus habitare fecit, ut cæteris confamiliaribus suis octo habitacula extrueret, frugum omnium tertiam partem exciperet servaretque: cæteri verò octo seminarent & meterent, frugesque colligerent nono, & suis eas locis reconderent. Concilia & omnes conventus atque convivia in urbibus voluit celebrari. In quibus exstruendis die noctuque operam dabant, quatenus in pace discerent, quod contra hostes in necessitate facere debuissent. Vilia aut nulla extra urbes fuere mœnia. *Eadem de re Sigebertus Gemblacencis ad annum 9.5.* Rex Henricus agrarios milites recensens, ut octo eorum in agris, nonus verò in urbe moraretur, & octo in agris nono laborarent: nonus verò in urbe tertiam partem omnium frugum illorum reservaret in ædibus à se ad hoc extructis, ut in bello nihil aliarum rerum deesse, urbesque rebus & viris plenæ essent.

Igitur ex Henrici instituto nonus quisque ingenuus in Urbem concessit. Soli scilicet ingenui eo tempore militabant. Atque omnibus his victus ex agro allatus est, nullo sue labore. Quod ad robur Urbium fecit plurimùm. Sicut & illud incrementum earum haud leviter, quod omnes conventus & convivia publica non nisi in Urbibus celebrata. Hinc enim & quæstus Urbium & dignitati consultum est. Extant hodieque veteris eius instituti nonnulla in Saxonicis Urbibus indicia. Potioribus enim & antiquioribus civibus ab agro manens cognomentum, unde primùm in Urbem commigrârunt. Nundina quoque publica haud alibi temerè, quàm in Urbibus exercita. Est & ubi hodieque nuptialia convivia non nisi in Urbibus celebrent agrestes.

Multas Urbes nominatim recenset Dithmarus Mersburgensis l. 1. *ab Henrico exstructas, interque eas Misnam, Quedelenburgum & Mersburgum. Patris verò exemplum secutus Otto & ipse haud paucas condidit, quarum præcipua Magdeburgum: locum tamen iam diu antè, nullis licèt mœnibus, commerciis celebrem, sicut liquet ex* l. 2. Capitular. Caroli.

Non patitur institutum nostrum Urbium omnium originem exponere: id omninò monendum, rarum per Germaniam & non nisi vilissimum fuisse commerciorum usum usque ad annum à nato Servatore præter propter post millesimum centesimum. Unde fortuna Urbium in aperto est, cui quæ mercatura magnam opum partem debeant. Hactenus scilicet, pauca peregrinæ merces & vix aliunde quam ex Italiâ, Oceano omni Normannorum piraticâ infesto, & aliàs Germanicis navigiis penè ignoto. Et verò ipsum quoque Balticum mare circa annum 1160. post excisos Venedos Saxonibus novis accolis per commercia demum patuit.

Cæterùm circa finem seculi illius Christiani undecimi, navigiis ultrò citroque circa Oceani littora commeantibus, iam maritima commercia passim cœperunt institui. Unde c. 48. describens Adamus Bremensis Birkam Ostrogothorum Urbem, addit: Ad quam stationem, quæ tutissima est in maritimis Sueoniæ regionibus, solent Danorum, Nordmannorum, Slavorum, atque Semborum aliique Scythiæ populi pro diversis commerciorum necessitatibus solenniter convenire. *Cumprimis ve-*

rè memoranda sunt, quæ de Iulino emporio Venedico ille memorat cap. 66. In Oderæ, *inquit,* ostio, quæ Scythicas alluit paludes, nobilissima civitas Iulinum, celeberrimam barbaris & Suecis, qui in circuitu sunt, præstat stationem: Est sanè maxima omnium, quas Europa claudit, civitatum, quam incolunt Sclavi cum aliis gentibus Græcis & Barbaris. Nam & advenæ Saxones parem cohabitandi legem acceperunt, si tamen Christianitatis titulum ibi commorantes non publicaverint. Vrbs illa mercibus omnium septentrionalium locuples; nihil non habet iucundi aut rari &c. *Iisdem verò porrò verbis Vinnetam Vrbem describit Helmoldus* l. 1. c. 2. *histor. Sclavic. ut solet Adamum exscribere, quare fortassis non alia urbs est Vinneta, quæ nonnullis memoratur; à Iulino, corruptè, tantum à librariis vocabulo. Quicquid verò huius sit, fuit nobile illud emporium tum Helmoldi ætate à Danorum rege funditus destructum. Idem Adamus Bremensis de Ripa iuxta ad Oceanum oppido cap.* 208. *ita scribit:* civitas Ripa alio tangitur alveo: qui ab Oceano influit, & per quem vela torquentur in Frisiam, vel in nostram Saxoniam, vel certè in Angliam. *Vnde constat Frisios, (quo nomine tum etiam Holsatos & Flevi accola) Saxones, luxta litora tum degere suetos mercaturam multam exercuisse. De Brema verò idem Adamus* c. 183. *testatur eam à* negotiatoribus ex omni parte terrarum mercibus frequentatam. *Et cap.* 208. *de ante memorata navigatione hæc habet: Ex portu Schlesvicensi naves emitti solent in Sclavoniam, vel in Suetiam, vel ad Semland, (Prussiam,) & usque in Græciam (Russiam.).*

Ergo ab anno post millesimum centesimo melior multò fortuna Vrbibus Germanicis alluxit, republicâ etiam illarum in maiorem libertatem assertâ, ceu post dicetur. Vrbium ad Rhenum fortunam colligere est ex his verbis Ottonis Frisingensis breviter describentis res circa annum 1114. *gestas per Fridericum Sueviæ ducem in gratiam Henrici V. Cæsaris.* Ipse, *inquit* l. 1. c. 12. Fridericus de Alemannia in Galliam transmisso Rheno se recipiens, totam provinciam à Basilea usque Moguntiam, ubi maxima vis regni esse noscitur, ad suam inclinavit voluntatem. *Quibus Moguntia tum fuerit, latius idem narrat c.* 13. *In Saxonibus Bremæ potentiam indicant tres navales expeditiones, altera in Palæstinam (quæ à nonnullis perperam refertur in annum* 1029.) *altera in Lusitaniam circa annum* 1141. *victoria erepta Sarracenis Vlyssipone nobilis: tertia iterum in Palæstinam circa annum* 1189 *quo tempore Bremensium laudabili exemplo peregrinantium ægrorum suscepta cura, Teutonico equitum, qui appellatur, ordini initium dedit. Ab iisdem navigatum tunc & per Oresundam in Livoniam: quin & coloniâ Bremensium civium eò traductâ, pactâque cum Livonis amicitiâ, & Christiana religio barbaris coli cœpit circa annum* 1160.

Eodem tempore Lubeca condita brevi & incolarum multitudine & commerciorum frequentia magnum incrementum sumpsit. Similiter & Wismaria, & Rostochium, & Stetinum, & Stralsundum maritima ad Balthen oppida novis Saxonibus incolis recepti reflorurunt. Præomnis trans Albim Sclavorum terra maritima depopulata penitus & incolis orbata, colonis Hollandorum, Frisiorum, Flandrorum cœpit excoli, Vrbibus multis aut reparatis, aut noviter conditis, in posterum Germaniæ accensendis. Non minor verò fuit fortuna & cius Saxoniæ, quæ cis Albim & Visurgim. In Frisiis Stauriam pollvisse classe & potentiâ navali, atque etiam commerciorum frequentiâ floruisse, seculo Christiano maximè duodecimo testatur Vbbo Emmius. In Hollandia Flardingum & Renensburgum celebri tum famâ: quæ tamen ferè hoc ipso tempore haud leve damnum passa ab Henrico V. Cæsare. Iam & Flandria cœpit maritima commercia cum Anglis instituere. Quæ omnia annalium testimoniis probare in promptu est.

Proximo seculo Vrbium per Germaniam conditio haud parùm solùm etiam melior reddita. Namque & numerus earum multùm crevit in omnibus pene regionibus, & maritima commercia aucta in immensum. Et verò hoc tempore primùm Vrbes fœderibus institutis se & sua contra prædones & hostes armis defendere cœperunt. Primæ videntur in societatem huiusmodi coiisse, quæ Rhenum accolunt, anno 1255. *Eo de fœdere in hæc verba loquitur Arnoldus Abbas Stadensis, qui tum vixit:* Quidam validus civis in Moguntia cœpit hortari concives suos, ut pro pace restauranda iuramento se invicem constringerent. Consenserunt ei & aliæ civitates plurimæ. Vocarunt eum Walbodonem. Non placuit res Principibus, nec militibus, sed neque prædonibus, & maximè his qui habebant assiduè manus peodulas ad rapinam, dicentes esse sordidum mercatores habere super homines honoratos & nobiles dominatum. *Notatu digna quoque sunt, quæ Chronicon Augustanum vetus habet:* Interea VVilhelmo Rege Rom. cum comitissa Flandriæ & Frisonibus bellica agente negotia, Civitates Rheni quasi destitutæ regiâ defensione vinculo societatis fortissimè ad invicem coniunguntur. Capitaneum eligunt, telonia eiusdem dominiis, quæ à pluribus fuerant aggravata, removent; vicinos Principes & Comites suæ societati adhærere compellunt, undique in finibus suis pacem ordinantes optimam & hactenus inauditam. Cui superveniens primus Ludovicus, novus Palatinus Comes Rheni, fœdus laudabile societatis iniit cum civitatibus suprà dictis. Ista autem pax more Lombardarum civitatum inchoata, propter malitiam resistentium, non diu durat. *Fuere autem in fœdere illo Vrbes* 41. *ut & Principes aliquot, quorum nomina post Aventinum & Cuspinianum consignavit Lehmannus* l. 5. Chron. Spirensis cap. 92.

In eadem penè tempora incidit & initium fœderis eius quod HANSEATICUM *appellatur. Sanè Chytræus* l. 23. *scribit:* De Hansicorum in exteris regnis emporiorum initiis, ut & de ipsius etiam Hansicæ societatis verâ origine quo anno Christi cœperit, & quando emporia singula occupârit, sæpe multumque ex præcipuarum Vrbium Syndicis, Secretariis & aliis sciscitatus sum; qui non modò de emporiorum origine certi nihil docebant, verùm etiam quo anno ipsorum civitates in Hansæ societatem primùm receptæ essent, plerique non indicabant. *Credit tamen cœpisse societatem paulò ante tempora Friderici II. circa annum salutis* CIↃ. CC. *Eum sequitur, ut in plerisque aliis Germanicarum rerum narrationibus, Thuanus* l. 29. *verbis Chytræi non nisi leviter mutatis. In Spirsis*

suis

suis quatuor centonibus Ioannes Angelius nihil de origine fœderis certi prodit, ineptus autor, ut molliter dicam. Videtur tamen eam repetere interdum ab Henrici Leonis ævo. Scriptor Italicus thesauri politici *sese originem fœderis certam nullo studio potuisse discere fatetur: Henricum tamen Sudermannum societati consiliarium eam reieci*sse *in tempora vetustissima, quæ annum Christi millesimum ducentesimum longè antecedant. Sed cùm Lubeca, quæ fœderis unà cum aliis Vandalicis, quæ appellantur, Urbibus caput semper audierit, non potest profectò societatis origo excurrere ultra ipsa earum Urbium primordia. Cœperunt verò illæ condi seculo illo duodecimo declinante. Quis porrò credat fœdus illud coiisse quo tempore Lubeca, Hamburgum & reliqua pene omnis ora Balthica impotentem dominatum Danicum passa? Excussum autem illud iugum est anno 1226. Neque legas in bellis pro libertate contra VValdemarum eiusque filios Ericum, Abelem & Christophorum Daniæ reges, gestis Urbium ad Balthin sociis armis Lubecenses usos. Confectum autem id bellum fuit circa annum 1259.*

Itaque post annum sexagesimum fœdus illud demum coiit: pace scil. cum Danis pactâ, adeoque magis magisque florentibus iam maritimis commerciis. Ipse Angelius parte tertiâ *centonum suorum c. 10. Urbes Hansicas firmiorem societatem iniisse testatur anno 1270. tabulas verò fœderis servari hodieque in archivis. Neque verò fidem meretur; quod idem scribit c. 15. visa sibi antiqua documenta privilegiorum anno 1194. societati huic concessorum: aut quod alii narrant, ab Henrico III. Angliæ rege anno 1206. amplissimis privilegiis societatem hanc ornatam. Namque Henricus III. puer patri successit primùm anno 1217. Anno verò 1194. Urbes Vandalicæ pleraque cœperunt coli.* Credimus *tamen ab Henrico III. illo data quædam privilegia societati, quum id ipsum testetur Polydorus Vergilius; at Henricus ille regia est dignitate usus ad annum usque 1273.* Confirmatur *coniectura, quod Angelius producens excerpta ex tabulis Norvvegicis non potuerit laudare aliquid antiquius anno 1278. Sed nec in compendio legum fœderis, quod à Domanno confectum* partis quartæ c. 11. *inseruit Angelius, ulla legitur antiquior constitutio anno 1312. ut fortassis illo demum tempore in iustum corpus coierint.*

Cæterùm scrupulosior hæc indagatio fortè minimè convenit instituto nostro. Intuentibus autem scopumque cùm Moguntini illius tum Hansici fœderis inquirentibus, facile ingens utriusque discrimen apparet. Illud enim pro salute publica ipsarum Urbium initum: exprimente id necessitate, quod eversâ tum Cæsarum auctoritate, omnia rapinis & potentiorum libidini patenent, adeoque nullum superesset remedium ex republica conservandis rebus, quam factâ societate vim omnem prohibere. Etsi verò vix novennium duraverit fœdus illud, & in præsens tamen fuit utile & exemplo consuluit posteritati. Comperto *enim semel societatis beneficio, insequentibus temporibus eiusmodi Urbium fœdera, quoties necessitas visa exigere plurima coierunt, in diversis locis diversa, donec Maximiliano I. Cæsare divisa in Circulos, quos vocant, Germaniâ, iisque optimis legibus instructis, instituto item Cameræ iudicio, tranquillitati publicæ nonnihil rectius consultum est. Omnia verò hæc συμμαχίαι, fœdere uno Helvetiorum excepto, ad breve tempus & pleraque intra paucas Urbes stetère: cæterùm Suevicum mole, & numero præ aliis eminuit. De quo rectè tamen* lib. 1. de repub. Helvet. *Iosias Simlerus*: Avorum memoria cùm Friderico Augusto auctore & principe, Suevicæ urbes fœdus fecissent, magna initiò apud omnes eius fœderis fama fuit & opinio, verùm bello adverso. Helvetios temerè suscepto, & infeliciter gesto, multùm existimationi eius decessit, quam tamen pulso duce VVirtembergico, & arcibus prædatorum totâ Sueviâ disiectis, recuperâsse videbantur, nisi paulò post finito præscripto tempore fœderis, ita statim in diversum abiissent, ut quos antè hostium loco habuerant, iis ut amicis, & veteribus amicis & fœderatis, hostium penè loco usi fuissent. Ita hominum memoriâ fœdus illud cœpit & in nihilum abiit. *Helvetica verò societas paucas quidem Urbes comprehendit, at æternitate & robore planè sine exemplo est. Non enim ipsa illa antiquitati celebrata vel Achaicum vel Ætholicum, Græcarum Urbium fœdera, cum Helvetio sive potentiâ sive tempore contendi merentur.*

Alia verò natura est fœderis Hansici, si quidem primam eius ætatem spectes. Contractum enim maximè videtur, non nisi ob commercii maritimi libertatem in regnis exteris. In eam sanè sententiam scribit disertis verbis David Chytræus, harum rerum maximè intelligens auctor l. 23. Saxon. *& qui hunc exscripsit Thuanus* l. 39. *Sed & Albertus Cranzius non aliter de fœderis huius summa loquitur: quem tamen eius natura non potuit latere. Eius verba* l. 9. metropol. cap. 41. *sunt*: Diu laborârunt, priusquam ad memoratam communionem iterum reponerentur, hoc est, ad usum privilegiorum in mercaturis. *Saxonia item* l. 9. c. 39. Non sunt passæ (civitates reliquæ) mercatores eius urbis in emporiis versari. Hoc vocant Hansâ eiicere & proscribere, cùm illis privilegiorum usu & communione interdicitur. *Non aliter in Wandalia* l. 9. c. 7. Ex quo tempore denuò admissi sunt in communionem Hansæ, hoc est, participationem privilegiorum, quæ in quatuor emporiis, in Flandria, Brugis: in Anglia, Londoniis: in Norvvegia, Bergis: in Russia, Novogardiæ: permissa sunt olim mercatoribus, ab retro principibus & terrarum gubernatoribus, universis eius communionis participibus. *Confirmatur idem vel eò maximè, quòd in cōpendio illo cōstitutionum Hansicarū Domanniano nihil habeatur, quod ad συμμαχίαν possit trahi. Ad hoc, cùm pleraque huius societatis Urbes principibus variis sint subditæ, quis crediderit eorū consensu Urbes subditas in formidabile adeo fœdus coiisse? Constat verò a Principibus multis pro Urbibus suis in iura Hansæ recipiēdis intercessum. Sed nec cùm bella varia gesta nōnullas huius fœderis Urbes inter & Principes Germanicos aliosque, tota Hansa societas ad se olim pertinere id credidit: itaque nec observare in monumē is est historicis, in defensionem singularum Urbiū sumpta ab omnibus sociis arma, aut submissa auxilia. Sanè suppetias sibi mutuas nonnunquam aliquæ huius fœderis tulerunt, at non ex Hansa illo cōmuni, sed novo & singulari pacto eius generis & inter sese & cū aliis Hansæ non consociatis Principibus & oppidis, aliis temporibus alia, & quidem non nisi momentanea, certisque annis*

definita inierunt. Formula tamen renovati fœderis in conventu Hansico anno 1579. proposita, caput habet περὶ συμμαχίας contra vim iniustam : ceu liquet ex iis, quæ narrat Chytræus l. 24. Chronici. *Disertè idem continet formula fœderis anno 1604. conscripta, quam post alios edidit Angelius sed barbarè de Germanico versam* part. 4. c. 12. *Quanquam verò ita convenerit, vix tamen ullum communibus societatis viribus bellum gestum in unius Vrbis defensionem: formula anni 1604. pactum illud disertè annis decem definivit.*

Ergo primam sanè originem fœderi Hansico dedit studium conservandi maritimi commercij cum peregrinis, Danis, Suecis, Russis, Anglis. Hæ enim Gentes cum eâ tempestate importatis Germanicis mercibus, ingeniosâ magnam partem manu confectis, indigerent, contrà verò abundarent plurimis rebus in Germania desideratis, & tamen sive præ mercatura simul & nauticæ rei imperitia, sive quod lucri minus cupidi periculum & labores navigantium detrectarent, conscensis navigiis ultrò citroque commercia maritima nulla vel rara instituerent, factum hinc est, ut ad solos Germanicos mercatores ac nautas omne hoc negotiandi genus devolveretur. Magnæ verò usui videntibus exteris & sibi hæc commercia cedere, non dubitarunt & vectigalium immunitatibus & aliis privilegiis ultrò Germanos invitare. Qui & ipsi certâ spe amplissimi lucri, non segniter hoc egerunt. Sed piratis infesto Oceano marique Balthico, & exteris illis concessa semel privilegia facilè mutantibus, ad tutum iter præstandum, simulque ut semel donata integra servarentur, fœdus necessarium fuit.

Ac primum quidem Vandalicæ Vrbes, quæ appellantur, coiisse videntur. Manet hodieque illis ac præcipuè Lubecæ primarius in consessu locus, ut fœderis auctoribus. Inde plures per Pomeraniam, Prussiam, Livoniam, Episcopatum Bremensem, Ducatum Brunsuicensem, VVestphaliam, Frisiam, & vicinas regiones accesserunt: assumptis in societatem multis etiam mediterranea colentibus, ut numerus ultra octoginta aliquando excreverit. Extendit numerum Angelius ad 108. parte 4. cap. 16. *sed indicem nominum inspicienti facilè apparet multas ab illo recensitas ne nomen quidem fœderi dedisse, alias ante aliquot centum annos illi renunciâsse. At omnes in universum in quatuor diœceses aut ordines divisæ, totidem metropolitanis oppidis constitutis, Lubeca, Colonia, Brunsuico & Dantisco. Omnium principem tamen locum & auctoritatem Lubeca sortita est, in originis memoriam: proxima dignitas Agrippinensibus cessit, utpote quibus & iam antè hoc fœdus Hansicum, suum aliquod fœdus cum viciniis Vrbibus fuerit, adeoque unà cum sociis in Hansicam societatem transierit. Etsi porrò in omnibus penè exteris regionibus sua societati sint privilegia & immunitates, quatuor tamen potissimum emporia peregrina constituta, Londinense in Anglis, Novogradum aut Nerva in Russia, Bergense in Norvvegia, & Brugense in Flandris; quod pòst Antvverpiam in Brabantinos est translatum.*

Verùm hæc & alia huius fœderis narrare non est instituti nostri. Adeò multas autem Vrbes in societatem accipere primi fœderis auctores sunt coacti, quòd soli non sufficerent defendendis immunitatibus suis adversus vim & iniuriam. Lucri verò expectatio in adeò multis societatis desiderium excitavit: quòd soli scilicet socij ad commerciorum hæc beneficia admitterentur. Quâ de causa, consensu etiam Principum dominorumque contractum fœdus, aliis Principibus meritò suspectum: quòd & hi Vrbes suas omni commerciorum genere florentissimas esse cuperent. Id verò non minimam Germanici Imperij labem arguit, quod ingens adeò societas coierit nullâ auctoritate publicâ. Eò enim effectum, ut cum exteris regnis & provinciis pacta, contractus, conventus sint initi, non publico Imperij nomine, sed privato subditarum aliquot Vrbium. Quod in bene constituta Republica minimè profectò est tolerandum. Fuit autem & ipsis sociis Vrbibus privatim id noxium: utpote quæ publicâ Imperij autoritate destitutæ, solæ excipere vim omnem exterorum populorum coactæ sint. Verùm quo tempore cœpit societas, & aliquot pòst seculis perturbatissima Imperij ratio, attritâ Cæsarum dignitate; parum in Republ. præsidij fuit positum. Vt ergo plurimi alij errores tum commissi, ita & hic recepto tum more contigit. Aliàs haud forte difficile fuisset, & toti Imperio & Vrbibus sociis consulere ab initio ad illum modum, quem in societatibus mercatorum Indicâ, Americanâ, Septentrionali, aliisque instituendis Belgici fœderati Ordines magnâ cum prudentiæ laude observârunt.

Quamvis verò hæc celeberrima ac nobilis societas ipsis primùm centum annis in regibus principibusque, quorum beneficiis nata erat, formidabilem potentiam excreverit, bella quoque pro concessis semel immunitatibus suis cum Danis, Suecis, Anglis, aliisque populis magnâ felicitate gesserit, post annum tamen millesimum quingentesimum sensim cœpit deficere, ita ut anno præter propter sexagesimo pòst, animam propè agere visa fuerit. Actum deinceps anno 71. de instauranda societate Hansica & renovando civitatum fœdere, formula quoque fœderis nova, in conventu proposita anno 79. à paucis tamen in eam consensum. Aliæ leges fœderis anno 1604. conscriptæ, nec minus strenuè à nonnullis elaboratum de societate reparanda, sed pòst tot etiam labores, magis magisque ad paucas Vrbes ingens illa olim societas, magno sane Vrbium damno, contracta est.

In causas verò eius detrimenti inquirentibus non una videntur illæ occurrere. Præcipua fortè est sociarum Vrbium inæqualitas: quæ ut omnium ferè seditionum mater est & causa, ita quoque omnes in universum societates dissolvere solet. Cùm nempe parvæ Vrbes exiguum ex hoc fœdere fructum percipere se existimarent; pleraque ad se maioribus trahentibus, primùm ab his negligi societas, mox & relinqui cœpit. Ad hoc, ipsæ illæ exteræ Gentes nauticis commerciis operam dare Hansicorum exemplo didicerunt, quibus tamen alibi non eæ immunitates concessæ. Hinc orta invidia, & societati sua libertas passim erepta. Quæ alibi frustra iterum quæsita, alibi reparata quidem, non nisi sumptuosissimis tamen bellis susceptis. Vnde maximum ærarij damnum enatum, reliquantibus plerisque, quod etiam potentiam societatemq; ipsam sensim labefactavit. Denique haud parum detrimenti attulit quoque Hansicis Flandrorum & Hollandorum mercatura & rei nauticæ studium: quo illæ

gentes

gentes ab anno usque millesimo ducentesimo, cumprimis autem post quingentesimum floruerunt. Primùm enim interceptus monopolii fructus, mox præcipua nautici commercii vis ab Hansicis in Hollandos tandem transiit.

Sed de fœderibus Vrbium satis. Sine dubio autem magno & fœderatis Vrbibus ipsis, & toti Germaniæ commodo fuerunt. Nam illis quidem συμμαχίαις & tranquillitatem publicam & libertatem popularem aliquot per secula debemus. Vt enim nonnunquam excesserint modum, si verum tamen fateri velimus, absque hoc remedio extrema servitus omnes dudum oppressisset, qualis sanè fuit aliquot centum annis Germaniæ ἀναρχία. Indicavit idem Caspar Peucerus magnæ doctrinæ & prudentiæ vir, atque de fœdere Moguntino l. 6. Chron. verba faciens ita loquitur: Profuit hoc exemplum posteritati. Similibus enim consiliis deinceps & malis publicis obviam itum, & multorum audaciam ac molitiones repressas esse constat. Nec aliter servari res communes possunt, publicis periculis ingravescentibus. Sic Hansicæ societatis magnam partem beneficio certum est ad eam opulentiam, eamque omnium rerum abundantiam cum Vrbes tum & reliquam Germaniam pervenisse. Illa certè Septentrionis & Britanniæ Galliæve opes cum Germanis, & nostras cum illis vicissim communicavit. Unde copia rerum & lucri ingens magnitudo. Nec fœdere illo salvo in Germaniam moliri quidquam ausi sunt maritimi exteri populi. Vt securitatem etiam Germaniæ Hansico fœdere aliquot seculis stetisse fatendum sit.

Cæterùm quibus præcipuè de causis septingentorum annorum spatio, & in hunc numerum & in illam fortunam Germaniæ Vrbes excreverint penè iam dictum est. Vnum tamen addendum, de metallorum & salsorum fontium copia, quorum itidem pleraque hoc annorum intervallo aut inveniri aut excoli cœpta. Abundare autem Germaniam hodie præ aliis Europæ regionibus omnis generis ditissimis metallis, ut & salsis fontibus, notum et vulgus est. Illa verò & originem Vrbibus plurimis dederunt, & immensam pecuniæ vim subministrârunt. Hinc verò splendore & luxu mirum quantum crescente, opificum quoque variorum industria ad summam acuminis laudem penetravit.

Consequens est ut de Vrbium Republica disseramus. De illa verè in universum ferè licet pronunciare, post Carolinorum tempora iuris dicendi usum cum mero mixtoque Imperio, magistratuum item constitutionem, nec non fisci iura à Cæsaribus partim prodigè largientibus, partim venditione, partim aliis nescio quibus modis, in aliorum potestatem devenisse. Harum mutationum initium multi ab Ottonibus repetunt: quod ex parte verum esse, ex parte non, ex iis quæ addemus patebit.

Igitur Ottonibus auctoribus, in illis sanè Vrbibus quæ in possessionem cesserunt Episcopis & Archiepiscopis, penè per omnem Germaniam admodum mutavit Respublica. Quum enim illam hactenus per Comites, Missos, Duces, administrari Reges curâssent, Ottones eandem Episcopis suis concesserunt: falsâ ducti persuasione id cùm ad præsentis vitæ felicitatem, tum ad æternæ beatitudinis præmia capessenda maximè profuturum. Quasi verò non multò rectius aliis sacrorum animarumque, aliis civilium cura permitteretur: quos magistratus omnino distinguendos invicem esse iam olim ostendit & Arist. 6. polit. c. vlt. Planè sine exemplo autem fuit hæc Episcoporum civilis Urbium cura. Cùm enim ex veteri ævo recepto more non aliam coercitionis potestatem haberent, quàm pœnitentiæ & excommunicationis: paulatim adiecta tantùm iurisdictio est in clericos eorum, quoad personas & bona: ita ut monachum vel clericum coram suo Episcopo accusare licuerit. Negatum tamen etiam Episcopis iudicio præsidere, aut bona administrare aliter quàm per constitutos Advocatos. Neque verò ferendus est Albertus Crancius, qui iam à Carolo omnem Reipublicæ curam in Saxonia Episcopis vult commissam. Repugnat enim cùm omnibus aliis monumentis, tum sufficit illi refutando unum illud diploma Caroli Magni, quo Episcopatum Bremensem instituit, quod & ipse in Metropoli ac Saxonia recitat, dudum autem historiæ suæ inseruerat Adamus Bremensis c. 9. & post hunc Albertus Stadensis. Ne nunc laudem formam Episcopatibus demandandis usurpari vulgò tum solitam, quæ habetur apud Marculphum 1. & 3.

Primus autem Bruno à fratre Ottone Magno Ducatum Lotharingiæ accepit, atque ita simul usus gladii temporalis. Itaque rem insolitam narrans VVitikindus l. 1. excusandam eam sibi sumpsit, exemplo Samuelis. Verba ipsius sunt: Brunonem Pontificis summi ac Ducis magni vidimus officium gerentem; ac ne quis eum culpabilem super hoc dixerit, quum Samuëlem sanctum & alios plures, sacerdotes pariter legamus & iudices. Auctor chronici Belgici magni, eandem rem notatu dignam duxit: Ante hæc sua (Brunonis) tempora Archiepiscopi Colonienses, non iudicijs gladij temporalis, sed tantummodò iurisdictione usi baculi pastoralis. Sicut autem Brunoni fratri Lotharingiam, ita VVilhelmo filio Moguntino Archiepiscopo Thuringiam & Hassiam, alius alia pleno dominij iure possidenda dedit. Quod latè ostendere huius loci non est.

De Episcoporum autem nova in Urbes potestate seorsim nonnihil dicendum. Erant bona Episcoporum ut & monasteriorum iam diu antè, secularibus quæ appellantur iudiciis exempta, singulari liberalitate Regum ita curante, adeoque omnibus Episcopalium & monasticorum bonorum causis diiudicandis, passim Advocati ac defensores, ita dicti à Regibus ipsis præficiebantur. Quod hic probare non attinet. At omnia illa bona intra villarum, agrorum, sylvarum, servorum aliquot, ac similium aliarum paucarum rerum vilitatem consistebant. Ab Ottonibus verò Vrbes, arces, comitatus, imò integræ provinciæ Episcopis & Monasteriis donari cœperunt. Bene enim Theodericus de Niem: Otto primus omnibus penè cathedralibus Ecclesiis in Italiâ, Galliâ, Germaniâ, Burgundiâ & Lotharingiâ constitutis, multas civitates, castra, oppida, villas, & multa alia dominia temporalia & iurisdictiones donavit, atque omnibus illis Ecclesiis propria insignia perpetuò deputavit. Archiepiscopos quoque & Episcopos Ducatibus & Comitatibus & Baroniis communivit, quibus nobiles & potentes vasallos subiecit, ut semper essent ad resistendum, & manu forti paganis & hæreticis in opportuno tempore fortunæ. Hactenus Niemus, qui prudenter notavit penè omnibus Episcopis multa adeò largiter ab Ot-

tione donata. Historiam enim eius ævi accuratè scrutantibus liquet, ab Ottone nonnullis nihil præter decimas datum, & ut plerique Episcopi castra, Urbes, & comitatus sint à successoribus Ottonis nacti, aliquos tamen hodieque omnibus illis destitui. Ista verò novâ largitione Regum multas passim Vrbes in potestatem Episcoporum devenisse certum est

Cæterùm cùm in Urbibus illis Cæsares, ut alibi hactenus, obtinuissent non tantum potestatem iuris dicendi per Comites & Legatos, verùm etiam fisco regio sua & quidem varia fuissent iura, notatu cumprimis dignum est, in donandis Urbibus non eandem semper rationem observatam: sed alibi & iurisdictionem & omnia iura fisci, alibi partem etiam horum Episcopis cessisse. Manifestum id faciunt tabulæ donationum regiarum eius ævi, quas omnes hîc adducere alienum est: quædam earum verba paulò post in partem citabimus. Hinc verò liquet, perperam nonnullos si hoc aut illud videant donatum, omnia alia etiam dono illo comprehensa autumare. Quomodo & illi falluntur, qui Episcopis omnibus aut plerisque Vrbes cathedrales eo statim tempore cessisse credunt, quo Vrbes ab iis possidere cœperunt. Facilè enim ostensu est, à multis longô post demum imperiale quid impetratum, à nonnullis nunquam, qui aliàs Vrbes haud paucas in possessionem acceperunt. Ut proinde in his omnibus ipsæ tabulæ donationum sint consulendæ.

Ita Chronicon Coloniense vetus p. 129. *scribit Urbis Agrippinensis merum & mixtum imperium ante Brunonem penes Imperatorem fuisse* p. 131. *Huius Brunonis beneficio liberatam Urbem à tributo regio in perpetuum* p. 132. *inquit:* Quo tempore Saxones sceptrum gerebant Cæsareum, Colonia Episcopali iurisdictioni subdita fuit. *At quid ulteriùs cesserit tum Episcopis, haud liquet. Quid Episcopo Spirensi ab Ottone Magno in Vrbem Spiram concessum sit, omnium optimè patet ex diplomate Ottonis III. quo ille avitum donum confirmavit. Recitat illud integrum Lehmannus* l. 4. Chronici c. 3 *Quædam eius verba huius argumenti ita sese habent:* Episcopis donavit ac concessit, ut nullus Dux sive Comes, vel nullus publicus iudex ex iudiciariâ potestatẽ, aut aliqua cuiuslibet potestatis ignota persona, nisi solus Episcopus & Advocatus ipsius suprà dictæ Spirensis Ecclesiæ, ex iussione & concessione nostra deinceps potestatem habeat, pro quocunque negotio, vel pro aliqua re parva aut magna, placitum tetinere, seu publicum iudicium facere, intra civitatem Spira seu Nemeta vocatam, aut in circuitu extra civitatem, id est, in villa Spira, & in Marcha, quæ eidem Vrbi adiacens est, aut aliquid per regale bannum in usum nostri, successorumque nostrorum exigere: neque aliquid de prædiis, vel de moneta, seu de telonio, vel ex ulla re in fiscum regium transferre, &c. *Ex quibus claret, iudicio Urbis imposterum Episcopum & eius Advocatum, proventus quoque ex prædiis, ex monetaria re, ex telonio, aliisque fisco regio hactenus solitos solvi, posthac remissos. Num verò in totum remissi, an donati Episcopo, non liquet. Cæterùm Comitibus erepta cùm sit iurisdictio Urbis, facilè perspectu est falli Lehmannum, quando* l. 4. c. 2. *Conradum II. Imperatorem Spirensem dictum ab Urbis præfectura, ætate item Henrici V. & Friderici suos Vrbs Comites fuisse docet. Spirẽses enim Comites dicti & illi, qui pago aut Gevæ Spirensi præfuerunt.*

Simile verò quid ab Ottone Magno & Episcopo Mindensi datum. Literas Cæsareas servavit nobis auctor Chronici Mindensis. Quæ huc faciunt ita sonant: Præcipientes ergò iubemus, ut nullus iudex publicus (id est Princeps) vel quilibet ex iudiciaria potestate (Comes vel Scabini) in Ecclesias aut loca vel agros seu reliquas possessiones dictæ Ecclesiæ, quas nunc infra ditionem regni nostri legibus possider, vel quæ deinceps in iura eius divina potestas voluerit augere, ad causas audiendas vel freda exigenda, mansiones vel paradas faciendas, aut fideiussores tollendos, aut homines ipsius Ecclesiæ Francos, liberos & ecclesiasticos litones, mâlman, vel servos cuiuslibet conditionis, seu colonos contra rationem distringendos, nec ullas redibitiones, aut illicitas occationes requirendas ullo unquam tempore ingredi audeat, aut bannum sive herbannum, seu ea quæ suprà memorata sunt, ab illis penitus exigere præsumat, &c. *Item:* Insuper bannum nostrum & monetam teloniumque sive macellum publicum ibi construi licere, & quicquid ad potestatem nostram pertinere videbatur, eidem Ecclesiæ donavimus. *Quo patet maiori tum dono affectum Mindensem Episcopum, quàm Spirensem.*

Trahenda verò huc videntur & illa de Adaldago Episcopo Bremẽsi, coævo Ottonis Magni, apud Adamum c. 51. Iste est qui nobis rempublicam restituit. *Item:* Adaldagus primus ut ingressus est Episcopatum, Bremam longo primis tempore potestatibus ac iudiciariâ manu oppressam, præcepto Regis absolvi, & instar reliquarum Vrbium immunitate, simulque libertate fecit donari. Præcepta Regis hæc continentia præstò sunt, & alia. *Libertas scil. habita tum fuit, exemptum esse seculari, quod appellant, iudicio, & Episcopi administrationi subesse. Multa scil. indigna à* Comitibus *& Missis regiis passum antè populum, ut fieri assolet, & ex ipsis Capitulis Carolinis non potest esse obscurum. In initium itaque imperium relatus indubiè tum populus, ubi Episcopis cœpit subiici, in libertatem se asseri existimavit. Et verò eiusmodi prorsus fuisse* libertatem *ab Adaldago partam, probant clarè eiusdem Adami verba c. 122. de Adelberto:* Et quoniam, *inquit;* magnus Pontifex vidit Ecclesiam, Episcopatumque suum, quem prædecessoris sui Adalgagi prudentia liberaverat, iniquâ Ducem potentiâ iterum vexari, summo nisu teddere cõpatus est eandem Ecclesiam pristinæ libertati, ita ut nec Dux nec Comes, nec aliqua iudicialis persona quampiam iurisdictionem aut potestatem in suo haberet Episcopatu. *Tum verò ex eodem Adamo constat Adelberti ætate omnino h. e. ad annum 172. Bremam Vrbem Episcopo paruisse. Nam & Bezolinum Episcopum muro civitatem cinxisse c. 103. & Adelberti iussu eandem mœnia diruta c. 121 ab eiusdem vere ministris impotenti dominatu oppidanos pressos c. 183. fusâ narratione persequitur.*

Lucem hæc accipiunt ex versiculis nonnullis Ditbmari, barbaris illis quidem, in testimonium tamen adduci hic aptissimis, quod Wormatiæ Urbis eidem fatum exponant, & auctor planè hac ætate Henrici II. vixerit, illustris genere & dignitate Episcopali conspicuus. Consonsa sc. Ottonis Ducis Wormatiensis oppidum erat concessum Episcopo;

Vrbs

Vrbs Vormacensis gaudet temporibus istis
Libertate suâ, cuius manebat in vmbra
Hactenus, atque Ducum fuerat sub lege suorum.
Burckard Antistes lætatur & inter heriles
Ex animo proceres, quòd nō timet ampliùs hostes
Nunc ex contiguo, longè semotus ab illo.
Aula Ducis, domini domus est, iam prædia Christi
Et iudices varios cleris nunc deprimit illos.
Hoc Rex Henricus fecit, pietate coruscus,
Hæc propriis solvens rebus, Christoq; remittens.
Annuit ista pius Otto Dux, atque benignus
Munere regali concessit abundè teneri:
Ex hoc lætantes sint semper quique fideles.

Idem Dithmarus. de Ottonis II. in Episcopatum Mersburgensem liberalitate l.3. *ita loquitur*: Pauperem adhuc Episcopatum Mersburgensem largifluâ pietate respexit, & eius provisori Gisilero, quia hunc multùm dilexerat, Suencam civitatem cum appertinentibus cunctis, ad servitutem Sancti Iohannis Baptistæ tradidit, & quicquid Mersburgensis murus continet Vrbis, cum Iudæis & mercatoribus de moneta & foresto &c. permisit. *Què simul patet verum esse quod diximus, ab Ottone primo non omnibus Episcopatibus amplas adeò divitias concessas, multò minùs omnes Episcopos eius beneficio in Vrbes cathedrales suas iurisdictionem nactas.*

Scilicet Wormacia Henrici primùm benignitate cessit Episcopo. Ab eodem donatum Episcopo Argentinensi Strasburgum scribit Guillimannus l. de Episcopis Argentinens. cap. 2. *Non probat tamen tabulis, quas affert aliud Episcopo datum, quàm monasterium S. Stephani: in cuius ditione fuisse oppidum perperam disputat* c. 4. *Et verò nec ipse negat* palatij regij *nomine audiisse idem Carolinorum ætate, & paulò ante donationem illam Henrici Cæsaris* caput Ducatus Alsatiæ *sub Hermanno Duce appellatur à Dithmaro* l.5. *quibus temporibus paruisse Vrbem monasterio, nemini temerè probabitur. Quin fortè fuit Urbs in ditione Ducum usque ad familiæ illius interitum. Vrbes autem cathedrales multas in Episcoporum potestatem haud devenisse constat exemplis Basileæ, Ratisbonæ, Augustæ Vindelicorum, quarum rempublicam certum est, nunquam in ditionem Episcoporum devenisse. Nempe quæ Vrbes iam antè peculium quasi Ducum & Comitum potentiorum erant factæ, illarum paucissimæ ab Episcopis occupatæ, uti reliquæ nimiâ Regum liberalitate iis cesserint.*

Cæterùm Episcopi ut hactenus in administratione aliorum bonorum, ita & in Urbibus Advocatis sunt usi, adeòque ex eo usque tempore in Urbibus, quarum iurisdictio Episcopis concessa, iudiciis nomine Episcoporum Advocati aut Thumvögte *præfuerunt. Quibus & scabinos assessores ex populo eligendi fuit ius, ut pote quum in Comitum locum successissent, quibus hoc olim competierat. Et verò horum alibi maior, alibi minor fuit potentia, prout nempe plùs aut minùs regalium quæ appellantur in Episcoporum ditionem concessisset, quorum illi Advocati ministri erant. Hoc verò Advocati munus ab imprudentioribus nonnullis, certis familiis in feudi beneficium collatum, iisque interdum magnæ potentiæ & dignitatis, adeoque Ducibus, imò ipsis Cæsaribus. Quò effectum ut multarum Urbium iurisdictione Episcopi paulatim exciderint, penè æternâ lege alteri mancipatis iuribus suis, aut in ministerium ascitis iis, qui & invitis suis dominis poterant imperare. Id quod multis ostendere huius argumenti non est, sed eius, quod de bonorum sacrorum administratione alibi pluribus est exsequendum.*

Quæ verò Episcoporum eadem penè & monasteriorum antiquorum, quæ ferè omnia S. Benedicti vivendi regulam solent profiteri, conditio est. Namque & his à Cæsaribus villæ regiæ, Urbes & arces, alibi cum fisci iuribus, alibi sine iis donatæ. Consilio certè multò minùs probando, quàm illo priore. Quid enim alienius esse debet ab hominibus ἀσκητικὴν professis & vitam contemplativam, quàm negotiis huius seculi sanctum suum otium impendere? Fuit autem & his Advocatis opus, adeoque plerique cùm auctoritate & viribus Episcopis ipsis essent inferiores, præ potentia Advocatorum, aut longi temporis mora, suarum Urbium iurisdictione exciderunt.

Porrò ut Episcopis & monasteriis, ita & Comitibus ac Ducibus partim pleno dominij iure, partim in feudum, eâdem Regum aut prodigalitate aut negligentiâ, plurimæ Vrbes cum fisci regij proventibus cesserunt. Vnde in earum rempublicam eadem vis illis Dominis erat, quæ antè Cæsaribus; imò nonnullibi per vim maior dominandi vis successit. Et verò huic præcipuè Cæsarum largitioni debetur, quod pleræque Vrbes Ducibus, & Comitibus, ratione iurisdictionis & fiscalium onerum hodieque serviant.

Eò verò usque & largitionibus illis & negligentiâ Regum, maximè accedentibus immanibus illis turbis ab Henrici usque IV. ævo, & paulatim magis magisque imminutâ regiâ vi & auctoritate, tandem perventum, ut penè omnium Urbium Germanicarum summa iurisdictio cum omnibus fisci iuribus, privatorum Ducum, Comitum, Episcoporum, & Monasteriorum possessio hodie censeatur. Extorquente regibus illa omnia nunc superstitione, nunc necessitate, nunc & apertâ vi. Quâ de re pleniùs disserere alterius loci est. Id certum paucas oppidò Urbes hanc conditionem effugisse, puta fortè Aquisgranum, Francofurtum ad Mœnum, Goslariam, Northusam, Mulhusium, & si quæ sunt aliæ. Has enim solas in aliorum ditionem non pervenisse dixeris, in oppidanos ipsos translatâ postmodum à Cæsaribus summa illa vicaria iurisdictione, cum multis aliis immunitatibus.

Quamvis verò plerarumque Vrbium respublica primis illis Germanici Imperij temporibus ad eum modum ab illis potentioribus regni ordinibus sit occupata; in universum tamen omnium Vrbium conditionem speculantibus fortè pronunciare liceat, seculo duodecimo præter propter in maiorem multò libertatem cœpisse eas exsurgere, initiò tamen à paucis factæ. Procedente verò tempore multæ ab Episcoporum, Ducum, Comitum, Monasteriorum, aliorumque imperio ac potestate vel prorsus, vel ex parte liberatæ sunt. Inter has aliis tandem ius suffragij in regni comitiis tributum, adiecto onere conferendi indictos publicè nummos in ærarium regni, quas Imperiales *vulgò appellamus: aliæ hac quidem dignitate destituuntur, iis tamen immunitatibus gaudent, ut in multis nonnullas prioris illius ordinis vincant, in paucis tantùm Episcopis, Ducibus, Comitibus, Monasteriis, & quasi ad eorum*

ſolitam reverentiam, adſtrictæ: aliæ addictius quidem reguntur, etiamſi ſua tamen rempublicam habent proprio liberiorem.

Verum hæc omnia quando & quomodo cœperint, non ita opinio eſt. Namque ante hos centum annos & quod excurrit, videtur multis perſuaſum aut à Carolo Magno aut ab Ottone III. Cæſare Vrbes aliquas ſigillatim regni uſui adſcriptas, munere Cæſarum multis immunitatibus collatis, & tributo illo ſuffragandi iure. Poſteriorem narrat inter alios auctor Chronici Colonienſis antiqui, vir cæteroqui haud indoctus, & pro captu temporis eximio iudicio. Verum ut omnia, quæ attexit ille, interdum de inſtitutis ab eodem Ottone Electoribus, & regni Ordinum quadripartitâ ſerie, fabuloſa ſunt, ita certum eſt huius Ottonianæ conſtitutionis in omnibus retrò monumentis nec volam nec veſtigium reperiri. Nonnullæ porrò Vrbium, quas ille auctor ab Ottone nominatim in hoc ordine vult locatas, tum temporis ne conditæ quidem erant, ut Lubeca, Berna, Luneburgum: aliæ Complures iam tum potentioribus ordinibus parebant, aliæ nunquam ad dignitatem illam pervenerunt, quod de Antverpia, Gœttinga, Luneburgo & aliis quibuſdam extra controverſiam eſt. Caroli M. ævo omnes Vrbes in univerſum à regiis præfectis fuiſſe adminiſtratas ſuprà oſtenſum: nulla verò earum ſuas ita res geſſit, ut nunc fieri videmus, neque ab oneribus fiſci regii ad hunc noſtrum morem fuit immunis. Alii tempus quidem, quo cœpit hæc libertas vel incertum putant vel varium, omnem tamen illam Cæſarum dono unicè referunt acceptam. Hos enim Epiſcopis imprimis quòd illorum vis nimiùm creviſſet, ſeorſim Vrbium adminiſtrationem iterum eripuiſſe. Alii aliud cauſantur: pleroſque tamen errare, haud difficile eſt oſtenſu.

Et quidem tempus quod attinet, immunitates & privilegia aliis temporibus alias Vrbes ſeorſim impetraſſe certum eſt. Certum quoque ne ſingulas quidem Vrbes libertatem ſuam aliter, quàm ſucceſſu temporum conſequutas. Origo tamen harum omnium ferè poſt annum CIↃ. C. *à quo ſc. tempore & numerus Vrbium & oppidanorum cum frequentia, tum opulentia ferè cœpit: ceu ſuprà narratum. Minimè autem verum eſt omnem libertatem à Cæſaribus eſſe, ſed magna pars etiam ab Epiſcopis, Principibus, Comitibus, Nobilibus profluxit.* Nec liberâ *donatione omnia impetrata, ſed alia etiam emptione, alia permutatione; alia vi erepta primùm, ſubſequuto quodam poſt æquiore titulo poſſideri cœperunt. Sed nec omnium Vrbium etiam illarum, quas liberas nunc dicimus & Imperiales, eadem libertas, ſed varia admodum, multis hodieque ab Ordinum regni imperio haud abſolutis.*

Hæc omnia pro dignitate exſequi prolixius eſt, quàm ut à nobis nunc quidem præſtari poſſit. Quaſi in exemplum itaque pauca tantùm adducemus. VVormatiam *ſuprà diximus Henrici II. munere Epiſcopo ceſſiſſe: at eadem Vrbs vectigalium ſolvendorum in compluribus locis Germaniæ onere liberata eſt ab Henrico IV. oneribus bidelli, manu mortua, aliiſque ſervitiis ab Henrico V. Ex qua alia adiecit Fridericus Barbaroſſa, petente id Epiſcopo, quæ omnia legere eſt in tabulis Friderici apud Lehmannum* l. 4. c. 22. *Nec veroſimile eſt aliis privilegiis Vrbem tum ornatam.* Spira Nemetum *Epiſcopo ſubdita per Ottones, ab Henrico V. liberata eſt onere Bidelli in bonis defunctorum oppidanorum, ut & ab aliis oneribus fiſcalibus, con liquet ex tabulis quas recitat Lehmannus* l. 4. c. 22. *Confirmavit eadem nonnullis adiectis Fridericus I. quas tabulas recitat Lehman.* l. 5. c. 64. *Idem Henricus V. conceſſit Spirenſibus facultatem eligendi duodecim viros ex ſuo ordine reipublicæ adminiſtrandæ: alia quædam indulſit auctoritate Henrici VI. Philippus Suevus. Tabulæ extant apud eundem Lehmannum* c. 69. *A ſequutis Imperatoribus alia donata ſunt, quæ hic recitare non attinet. Etſi verò hac ratione Cæſaribus faventibus Epiſcopi poteſtas multum deceſſerit, veluti tamen manſit Epiſcopo facultas conſtituendi iudicium, & de cætero obſequium ac fidelitatem Epiſcopo ut domino ſuo hodie iurant oppidani. Quam rem latè narrat Lehmannus* l. 4. c. 23. & 24. *Nihilominus Spiram inter Imperiales primi eſſe ordinis conſtat.*

Ratisbonam *regiam Vrbem appellat ætate Ottonis IV. Videkindus: eadem poſt ceſſit Ducibus, unde Norici Ducatus metropolis audiit ætate Friderici I. apud Ottonem Friſingenſ.* l. 2. de geſt. Frid cap. 28. *at illa Vrbs ſubducta eſt Ducatui, quo temporè Henricus Leo exutus eſt omni poteſtate. Idem contigit* Lubecæ, *quam amplis privilegiis ornarat recenter tum exſtructam, teſte Helmoldo, idem Leo. De quo legendus Aventinus, & alii.* A Conrado ultimo Duce Sueviæ cives Auguſtani ſe ſuaque in libertatem non parvo aſſeruerunt argento: *verba ſunt Cruſii* annal. p. 3. l. 2. c. 17. Nunc verò utraque ſubjectione liberati, in poſterum ipſimet ſibi ex ſuis municipibus ingenuis proprium ſenatum eligere & civitatis Curatores, Duumviroſve [Magiſtros tunc civium dictos, Burgermeiſter, Conſules] & Præfectos urbis adhuc Stadtpfleger appellari ſolitos, liberè creare cœperunt, ex quorum conſilio & induſtria totius Reipubl. ſuæ gubernatio penderet, capitalia tamen iudicia, maleficiorumque actiones, ut olim, ita & poſt hæc penes Imperatoris vicarios manſerunt. *Et verò hactenus quidem capitalium rerum præfecturam illam potuerunt ſibi impetrare: ſed nunc penes Comites, nunc penes Duces, nunc penes alios fuit, quà invitis quà volentibus Auguſtanis.* Vlmam *regiam olim villam Carolus M. donavit monaſterio Augiæ, quod divitis audit cognomento: at à* Ludovico Bavaro (*verba iterum ſunt Cruſii*) impetraverunt Vlmenſes, ut ſolverentur iugo Divit-augienſis monaſterii. Itaque deinde ipſi ſenatum, conſules & tribunos plebis, poteſtate à Cæſare acceptâ, fecerunt Ann. circ. 1346. ita ſe tunc ferè omnino in libertatem à Richenoenſi Abbate vindicarunt. Adhuc tamen Monachis eos infeſtantibus Carolus IV. poſtea iis privilegia Ludovici confirmavit. Nondum vexare deſinentibus clauſtralibus, in concilio Conſtantienſi & Baſilienſi tandem Fridericus III. Vlmam omninò liberavit. Tiguri *fuere à regibus Francorum duo collegia ſacra, virorum unum, alterum mulierum, inſtituta.* Penes hæc olim (*ſcribit Simlerus*) maxima ex parte imperium Vrbis fuit. Cæterùm in arce, quæ ad Lemagnum edito loco ſita olim fuit, Francicorum regum præfecti habitabant, qui collegiorum & Vrbis advocati erant. Pòſt ſub Germanis Imperatoribus itidem præfecti dati ſunt Vrbi & collegiis, non tamen qui in arce habitarent, nam hoc munus plærumque Principes viri habebant. Cæterùm temporibus

poribus illis Vrbs nihilominus suum consilium habebat virorum 36. è quibus duodecim quadrimestri tempore imperabant. *Fuit autem penes illa collegia ius cooptandi idoneos ex oppidanis in illud consilium, donec Fridericus II. concessit Vrbi liberam electionem huius consilij, & ipsa criminalium rerum prætura Vrbi cessit, circa annum 1336. si credimus Stumpfij annalibus.*

Constat porrò à Ducibus Zäringensibus Bernam, Friburgum & multa alia præclara oppida possessa: similiter in peculio Ducum Sueviæ innumeras arces & ingentem tunc tractum & complures Vrbes censitas. Vtraque autem familia seculo decimo tertio expiravit, nec successorem nacta est, adeoque, vt omnia alia, ita & Vrbes omnes proximè Cæsarum imperio cœperunt subijci, qui criminalium rerum præturam sibi servantes, aliorum munerum constitutionem libero oppidanorum arbitrio reliquerunt, confirmatis privilegiis & immunitatibus, quas à Ducibus suis iam erant consequuti.

Verùm hæc & alia narrare singularis erit operæ. Vel ex his paucis tamen patet, non vno modo, aut vno tempore, natam libertatem & immunitates Vrbium. Causa verò cur Episcoporum præcipuè, vt & Ducum nonnullorum vis, in multis Vrbibus per Cæsares post annum CIↃ.C. *fuerit accisa, non alia est, quàm quòd Saxonicorum Cæsarum nimia libertate, Franconici & Suevici Reges senserint altiùs crevisse nonnullos Ordinum, quàm expediret regno, nec sanè aliam viam invenirent firmandæ regia dignitati, quàm Vrbes potentiores eorum imperio subducendo. Id quod effectu eo facilius tum fuit, quò iam plurimùm auctis oppidanorum divitiis, illi in libertatem prono admodum erant animo, ceu fieri assolet. Et verò ab eo vsque tempore pia rerum omnium abundantia, præsertim quum numero incolarum florerent, ad altiora multa non Vrbes adspirarunt, pristinâ servitute minimè contentæ. Quam rem cumprimis iuvit Ducatuum & Comitatuum in minutas particulas pro multitudine eorum, qui illustribus familiis erant, divisione: quæ mos à seculo vsque decimo tertio circiter invalescens, potentiam Ducum & Comitum plurimùm delibavit: ingravescente magis magisve malo, quòd in turbis illis reipublicæ, plerique bellum ex bello sererent. Vnde domi egestas. At interea crescente opulentia oppidanorum, Vrbibusque firmiore muro cinctis, contempta paulatim dominorum impotentia, & imperium eorum detrectatam, inde à pecuniæ egentibus sæpe ære immunitatis & libertatis varia iura redempta, alibi & vi expressa sunt.*

Sed de his aliàs latiùs. *Quò verè constet clariùs, quantùm mutata sit reipubl. cœ Vrbica ratio quingentis hisce retrò proximis annis, ab illo statu qui Carolinorum temporibus fuit in vsu, age rem breviter oculo subijciamus. Primùm nulla tum Vrbes in vllius Ducis aut Comitis aut Episcopi patrimonio fuerunt: hodie earum pleraque ab iis possidentur. Secundò ius constituendi Senatum & Consules, aut iudices vel scabinos, penes reges fuit eiusque præfectos,* Comites *inquam &* Missos: *nunc in plurimis Vrbibus penes ipsos cives hæc facultas, alibi Ducibus, aut Comitibus aut Episcopis id competit, alibi partim his partim illis, Imperatori autem fortè nullibi. Tertiò deliberationes & consultationes oppidanorum de rebus exiguis & vilibus tum institutæ, rebus scilicet Vrbium admodum accisis: nunc de bello & pace, de fœderibus, aliisque negotiis momenti maximi. Quartò criminalium rerum iudiciam oppidanis nullis tum competiit: hodie idipsum plurimi nacti sunt. Quintò denique in comitiis regni ad suffragia ferenda nulli tum admissi oppidani, sed oppidanorum Comites, hodie verò etiam hoc ius haud paucis cessit.*

Quantùm itaque mutata sit Vrbium conditio, in propatulo est. Igitur ratione reipublicæ quidem primaria hodie differentia Vrbium est, quod aliæ ius habeant suffragij comitiis regni cum onere contribuendi in publicum regni ærarium: aliæ hoc ipso careant. Prioris generis nonnullæ olim dictæ sunt liberæ, *nonnullæ regni vel* Imperiales: *illæ quæ aut nunquam, aut non diu aliis, quàm solis Cæsaribus paruissent, præ his quæ serius aliquantò in libertatem assertæ, dignitatis aliquam prærogativam sibi vindicarent. Inter autem illas nonnullæ & magistratuum & iudiciorum omnium plenam habent potestatem, nonnullæ in quibusdam quæ ad magistratuum constitutionem & iudicia pertinent, hodie vel à Cæsare ipso, vel ab Episcopis, Ducibus, Comitibus, Abbatibus dependent. Posterioris ordinis iisdem quædam liberrimam habent facultatem magistratuum & iudiciorum cùm civilium tum criminalium, quædam neque magistratus constituere, neque iudicia possunt instituere, nisi auctoritate Principum: quædam denique medio sunt loco, diversa tamen & ipsæ ratione.*

Magistratum porrò quod attinet, facilè probatu est Carolinâ ætate Consules & Senatores, vt & Scabinos, delectos, non quidem à populo, ex populo tamen, & quidem munia hæc commissa solis primariis civibus, insigni genere natis, opificum, institorum & operariorum plebe exclusâ. Neque legas ad consultationes vocatam plebem. Servatum hoc etiam post, vbi iam ipsa eligendi potestas Vrbibus erat concessa. Hinc antiquitus in Germania oppidis Oligarchia invaluerunt, & quidem omnis generis, vt illas optimè enumerat Aristoteles unicus civilis prudentiæ magister 4. Polit. cap. 5. Post annum tamen circiter CIↃ.CCC. *penè vbivis exortâ seditione inter plebem & patricios, mutavit respublica, & popularis status passim introductus est, ita vt hodie vix vna amplius & altera Oligarchia supersit.*

Quod procul dubio contigit haud aliâ de causâ, quàm quòd eo tempore plebs & numero & opibus tam crevisset, suasque tribus passim & collegia haberet, patricij verò haud satis observarent artes conservandæ Oligarchiæ. Ex eo verò pro Oligarchiis variæ passim vel Democratiæ, vel Aristocratiæ, vel mixti Status nata. Quorum omnium constitutiones, morbos, pericula, salutem, remedia, exponere fortassis opera quidem esset pretium maximum, nos tamen hodie ne attingemus quidem, tam nobile argumentum in aliud tempus reiicientes.]

CAPVT LXVII.

DE

Academiis in genere.

I. SI quæ Magistratus boni publici cura est, si quæ parentum vigilantia, vterque in id incumbere debet, ut tenera puerorum ætas, non *Scholæ Gymnasia & Academiæ erigendæ.*

otio, &, quos hoc comites habet individuos, vitiis consceretur, sed virtutem imbibat, pietatem hauriat, & pro subiecti captu, scientiarum nectare inebrietur. Ad hoc Scholæ prosunt, faciunt Gymnasia, conducunt Academiæ. De Scholis illis inferioribus, quas etiam triviales appellare consuevimus, nunc mihi differere animus non est, uti nec de Gymnasiis: Quod nomen literariis illis conventibus malè convenire scripsit Philosophorum Phœnix Scaliger, cum gymnasia fuerint, in quibus gymnici ludi ab athletis nudis, pulvere & arenâ conspersis exercebantur. Nusquam verò minus, quàm in tam sanctis sodalitatibus nudos agere conveniat. (Salmuth *in notis ad Pancirol. rer. deperd. p.* 162). Sunt verò Scholæ superiores Academiæ, vniversitatis, & Hoher Schulen/ appellationibus potissimum claræ.

Etymologia Academia.

II. Vocabuli originem nonnulli ab Academo: (Laërtius *lib. 3. de vit. Philosoph. p. m.* 190). Heroë quodam deducunt, qui in loco suburbano, nemoroso, prope Athenas Scholam instituerat & ex privata possessione publicam fecerat, studiorum causâ.

Vox Academia quid significet

III. In eo alii conveniunt, Athenis primùm hoc nomen inclaruisse, verùm dubio & ambiguo significatu. Nobis quandoque significat, I. *Ἀκαδημεῖον* Platonicum, Athenis distans passus mille. Vnde ipse, eiusque sectatores Academici dicti. II. Sumitur pro quavis literarum Schola insigniore & ampliore, & præcipuè ea, quæ dicitur Vniversitas.

Academia quare dicatur Vniversitas?

IV. Quo autem sensu reliqua Collegia, Corpora, Respublicæ, Communiones, &c. Vniversitates dicuntur, eodem etiam nostra hæc collegia literaria Vniversitates audiunt.

Quid sit Academia?

V. Est autem Academia à summo Principe privilegiatum docentium & discentium collegium, ad hoc ut certo in loco artes liberales publicè tradere, & addiscere, atque eruditis honorum aliquot titulos & gradus conferre liceat, utrumque publicam in utilitatem, atque superni numinis honorem. [add: *Dn. Autor in lib. 8. per tot. multa tradit de Academiis, quæ ad jus publicum in genere spectant, adeoque nos inde excerpsimus, quæ magis ad jus publicum speciale Imperii nostri pertinent.*].

Origo Academiarum.

VI. Olim doctorum hominum studia colentium docentiumque celebritas fecit Academiam: & deinceps quocunque loco celebriores Episcopatus fuerunt excitati, ibidem aut Scholæ, aut Academiæ nobiles institutæ: Vnde in Concilio generali habito Romæ in Ecclesia S. Iohannis Lateranensis, tempore Alexandri III. fuit iniunctum Episcopis, ut in singulis Ecclesiis, suis sumptibus Professorem alerent, qui juventutem, tam in Theologia, quàm Philosophia, & aliis bonis erudiret artibus. [add: *Imprimis hic consulenda egregia Nobilissimi Dn Hermanni Conringii dissertatio de Antiquitatibus Academicis, quæ Dn. Autorem nostrum mirum quantum illustrat.*] Verum cum temporis fluxu in collegiis Canonicorum studia negligerentur, quod essent occupati Rerum & aularum negotiis, munus hocce docendi in monasteria translatum: (Henric. Petreus *de Monast. c.* 14). Sed nec ibi certam, & fixam reperit sedem. Etenim maxima deinceps Monachorum pars aut onerata cæremoniis, non potuit docendi laborem molestum & difficilem simul sustinere: aut ignaviæ & otio dedita, à norma & regula antiqua degeneravit, nihilque minus curavit, quàm literas. Quod de Theodorico, Abbate Hildesheimensi apud Petreum (*dict. tract. pag.* 39.) extat, silentio hic nequeo involvere. Comparuerat ille in Concilio Basileensi, atque præ aliis Prælatis, missam pro inchoatione ut caneret, electus, magnificè hoc functus fuit officio: Sed posteaquam Cardinalium aliquis inde coniecturam capiens, esse hunc dubio procul scientiâ insignem, & vel Theologiæ vel Decretorum Doctorem nobilem, eundem Latinâ oratione compellâsset, bonus Pater noster, nescius quid alter peteret, versus ad Capellanum sancti Lamberti, quem secum adduxerat, percontatus, quid respondendum duceret? Ille patrono suo autor suasorque extitit, ut in vicem responsi aliquot castra, & villas circa Hildeshemium suas, effunderet. Consultori parens Abbas Cardinali respondit, Schwrolt/ Hassen/ Giessen/ Voersche/ Ravenstätt/ Düsselstätt/ Ptzen/ eo effectu, ut Cardinalis linguæ Germanicæ pariter & Græcæ ignarus, sonitu quasi primo attonitus, Capellanum interrogaret, nunne Abbas Græcus esset? qui affirmativè cùm respondisset, eâ vice Abbati autoritas conservata fuit. Sed & eidem postea in consessu fuisset provisum, nisi pro, *sto cum his, sto cum hic*, enunciâsset. Has ergo ob causas, atque ne studiosa juventus, suis à Præceptoribus quid labis attraheret, optimum tandem judicatum fuit, Academias aliis in locis instituere. [add: *Olim itaque in Germania studia Academica in Canonicorum Collegiis tractari solebant, quæ collegia cathedris Episcopalibus erant annexa. Ejusmodi scholas illustres Carolus M. Osnabrugæ, Hildesiæ & alibi instituit, ut refert Ansegisus. Itaque olim Scholæ in Germaniâ fuerunt duplices; alia Monastica, inter quas olim celeberrima Corbejensis & Fuldensis, alia Canonica, quemadmodum adhuc hodie in omnibus Canonicorum Collegiis ostenditur locus scholæ habendæ. (Vid. Cranz. in Metropoli). Præter hæc Scholarum genera, accessit seculo IX. tertium genus in magnis Civitatibus, & hæ scholæ fuerunt Academiæ dictæ. Talis fuit in Gallia Parisiensis. Sed à X. usque ad XIII. seculum nullam habemus Scholam, quæ per omnia cum hodiernis Academiis comparari possit. Academiæ enim antè seculum XIII. non habuerunt alios Professores, nisi liberalium artium. Voluit quidem Carolus M. in Parisiensi Professores Theologiæ constituere, sed nullibi legitur hoc factum. In memoriam huius rei receptum est in Academia Parisiensi, ut Rector Academiæ ex solis Philosophis eligatur, quia quando hæc Academia constituta, soli Philosophi illam constituerunt. Proinde in priscis illis nulla fuit Theologiæ Professio, nulla Iuris, nulla Medicinæ; imo ipsa Philosophiæ professio intra angustos terminos constituta, fuitq; hoc trivio absoluta Grammatica, Rhetorica, Dialectica; unde adhuc scholæ triviales dicuntur. Alibi tamen fuit quadrivium, & Academica eruditio quatuor disciplinis constitit; Arithmeticâ, Geometriâ, Musicâ & Astrologiâ. Deinde ante seculum XIII. nulla Academiarum fuit jurisdictio in studiosos, nulla graduum solennis col-*

nis collatio, nulla Studiosorum privilegia. Imò lapsu temporis Canonicorum illa Collegia prorsus desierunt, cum Canonici otio torperent. Hac Canonicorum ignavia fuit causa & occasio, quod omnis solida eruditio tandem ab illis Collegiis ad hodiernas Academias devenerit. Ineunte autem seculo XIII. omnium primò Parisiis floruerunt quatuor Facultates, uti docet Richardus, qui Chronicon Parisinum conscripsit. Circa hoc idem tempus fuerunt honores Magisterij solenniter in hanc Academiam collati. Præter hanc Parisiensem nulla tum temporis fuit per Europam Academia, in quâ omnes 4. Facultates fuerint, ut proinde Academiarum origo, quales hodie sunt, in seculum XIII. referri debeat. Postea tamen A. C. 1220. Honorius Papa sub excommunicationis pænâ Academiæ Parisiensi jus Civile profiteri interdixit: Unde iterum nata diversitas inter veteres & hodiernas Academias, quod Professio Iuris tum iterum fuerit expuncta. In Italia antiquissima Academia feruntur Bononiensis & Salernitana. In illâ auspice Irnerio studium juris Civilis primò effloruit. Huic rei ansam dedit unica vocula As: cum enim illi contentio esset orta cum cæteris Professoribus, quid illa vox denotaret? recurrit is ad jus civile, & inde verum vocis sensum petiit, indeq; postea primus Bononiæ Professor Iuris extitit. Verum in hac Bononiensi Academiâ, quæ iam seculo XII. floruit, nulla fuit Medicinæ Professio, & Theologica Professio ibidem an. 1362. demum capit. In Germania nostra Academiæ omnium primò seculo XIV. caperunt, & prima quidem fuit Pragensis, quam an. C. 1360. Carolus IV. fundavit. Postea insequenti tempore usq; ad nostra tempora multa alia secuta, adeò ut hodie Germania tot habeat Academias, ut sola numero vincat Academias universæ Europæ, ut Lipsius censet in Lovanio l. 3. c. 8 Vid. pl. in Diss. Dn. D. Conringij de Antiquis. Acad. [add. *Ante paucos annos adhuc Chilonii in Holsatia erecta, quæ hodie caput erigere & efflorescere incipit.*]

Cui competat potestas constituendi Academias?

VII. Verùm hæc potestas nullis aliis competit, ubilibet ferè orbis Christiani in Regionibus, quàm illis, qui superioritate maiestaticâ præditi. [add. *Et rectè quidem. Quemadmodum enim ius circa sacra est in manu maiestatis Civilis, ita etiã ius erigendi Scholas & Academias, quæ rectè Seminarium Reipub. & Ecclesiæ dicuntur.* Instruit hoc ipsum Ordinatio Cameræ, *pars. 1. tit. 3. §.* Desgleichen sollen die Beysitzer: *ibi*, in Universitäten/welche zum wenigsten von unsern Vorfahren Römischen Käysern und Königen / der jetzigen Käyserlichen Majestät 2c. oder uns confirmiret.

Imperatori in Imperio.

Olim quoque ad Imperatoris jus, Academiarum confirmationes pertinuisse, præter *l. un. C. de stud. liberalib. urbis Rom. lib. 11.* & vetustissimæ hinc inde extructæ, etiam in ipsius Petri patrimonio, testantur Academiæ. Bononiensis enim mater studiorum, primum à Theodosio instituta, deinde à Carolo Magno reparata, postremum à Lothario Saxone instaurata, & à Carolo V. maioribus privilegiis ac immunitatibus exornata. Nec Patavina, nec Parisiensis (ut plerique contendunt) nec Pragensis alium, quàm Carolos Impp. conditores & confirmatores habuit.

VIII. Eadem potestas, quam Imperatori dixi competere, ei quoque competit, quem alii Regem solent appellare Romanorum. Sive enim eum consideres, ut aurea Bulla, & Pontificii considerant, habeasque pro eo, qui mortuo Imperatore Rex Romanorum electus, in Imperatorem promovendus: sive ut Imperatori vivo adiunctum habeas, in utroque unum idemque hoc in passu feram judicium: (*argum. d. t. 3. part. 1. Ordinat. Camer. verbo*, Königen / *& verb.* oder uns.)

Etiam Regi Romanorum

IX. Eodem ex fonte cum Vicariis Imperii, hoc est, vacante Imperio, Palatino, & Saxoni, omnia liceant; quæ specialiter *in cap. Aurea Bullæ Caroli IV.* excepta non sunt, non ineptè intuleris, iisdem quoque Academiarum confirmationem competere.

Etiam Vicarius Imperii.

X. Hactenus de illis, quibus hoc jus competit in Imperio nostro. Extra Imperium: Quod Imperator potest in Imperio, id Rex, Princeps, vel alius quilibet non recognoscens superiorem in suo potest Regno, Principatu, Ducatu. De ejus verò generis Dynastis atque Rebus publicis, qui, quæve, quousque in possessione libertatis sunt, nec Imperium agnoscunt devotè, eo usque omnia ad normam prioris sibi tribuunt regulæ, sed possessionis titulus eorum vel probabit, vel reprobabit conatus. Nulli sanè ego suasor fuerim, Lugduni Batavorum gradum ut assirmat Doctoris. Licèt enim in Gallia & Anglia, ex pactione fortassis, cujus ex Meterano meminit Besoldus (*1. polit. 12. §. 3 n. 31.*) pro tali reputabitur: in Imperio contra veniat, ut contradictionem effugiat. [add. *Hodie post Pacem Monasteriensem an. 1648. quâ Fœderati Belgæ planè liberi & exempti sunt ab Imperio declarati, contradictionem sine dubio effugient. Et quare consummatus ICtus D. Arnoldus Vinnius, qui postea ibidem docuit & alij, qui egregios discipulos habuerint, non potuerint Candidatis suis honoris titulos conferre? Medica facultas quantopere ibi floreat, notum est eruditis. Præsertim verò Dn. Autoris opinio hodie Reformatis non arridet.*]

Extra Imperium cui hoc jus competat.

XI. Illa momenti maximi quæstio est, quam nunc, postquam de secularibus egi Principibus, aggredior: scilicet *an Pontifex summus Academiam possit suo erigere, & firmare jure?* &, quod alterum est, *an idem cum Imperatore, vel alio Rege, in fundatione Academiarum hoc concurrat modo, ut earum adesse, necessario eius requiratur autoritas?* Veritas ut nostros incurrat in sensus ad quæsitum primum, præjudiciales illæ excutiendæ quæstiones, an Pontifex possit salvâ professione suâ, tanquam secularis aliquis Princeps & Dynasta terras & ditiones tenere? Et posito eum hoc posse, inquirendum pressius, an, & quæ dominia nullius teneat beneficio, nec utili tantùm, sed directo & plenario jure? Verùm cum utraque alium requirat tractatum, de iisdem hìc non admodum sollicitum me exhibeo, præsertim cum, si nostrates sequar, negando primam, secunda per se concidat, & decisio ad factum tantum, non ad jus debeat applicari: videlicet eodem facto, quo territorium tenet, Pontificem regalibus, & maiestatico uti splendere. [add. *Confirmatio Papalis tanquam essentiale ad Academias non requiritur; aliàs Parisiensis Academia,*

An Pontifex Rom. possit Academias erigere, item nulla Academia possint esse sine illius consensu?

(Caroli M. autoritate longe a Pontificium canonem introducta, privilegiis Academicis gaudere non posset: quibus pari modo Academia Marpurgensis à Philippo Seniore Hassiæ Landgravio an. 1529. instituta; Helmstadiensis à Divo Iulio Brunsvicensi an. 1576. condita, & plures aliæ destituerentur. Sprenger in Iurispr. Publ. pag. 45.]. At verò, quid habendum de illis Academiis, quæ extra Pontificis territorium quidem sitæ, nihilo minus tamen ab ipso solo olim confirmata, Imperatoris benignitate insuper habitâ (qualis videtur inter alias Tubingensis, in cuius fundatione dicitur. daß diese damals neue angehende Schule von dem Heiligen Stul zu Rom mit Päpstlicher und vollkommener Versehung begabet sey. Eruntne in censum Academiarum referendæ? Hoc affirmat Clutenius (d. Sylloge rer. quotid. & d. thes. 21. lit. C.) Quando enim de eo, quod factum est, loquimur, multa utilitatis gratia sustineri dicimus, quæ nullo jure approbante facta sunt.

An Imperator cuilibet instanti confirmet Academias.

XII. Cæterùm licèt in Imperio nostro Imperator & Rex Romanorum solus Academias confirmare potis sit, non tamen cuiusvis ad instantiam hac suâ utitur benignitate: sed potissimum erga Principes, Status Imperii, & immediatas Civitates, non verò mediatos alios, quod sciam. Compilator quidem Symphoremaum (tom. 1. part. 1. tit. 2. num. 130. in fin. pag. 100.) Civitatem hic excipit Erphordiensem, & pro speciali haber, quod in eadem erecta fuerit Academia. Sed si fidem habuerimus Middendorpio (de Academ. lib. 5. pag. 200.) exceptione, & specialitate hac opus haud erit. Non enim ad instantiam Erphordiensium, sed motu proprio à Dagoberto Francorum Rege anno 1391. prædicta Academia fundata dignoscitur. Academiam Erphordiensem fundatam esse anno 1392. imperante VVenceslao; ad eam verò Archiepiscopum Moguntinum nihil contulisse, sed oppidanos precibus suis privilegia à Pontifice Rom. Bonifacio IX. impetrâsse, tradit Dresserus in Isagog. histor. part. 5. p. m. 233. In concessione privilegiorum Imperator non semper ad petitionis tenorem se conformat, sed nonnunquam munificentiæ suæ amplissimos effundit thesauros, nonnunquam parcius agit, nec sacco, sed manu serit tantùm. Aliis facultatem instituendæ Academiæ tribuit, cum potestate in eadem omnes literarios honores, qualibet in disciplina & scientia conferendi: aliis limites ponit, ut potestatem quidem habeant Rempublicam literariam aperiendi, inque eadem Theologiam, Iurisprudentiam, Medicinam & Philosophiam iuventuti curandi tradi, uti etiam in Philosophia Magistros & Baccalaureos creandi, sed non æquè Doctores. [add: Du. Autor l. 8. c. 1. multa generalia tradit, quæ nos in enucleando omisimus. Nostra Germania Academiarum ubertate reliquis Europæ provinciis caliginem induxit. Parthenius Litigiosus (l. 1. c. 7. n. 24.) ita hac de re exclamat: Academiarum ubertate laboramus &c. quod tamen cum grano salis accipi debet. Quum non adeò pridem in Holsatia nova Chiloniensis erigeretur Academia, plurimi sunt inventi, qui hoc improbarent. Cæterum iniqui sunt tales sine populi suffragio censores: Etenim multitudo Scholarum superiorum Imperia & regna reddit florentissima. Tantum in eo hodie deficitur, quod ad utraque tempora & pacis & belli (quoad exercitia) non rectè & examussim accommodentur.]

CAPUT LXVIII.

De Cancellario, Professoribus, Ordine Facultatum, Decanis, Rectore.

I. ACademiæ constant personis & rebus. Personæ, vel sunt primariæ, vel secundariæ seu accessoriæ. Primariæ sunt, Cancellarii, Conservatores Privilegiorum, Rectores, docentes seu Professores, & discentes seu Studiosi. Accessoriæ sunt, Bedellus, Studiosorum nuncii, sive famuli, Bibliopolæ, Typographi, & pro diversitate Academiarum, personæ quoque aliæ. *Personarum Academicarum divisio.*

De Cancellario.

II. Cancellarius ut plurimum Episcopus est. [add: Episcopis jurisdictio Academiarum in sua Diœcesi sitarum & potestas honores summos in omnibus facultatibus conferendi olim competebat. Hodie vero cum Principes & Status Imperii potestatem juris dicendi in suis Academiis sibi vendicent, adempta ea est Episcopis iam in Civilibus & criminalibus causis. Sunt autem Cancellarii Academici plerunque Episcopi illius loci, in quo Academia sunt sitæ, aut illi qui Academias proxime accolunt. Sic Academia Heidelberg: accepit Præpositum VVormatiensem; Basileensis loci ejus antistitem; Gripsvvald: Episcopum Caminensem, Rostoch: Episcopum Suerinensem; Tubingen: Episc: Constantiensem: Interdum tamen Principes jus Cancellariatus sibi reservant integrũ, ne ob religionis diversitatẽ ipsis incommodum creetur, ut fecit D. Iulius in Helmstad: Academia] Lipsiensi datus Episcopus Martisburgensis; Griphisvvaldensi Episcopus Caminensis: aliis alii. Non autem sine ratione ut plurimum addere mihi fuit visum, cum nescius non sim, in quibusdam etiam aliis ex ordine Clerico hoc muneris delatum. Vt & in nonnullis etiam ex Laicis cuipiam. Hujus notæ est Academia Altorphina, cujus Cancellarius aliquot ante annos Nobilissimus atque Magnificus Dn. Philippus Camerarius extitit: In Academia Argentoratensi Cancellarii munere, meo tempore, fungebatur, Strenuus atque Nobilissimus Iacobus Sturm/ à Sturmeck. Vti verò perpetuum non est, cuilibet Academiæ Cancellarium reperire præfectum (Academiam Ienensem in exemplum voco) ita in aliis nec unitatis numerum observatum in propatulo est. Horum, pro subjectis variis, quibus dati, variæ sunt prærogativæ. In Academia Tubingensi Rectore censetur maior. Hoc innuit inter statuta illud caput, quod Cancellarium Vniversitatis, propter autoritatem functionis Rectorem fieri vetat. Vide etiam alibi ad eum, tanquam superiorem, appellationes fieri monuit Besoldus; quod tamen catholicon non est. Licèt enim in Academia Rostochiensi ad Cancellarium liceat provocare; attamen in Griphisvvaldensi, præterito Cancellario ad Ducem Pomeraniæ, tanquam Patronum appellatur. Illud hisce Cancellariis commune est, quod

collatio-

collationes dignitatum, Decanis, vel Promotoribus publico soleant concedere eloquio.

De Professoribus.

III. Qui à Romanis primitus Sophistæ appellabantur: illi posterioribus Imperatorum constitutionibus vocati fuere Professores, h. e. publici Doctores, qui non mercede, uti locatores, sed salario publico in privilegiatis Academiis, sive Universitatibus literariis docent. (*t. t. C. de Professor lib.* 10 *& lib* 12. *tit.* 15.)

Collegia Facultatum in Academiis.

IV. Academiæ plerunque continent quatuor facultatum Collegia, sed non semper & necessario. In ordine verò Collegiorum, seu Facultatum, ut vocant, Theologiam qui profitentur primi sunt. [add: *Sicut Sacra Scriptura, ita etiam Theologia, quam Sacra Scriptura sinu suo fovet, ob autorem Deum suprema est autoritas: Pertinet huc illud: Præstant æterna caducis.*]

Secundo loco veniunt Iurisconsulti, seu legum Doctores. [add: *Leges illæ vel sunt Civiles vel Canonicæ, unde & utriusque Iuris tam Canonici quam Civilis Doctores salutantur. Multi hodie reperiuntur, qui Iuri Iustinianeo sunt infensi, inter quos Lipsius, Lehmannus, Hippolitus à Lapide & alij, quos alibi refutabimus. Lipsium eleganter refutat Nobiliss. Dn. Forstnerus in notis ad Tacitum. Iung. Tract. Arturi Duck de Autoritate Iuris Civilis in Dominiis Principum Christianorum; item Diss. de Necessitate ICti adversus Hippolitum à Lapide, quæ an. 1651. Argentorati impressa. Legat quis hodie Hahnii, Corvini, Zœsii, Brunnemanni, Lauterbachy, & aliorum Nobilissimorum ICtorum scripta, & videbit, quid in utroque jure proficere possit; Optandum vero esset, ut tandem Ius Iustinianeum in bonam digeratur ordinem. Prodiit non ita pridem Scriptum cui titulus; Ratio Corporis Iuris reconcinnandi, in quo ita Autor:*

§. 1. *IUS ROMANUM vocamus tàm quod à Iustiniano Romano Imperatore, quàm quod à Romanis Pontificibus profectum est, illud* Iustinianeum *dicitur, hoc* Pontificium.

§. 2. *Utrumque habet per Europam ferè totam, sponte & quadam receptione vim* Iuris Communis, *& quasi* Iuris gentium Christianarum; *ut valeat quatenus ei speciali Regni, Regionis, Provinciæ, Loci alicujus Lege, Statuto, vel Consvetudine non est derogatum.*

§. 3. *Hanc* Autoritatem *hoc rerum statu necessariò retinebit.*

§. 4. *Quia omnes ei assueverunt: Scriptores in allegando, & fundamentis ex eo petendis; Scholæ in legendo & disputando; Forum in judicando, consulendo, patrocinando. Adeò, ut ea quoque gentes, quamvis pauca, quæ usu fori excluserunt, Scholas tamen ei aperuerint.*

§. 5. *Ideo Iuris Romani authoritas sine totali Rei Iuridicæ mutatione tolli non potest; tolli tamen Vitia ejus & possunt & debent.*

§. 6. *Iuris igitur Romani consideranda sunt* Vitia, vitiorum effectus, Vitiorum Remedia.

§. 7. *Iuri Romano objiciuntur hæc VITIA:* Superfluitas, defectus, obscuritas, Confusio.

§. 8. Superfluitas *Iuris Romani consistere putatur in Abrogatis.*

§. 9. *SED ABROGATA ex Iuris corpore, si universale variis gentibus manere debet, ejicienda non sunt, quia alia aliis gentibus sunt abrogata.* v. g. in Hispaniâ *adhuc viget vera* Servitus.

§. 10. *Perlegantur modò illi, qui Abrogata colligere conati sunt; reperiemus, quæ unus pro universaliter abrogatis asserit, alterum nonnisi de illius patriâ concedere, de suâ verò vel ulteriùs contrarium demonstrare.*

§. 11. *Imò in omnibus abrogatis manet nihilominus vera propositio, Conditionalis nempe: quòd stante illâ hypothesi, quæ olim fuit, etiam stare jus vetus deberet.*

§. 12. *Contrà, quòd stante hodie hypothesi, quæ veteri similis, vel contraria est, etiam ob similem, vel contrariam decidendi rationem, jus hodiernum juri veteri simile vel contrarium esse debeat.*

§. 13. *Et ita Abrogata præbent in hypothesi proportionali hodie vigenti fundamentum decidendi proportionale* v. g. Materia de famulis, de Operis Rusticis, Hominibus propriis hodiernis, ex materiâ Servorum Veterum; Materia de unione prolium hodiernâ, ex Adoptionibus veteribus capit fundamentum. *Nos tamen operam dabimus abrogatis communioribus & suis locis, & sigillatim unius Schematis aspectu simul, repræsentandis.*

§. 14. Defectus *Iuris Romani consistit in Antinomiis, & quòd casus plurimi, in eo non satis decisi sunt.*

§. 15. *Sed hæc vitia omnibus legibus communia sunt, nunquam enim possunt comprehendi omnes casus.*

§. 16. *Audemus tamen dicere, nullum extare librum Legum in Orbe terrarum qui plures, & insigniores in omnibus materiis, comprehendat, & decidat casus,* quàm Corpus utrumq; juris Romani.

§. 17. *Antinomiæ veræ, si quæ, sunt, paucæ sunt à nobis & ipsæ repræsentanda.*

§. 18. *Et multa controvertuntur, quæ ex Legibus modò confusis sic apparent, nec tamen sunt, verùm exercitij tantum causâ proponuntur.*

§. 19 *Optandum tamen*, Casus *adhuc* controversos *insigniores publicâ authoritate hodie decidi, & ita* Corporis Iuris pomœria velut proferri, *sed hoc alterius disquisitionis est, & Legibus secundum institutum nostrum in ordinem redactis*, Casibus indecisis *eâ ratione clariùs elucescentibus, quin etiam à nobis simul indicatis Autorum eos colligentium locis, magis magisq; patebit.*

§. 20. Obscuritas *juris Romani consistit in Styli & Historiæ veterum ignoratione.*

§. 21. *Sed obscuritas hodie satis dispulsa est per* Iuris Consultos Recentiores Cujacios, Contios Hottomannos *aliosque, inprimis postquam potissima ex iis selecta* Dionysius Gothofredus *in notis suis Textui addidit.*

§. 22. *Curatus igitur est morbus hic Legum, nisi quatenus adhuc à confusione trahit alimentum. Interim plurima egregia, ad illustrationem, ornatum, perfectionem pertinentia desiderari adhuc posse, non diffitemur, de quo plura infra §. 142. & seqq.*

§. 23. Confusio *autem sola adhuc maximè regnat, & omnia turbat. Ea enim & sustentat superfluitatem, & defectum & obscuritatem.*

§. 24. *Quia quamdiu omnia* Confusa *sunt, non possumus certò securòque nosse & in numerato habe-*

re, quid in legibus positum sit, quod poni non debuisset; nec, quid in iis omissum, quod omitti non debuisset; nec quæ Lex aliam explicet, aut emendet.

§. 25. *CONFVSIO est* Operum, Materiarum & Legum.

§. 26. *CONFVSIO OPERVM consistit tam in varietate Operum, quàm in varietate Ordinis.*

§. 27. Varietas operum *est, quòd de eâdem re agitur sæpissime in diversis* Operibus Corporis Iuris, *nempe & in* Digestis *&* Codice, & Institutis, & Novellis *&c.*

§. 28. *Hæc debent inter se conjungi* paralleliter.

§. 29. *Et tale opus verè* Basilicum, *Regium jam tùm annis abhinc circiter* 800. *moliti sunt Imperatores Orientis:* Basilius, Macedo, Leo Philosophus, *&* Constantinus, Porphyrogenneta; *quod vocatur Corpus BASILICORVM, constabatque ex Libris sexaginta.*

§. 30. *Sed non pervenit ad nos integrum (in postremâ enim* Caroli Hannibalis Fabroti *editione quæ in Galliâ ex M. S. Bibliotheca Regia prodiit, desunt libri novendecim) & loca Iuris Iustinianei in eo, detruncata, non, ut desiderantur, integra relicta sunt; & admixtæ sunt Novellæ sequiorum in Oriente Imperatorum, nunquam in Occidente receptæ; ideò* Basilici hæc *exemplum magis illustre, quàm exemplar perfectum præbent.*

§. 31. *Conjungi tamen ex variis libris Parallela sic debent, ut non unum fiat Crama, sed in quâlibet materiâ DIVERSITAS IVRIUM, seu quid* Digestis *inductum,* Codice *suppletum: & ex his iterum velut compendio: Institutis repetitum;* Novellis *demq; &* Canonico Iure *correctum sit; successive in conspectu esse possit,* Adde infrà §. 90, 125. 139.

§. 32. Varietas Ordinis *est, quod alia Jura alium habent ordinem. Alius enim est in* Digest. *alius in* Codic. *alius in* Institut, *alius in* Decretal. *in Novellis verò &* Decreto *planè nullus.*

§. 33. *Sed in Decretalibus laudandum, quod eodem ordine disposita sunt, &* Decretales Gregorij, & in Sexto Bonifacij, & Clementiæ, & Extravagantes tam Ioannis, quàm Communes; *ubi sequentes collectiones neque alios titulos, neque aliam eorum seriem, quàm præcedentes habent.*

§. 34. *Hæc varietas Ordinis tollitur sublatâ varietate Operum.*

§. 34. *Sed quæritur utrùm opus, utri in commixtione sit accommodandum?*

§. 35. *Et res ipsa loquitur, non cætera* Institutis accommodanda *esse, quia magnum parvo accommodari, sine nimiâ partium majoris divulsione, ac contorsione, vix congruè potest.*

§. 37. *Nec* Codici *sed* Digestis, *quia in* Digestis *materiarum principia traduntur in* Codice *tantùm supplentur, & specialius, per* titulos particulariores *diducuntur.*

§. 38. *CONFVSIO MATERIARVM, est vel* Generalium *vel* Subalternarum, *vel* Specialium.

§. 39. *MATERIAE GENERALES sunt, in quas totum Ius dividitur, V. G. hoc modo:* Generalia Iuris & Actionum, Personæ Iudicia, Iura Realia, Contractus, Successiones, Delicta, Ius publicum, Ius Sacrum &c. *quam* Dividendi rationem *praxi & usu communi ob commoditatem receptam nos imprimis tenebimus.*

§ 40. *Horum in* Digestis *&* Codice *ordo* aliquis ad Edictum perpetuum *compositus, & ita in fundamento similis; sed sæpius interruptus, & non uno loco dispersus, tum quia Edicti perpetui ordinem hodie conjecturis tantum assequimur; tum quia Tribonianus, regulam ejus sibi propositam, non adeò religiosè ubique servavit. Hanc confusionem monstravimus* duobus separatis Schematibus, Calci Dissertationis colæ hujus subjectis, subsignis ⊖ & ☽. *Ex quibus & apparet,* Divisionem Digestorum in 7. partes *à Triboniano factam, ut per se arbitrariam, nec certò fundamento nixam ita instituto nostro commodam esse non posse.*

§. 41. *Sed in earum quidem in Locum substituimus* nostras novem partes *ex rei natura sumptas* jam jam §. 39. *enumeratas; nihilominus tamen (quod ex Tabulâ collatoriâ ordinis vulgaris, & nostri aliquando ad oculum patebit) ordinem Digestorum principaliter retinemus, iis tantum quæ à sede suâ propria omnium confessione distracta sunt, ad eam reductis, ut singulatim Iura personarum, Iudiciorum item,* Contractuum *&c. uno certo loco collata, quærentem non amplius fatigent.*

§. 42. *MATERIAE SVBALTERNAE sunt mediæ inter generales & speciales,* v. g. in materia Personarum generali, subalternæ sunt materiæ: potestatis patriæ, Servorum, Libertorum, Matrimoniorum, Tutelæ & Curæ.

§. 43. *In Materiis subalternis retineri plerumque potest ordo* Digestorum, *v. g. in* Digestis *(interjectis licet aliis)* Materia Personarum *eandem ferè seriem habet, quam* §. præcedenti *posuimus. Nisi quod* materia Libertorum & Manumissionum *paulò serius ponitur.*

§. 44 *Et generaliter observandum duximus, ut ordo Corporis Iuris vulgaris, retineatur & in Corpore Iuris recencinnando, quantum fieri potest; idque memoria & reflexionis ad ordinem vulgarem, & commoditatis in evolvendo causâ.*

§. 45. Materiæ Speciales *sunt ipsi TITULI in Corpore juris, qui in specialiores non diducuntur,* v g. de manumissis vindictâ, de pactis dotalibus &c.

§. 46. *Titulis autem æquiparandos duximus novâ, sed necessariâ ratione & PARAGRAPHOS INSTITUTORUM & CAPITVLA NOVELLARVM:* Paragraphos *quidem, tùm quia uni sæpè* Paragrapho Institutionum, *respondet integer* Tit. Digestorum & Codicis, *& ille hujus velut* Summarium *continet; tùm quia nonnulli Commentatores eâ occasione ad Paragraphos istos integras materias absolvere consueverunt.*

§. 47. *CAPITULA verò NOVELLARVM secundùm Editionem Gothofredi itidem titulorum instar & suis quæque locis inserimus, & peculiaria ipsis, prout aliis Summaria dedimus, quia plerumque una* Novella *multa* Capitula, *ex variis materiis inter se sine connexione mixtis continet; cùm tamen ea ipsa Capitulorum materia in Rubricâ Novella vulgari non planè enumerentur, sed adjiciatur sæpissimè Clausula illa Generalis:* & aliis Capitulis.

§. 48. Titulorum *consideranda* Conceptio, *& Series.*

§. 49. Titulorum Conceptionem *in Corpore Iuris*

Iuris improbârunt, novosque sibi titulos finxerunt METHODISTÆ, v. g. de homine relatè spectato, de potestate privata, &c.

§. 50. Hoc autem, licèt per se non improbandum, in Reconcinnando tamen Iuris Corpore fieri nequit, sed retinendi sunt tituli Corporis Iuris. Alioqui corruerent omnia allegata Doctorum, in quibus semper citatur Lex & Titulus.

§. 51. Series Titulorum Specialium in Corpore Iuris posita, satis bona est. v.g. in materiâ manumissionum retineri potest series Titulorum Specialium, quæ est in lib. 40. Digest. & in lib. 8. Cod.

§. 52. Quia in eâ non multùm situm est, nec interest, v. g. an prius agatur de manumissione per testamentum, an de manumissione per vindictam.

§. 53. Series enim Titulorum, non ad subtilitatem philosophicam, sed commoditatem practicam exigi debet, quanquam ubi vel Nigrum plus Rubro continebit, vel illorum alia quæ hoc ampliùs declarare possint, singularibus signis & charactere in ipsis Tit. admonebimus.

§. 54. Post Confusionem titulorum sequitur longè major Confusio Legum LEGEM appellamus: quamlibet propositionem vel enunciationem in Corpore Iuris principaliter positam, quæ cum annexis, unam perfectam & per se stantem Periodum constituit, quæ sensu & Paragraphi Legum communiter dictarum plerumque etiam sunt LEGES.

§. 55. Principaliter cùm dicimus, excluduntur omnia, quæ indirectè obiterque ad aliud confirmandum probandum illustrandum apposita sunt; ea enim à principali etiam in Reconcinnatione divelli non debent, sed unam cum eo periodum Legemque constituunt. Alioqui sensus, & vis illationis imperfecta, & mutila redderentur. Propositiones enim obiter emergentes singulas suis locis annotare, Indicis Alphabetici & Digestionis remissivæ: non verè Reconcinnationis, sed Digestionis Leges justo loco in naturâ, & ut jacent, totas repræsentantis, opus.

§. 56. CONFVSIO LEGVM est partim Dispersio, partim Perturbatio.

§. 57. DISPERSIO LEGVM est, quod plures Leges eodem pertinentes non sunt positæ in uno loco seu titulo; sed in diversis.

§. 58. Interdum enim Lex, ad duos titulos heterogeneos pertinens, in alio ponitur, in alio non ponitur. v. g. in Tit. de jure dotium, ponuntur Leges de pollicitatione, stipulatione, acceptilatione, usuris, usufructu pignore dotium, &c. Tales & ad Titulum de Iure dotium, & ad Tit. de pollicitatione, stipulatione &c. referri possunt.

§. 59. Hic dispersionis gradus est in toto jure frequentissimus, cæterùm in tali casu, ea ipsa lex in uno titulo ponenda est in naturâ, & in altero tantùm summarium ejus: illic verba integra exponenda, hic numerus tantùm & verba legis initialia alleganda.

§. 60. Ponenda autem est integra Lex in eo titulo, ex quo ratio decidendi pendet, & cui magis propria est. v. g. Si legis alicuius de stipulatione dotis decisio pendet ex natura stipulationis, & ita non solùm in dotis, sed & alia v. g. pœnæ stipulatione obtinet, referenda Lex est ad Titulum de stipulatione, seu verborum obligatione; Sin aliter, referenda ad titulum de dote. Eâque in re magna cautio ponenda est, ne primaria sæpe materiarum sedes alienis Titulis per occasionem inspersa loco non suo peregrinentur, fugiantque quærentem.

§. 61. Interdum Lex non ponitur in Titulo ad quem pertinet, sed in titulo homogeneo. v. g. in tit. Cod. de appellationibus, ponuntur quæ pertinent ad Tit. Cod. de temp. Apell. & contrà. Huic dispositioni in jure, neque rarissimæ, neq; frequentissimæ, faciliori negotio occurri potest.

§. 62. Interdum Lex non ponitur in Tit. ad quem pertinet, sed in planè heterogeneo,

§. 63. Adeò ut sæpe multorum librorum intervallum intercedat Leges, quæ se tamen invicem explicant, supplent, limitant, ampliant, emendant, abrogant. Quas potiùs immediatè sibi jungi deceret. Hoc dispersionis genus, ut rariùs præcedentibus, ita emendatione maximè indiget.

§. 64. Interdum unius Legis Paragraphi ad varios titulos pertinent. Quæ omnia ita notoria & passim obvia sunt, ut non indigeant demonstratione.

§. 65. PERTVRBATIO LEGVM est, quando ea quidem posita sunt, in uno titulo sed ordine confusissimo: Cujus rei specimen in tit. ff. de Proc. iti-dem ad calcem adjecimus, sub signo. ☿.

§. 66 Quinimò de Legibus Titulorum dispenendis Triboniani curâ quandoq; vacasse luculenter monstrant duo illi de verb. signif. & Reg. Iur. Tituli ex professo Miscellanei, modò generalia modò specialia continentes, qui propterea & peculiari studio nostro magis parebunt.

§. 67. Debent autem Leges quolibet Titulo disponi secundum LOCOS materiæ TOPICOS, quales sunt: Forma Finis, Efficiens, Subjectum, modus causandi, objectum, effectus, contrarium.

§. 68 Quo pertinent CIRCVMSTANTIAE: Quis, quid, ubi, quibus auxiliis, cur, quomodo, quando.

§. 69. In compilando respiciendi quidem sunt loci Topici, sed potiùs exprimendæ circumstantiæ.

§. 70. Nam populariùs, clariùs, accuratius tractabimus: Quis Procuratorem dare possit, quis dari, quomodo constitui; quid facere possit, quid debeat, quomodo esse desinat; quàm si ejus formas, causas, effectus, subiecta, objecta, aliaque metaphysica ambigua & remota ingessisse accusemur.

§. 71. Hactenus de Iuris Romani vitiis. EFFECTVS horum VITIORVM sunt omnia illa mala, quæ nunc in rem Iuridicam incurrêre, quæ omnia enumerare neque instituti nostri, neque spatii est.

§. 72. Illud tantùm quasi per saturam adjiciemus, à Confusione Corporis Iuris ortam esse & neglectionem Lectionis ejus; &, si quis eam fortè accessisset, difficultatem reperiendi conjunctamquè cum incertitudine ac molestiâ ex variis locis combinandi necessitatem.

§. 73. Ab his porrò ortum est, quòd paulatim Doctores magis in foro attendi & in scholis citari cœpêre, quàm ipsæ Leges.

§. 74. Præsertim cum Stylus eorum & Genus loquendi, & Exempla Casusque, Opiniones denique, nostro ævo accommodatiores iis appareant, qui parùm

non æquè solliciti sint in indagandâ Historia antiquitate & genuinis verbis ipsarum LL.

§. 75. Patefactâ semel Doctoribus authoritate, cœpêre numerari sententiæ, & è contra, crepari Communes Opiniones, imò Communes contra communes.

§ 76. Ita Ius infinitum, incertum imperceptibile, arbitrarium, antiquum denique chaos reddi clamarunt plurimi.

§. 77. Et sunt quidam in ipsam Iurisprudentiam eiusque cultores contumeliosi adeò, ut jactare audeant, omnia pro, & contrà defendi posse, nulla esse principia justitiæ certa, quò nihil miserius, nihil ad perniciem Reipublicæ validiùs.

§. 78. Vt taceamus retardationem Iuventutis in Scholis, cumulationem Litium in Foro, acervum infinitarum allegationum non ipsarum LL. tantum sed & DD. eorumqué opinionum in Libris, ex hac unicâ scaturigine duci, quæ, quantò magis nundinatim augentur, tantò magis jura confunduntur.

§. 79. Atque hinc simul apparet, cur Nobiliora, & ad res gerendas nata ingenia, indignatione quâdam, & velut nauseâ conceptâ, secessionem à Iure-Consultis jamjam moliantur, magisq́; inclinent juris naturalis & historiarum jucundiorem potius ductum sequi, quàm hærere inter tot ambages obscuri juris.

§. 80. Aliud haud dubiè factura, si quis iis viâ securâ breviqué & amœnitatem IVRIS ROMANI, & cum naturali ratione Harmoniam satis ac facilè degustandam præbeat.

§. 81. Quod non toties repetitis Disputationibus, perpetuis controversiis, prægrandibus commentariis, innumeris allegatis, animum generosiorem & ad alia properantem, deterrentibus; sed rei ad ipsa principia reductione, accedente selectarum amœnitatum, velut condimento, effici tandem speramus.

§. 82. Hæc enim copia nimia, hic torrens sisti non potest, nisi fonte obstructo, id est, sublatâ Iuris Confusione, quod unicum tot vitiorum remedium restat.

§. 83. Confusio ea, tolletur reductis, redactisqué in ordinem ipsis Legibus, id est CORPORE IVRIS RECONCINNATO.

§. 84. Reconcinnationem bono cum Deo
„ Sic paramus (I) Retinebitur Textus Corporis
„ Iuris, ut iacet, nullo neque dempto, nequé addito,
„ neque mutato.

§. 85. Nequé enim institutum nostrum est Leges excerpere, truncare, controvertere, applicare, Argumenta Textus abundanter nimis, & sæpè minus ad propositum extendere.

§. 86. Nec animus est Paratitla, Analyses, Syntagmata, Dispositiones, Ideas, Introductiones, Collegia, Exercitationes, & tot alia nomina condere, quæ AVTORES SYNTHETICI suis laboribus, sat laudabilibus hactenus indidêre.

§. 87. Nam si quisqué sibi sumit Leges jam ex ff. quidem, jam ex C. digerere, nec tamen omnes exhaurit, nec eas tantùm, quæ manifestissimè & in terminis dicunt, adfert; nequé etiam à Controversiis aut DD. sententiis abstinet; tum & multiplicantur res in infinitum, & nihilominus labor manet imperfectus.

§. 88. Quia nulla perfectionis, nulla certitudinis spes est, quàm diu deest (quæ hactenus defuit) Proba securitatis, quæ nos dubitare non sinat, de omnibus Titulis, omnibus Legibus, omnibus deniqué Legum Paragraphis exhaustis, & in iustum locum redactis.

§. 89. Id verò præstabitur in Corpore Iuris reconcinnato, quod unicum infinitorum eiusmodi Paratitlorum Analyseon, &c. instar erit.

„ §. 90. (II) Libri juris in unam consonamiam
„ jungentur, sic tamen, ut uno obtutu apparere
„ possit, quid Codice vel Digestis &c. haustum sit.
„ Adde quæ diximus. §. 23.---31.

„ §. 91. (III.) Retinebuntur Tituli, seu Ru-
„ bricæ in Corpore Iuris jam extantes, per ea, quæ
„ diximus. §. 48. 49. 50.

§. 92. Hi Tituli (IV) primùm à nobis digerentur in Materias Generales velut partes principales juris universi & totius operis nostri, ad imitationem illarum 7. Partium, in quas ipsos Pandectas, quamvis sine ullo doctrinæ vel memoriæ iuvamine hactenus cernimus divisos. Et erunt quidem hæ nostræ partes numero Novem ipsi Ordini Digestorum perpetuò currenti eiusqué rationi simul ac praxi receptissimæ satis consentaneæ, iunctis tantùm securitatis causa iis Titl. Libris, LL. &c. quos iam à principio iungi decuisset, quiqué non iuncti, præsentem nunc nobis; quam omnes plangimus, generarum obscuritatem; veluti: (I) Generalia Iuris & Actionum (II) Iura Personarum (III) Iudicia, (IV) Iura Realia. (V) Contractus (VI) Successiones. (VII) Delicta. (VIII) Ius Publicum. (IX) Ius Sacrum. v. etiam §. 40. supra.

„ §. 93. (V) Materiæ generales digerentur in
„ subalternas ordine, veteri Corporis Iuris
„ partim servato, partim ubi opus, mutato; per ea
„ quæ diximus. § 42.

§. 94. (VI.) Materiæ subalternæ digerentur
„ in Speciales servato ordine vulgari Corporis
„ Iuris, per ea, quæ diximus, §. 51. 52.

„ § 95. (VII) Ordo Corporis Iuris vetus ser-
„ vabitur, ubi servari commodè potest, per
„ §. 54. & §. 92. In primis autem Digestorum,
„ ita ut tituli Digestorum Directores sint, ceteri ex Cod. Inst. Novell. Decretal. memoriâ localè quantum fieri potest invicem etiam servatâ, subordinentur. per §. 36. 37.

„ §. 96. (VIII) Leges vel Paragraphi ad eun-
„ dem titulum spectantes colligentur in unum per
„ §. 56. seqq.

„ §. 97. (IX) Disponentur sub eo ordine naturali
„ circumstantiarum per §. 67. 68. 69. 70.

„ §. 98. (X) Si Lex ad plures titulos referri po-
„ test, ponetur sub eo, exquo pendet eius ratio
„ decidendi. Sub altero tantùm citabitur per ver-
„ ba initialia §. 5.

„ §. 99. (XII) Res per Indices sic dirigetur, ut
„ Tituli & Leges Corporis Iuris ita ut nunc à
„ Doctoribus citantur, mutato licèt ordine, etiam
„ in Corpore Iuris reconcinnato facilè inveniri
„ possint.

§. 100. (XII) Deniqué proba securitatis ve-
„ lut Arithmetica habebitur, quæ in eo consi-
„ stet, ut certò sciamus nullum à nobis Titulum,
„ nullam Legem Paragraphumqué omissum, omnia observata, digesta, suo loco inserta esse. Quâ de re satis prospectum est per supputationem, & velut

Arithmeticam

Arithmeticam calculi subductionem de proba huius formâ infrà §.137.138.139.140. *amplius.*

§. 101. *Satis delineavimus quale futurum sit* CORPUS IURIS RECONCINNATUM, id est : *nihil aliud quàm Systema Legum omnium, prout singulæ in Corpore Iuris verbotenus jacent, & in natura reperiuntur, susto ordine digestarum.*

§. 102. *Sed antequam integra Leges ita digestæ excludantur, præmittemus* Repræsentationem Corporis Iuris Reconcinnati, *velut Ideam, Schema, Diatyposin ordinis iusti.*

§. 103. *Idque imprimis ut alterum Iudicia exploremus, ac si quæ cordatè & candidè admonebuntur, re adhuc integrâ emendemus.*

§. 104. *Publico vero calculo accedente & favore principali corroborante poterunt faciliori negotio ipsa Leges integra* (*quem Scopum inde usque ab initio respeximus.*) *Verbotenus, eo quo repræsentabimus ordine, ipsis Typis, bono cum Deo, exhiberi.*

§. 105. *Quæ tamen labore nobis primariè propositum est, non Corpus Iuris vulgari ordine conceptum è Scholis tollere, sed declarare; non authenticâ vi & approbatione fori privare, sed ad ipsam praxin accommodatius reddere re; non omnem eius authoritatem, & fundatas in eo Doctorum allegationes ac omnia eorum scrip a hactenus divulgata uno quasi ictu evertere, sed ordinis splendore illustrare; denique illud efficere, ut* Corpus reconcinnatum veteris *non* Successor, *sed* Comes *habeatur.*

§. 106. *In hâc* CORPORIS IURIS RECONCINNATI REPRAESENTATIONE *erunt quædam principalia, quædam* Accessoria. Principalia *erunt Legum expressio, Legum Dispositio, Summarium Tituli, Proba securitatis.*

§. 107. *Nam & enumerabuntur Leges, ut nobis videntur disponendæ, & inseretur eâdem operâ disponendi Ratio Legumque* Nervus; *denique Proba adjicietur.*

§. 108. *Vt ita* Repræsentatio *hac ab ipso* Corpore *Iuridico* Reconcinnato *non aliter differat, quàm quod repræsentationi integra Legum verba desunt; cæteroquin ea ita comparata sit, ut, qui velit, ipsas Leges in naturâ substituere non difficulter possit.*

§. 109. Expressio & Allegatio Legum *omnis fiet & literis initialibus, & numeris*; literis initialibus *solis veteres* numeris *solis plerumque moderni* *utunt.*

§. 110. *Prius molestia, posterius incertitudinis causa est.*

§. 111. *Sentimus hodie & conquerimur omnes, quàm summè lubrica sit per numeros citatio, quam erroribus Typographorum & Descriptorum lapsibus obnoxia, presertim in impressionibus Operum sæpe repetitis aliis augentibus magis, quàm tollentibus, in quibus nonnunquam vix tertiam allegatorum partem veram esse, evolventes non sine molestiâ experiuntur. Quæ res maximè in præclaris* Dionysij Gotthofredi *ad universum Iuris Civilis Corpus* notis *deploranda est.*

§. 112. *Ideò nos utramque, & per numeros & per initialia* verba citationem *perpetuò coniungemus; & in numeris ipsis citandis novâ quadam, & hactenus non visâ, commodissimâ tamen, & securissimâ ratione utemur, omnia lapsus metu, &* revidendi necessitate præclusâ.

§. 113. *Sed quoniam in variis* Iuridici Corporis editionibus. *Leges variè numerantur, inchoantur, dividuntur; quod in Paragraphis Legum imprimis elucet, olim planè non numeratis, sed ex Allegantium arbitrio distinctis: ideò semel in universum profitemur editionem* Corporis Civilis Gothofrediani *à nobis perpetuè respectam esse. Hæc enim cæterorum editorum omnium* Haloandri, Hervagii, Hugonis à Porta, Torrentini Pandectarum Florentinarum *primis Emissoris,* Russardi, Contii, Baudozæ *&c. luminibus offecit; & elegantiâ & commoditate princeps.*

§. 114. *Etsi hanc quoque* (*add.* §. 111.) *appareat laborare quibusdam nævis; sic in Distinctione Paragraphorum vel versuum debuisset toties inchoari & numerari novus, quoties novus casus novâ periodo decidi incipit: quod tamen cum factum non sit, auxit operis nostri difficultatem, v. g.* in L. filius familias. 8. principio. Quatuor periodi ponuntur, prima continet: Filius Familias ad agendum dare procuratorem potest, secunda: item ad defendendam; Tertia: item filia Familias ad agendum; Quarta: Filius procurator dari potest. *Cum autem in Digestis necesse sit separari eum, qui procurator dari potest, ab eo qui eum dare potest: manifestum est, Quartam minimum periodum, peculiarem Paragraphum constituere in numerando & inchoando, debuisse.*

§. 115. *Apparet autem* Varietas editionum *in* Novellis *maximè, has enim Veteres aliâ præsumptione, & ut ipsi vocant per* Collationes *&* Titulos *diviserant,* capitulis *etiam peculiari rubricâ carentibus, & in* Paragraphos *commutatis; quam ad tempus erit peculiari Indice ac* Schemate *comparationis, suo loco producendo.*

§. 116. *Præterea Novellas quasdam veteribus ignoratas primum* Iacobus de Bello Visu, *deinde* Haloander, Scrimgerus, Cuiacius, *& ad extremum* Contius *addidêre, donec in hâs formam excrescerent, quâ nunc utimur. Vnde factum est, ut aliæ* Novellæ Latinæ *tantùm, aliæ & Græcæ habeantur: ut taceamus variè à variis* Rubricas *concepi, aliter enim* vulgata, *aliter* Haloandrina, *aliter* Index Cujacio *adhibitus, Novellarum Capitulorumque inscriptiones expresserunt. Quæ omnia à nobis suo loco exhibebuntur.*

§. 117. *Et hæc de ratione enumerandarum atque exprimendarum Legum in repræsentatione Corporis Iuris Reconcinnati à nobis faciundâ, quæ tamen non cruda & nuda erit, sed unâ eâdemque operâ & ratione ai ponendis per locos, & circumstantias* (*vid. suprà* §. 66. 67.) *& ipsius Legis velut nervo & summario vestita.*

§. 118. *Non tamen ita allinemus quæ Lex, per consequentiam tantùm dicit; hæc enim ad Controversias & Notas pertinet: neque quæ obiter dicit, id enim Indicis est: sed quæ ex professo dicit, ita ut ipsa ferme ejus verba huc transferri possit.*

§. 119. *Talia Summaria Legum eiusdem propè brevitatis erunt cuius Gothofredana: sed quod Gothofrediana non faciunt, integrum sensum constituent. Gothofrediana enim summaria sæpiùm inde finitè concepta sunt, &* Rubricæ *potius vel* Indicis, *quàm* Summarii *rationem habent, quod contrà est in nostris.*

§.120. Verbi gratiâ: *Leges quædam, Procuratoris Casum efficientem continentes à nobis si proponuntur*: Procuratorem dare potest filius, & filiafamilias, *L. filius familias 8. princ. l. servum 33. princ. D. de Procurat.* qui de statu suo litigat. §. *Eum verò*, 1. Patronus contra Libertum, & è converso, in judicio ingrati *l. sed & hæ. 35. §. Patronus.* non potest: servus, *l. servum 33 princ.* non populari judicio agens, nisi eius interest, *l. licet in 42.* non Tutor, & curator, & Procurator nomine principalis, nisi litem contestatus *l. neque Tutores, 11. C. eod.*

§.121. *GOTHOFREDUS verò easdem Leges sic summat*: De filio, & filiafamilias *l. filiusfamilias. 5. princ. D. de Procurat.* de pupillis, adultis & eorum Tutoribus, & curatoribus. *l. neque Tutores 11. C. eod.* de servi & filii familias Procuratore *l. servum quoque 33. princ. D. eod.* de eo qui de statu suo litigat *d. l. servum quoque 33 §. eum verò 1.* de liberti ingrati accusatione *l. sed & hæ. 35. §. Patronus 1.* ad quas actiones procurator dari potest, (addi debuisset: de actionibus popularibus, quæ solæ in ea lege tractantur) *l. licet in 42. princ.*

§. 122. *Sed* Gothofredus *vix potuit aliter, nisi voluisset* Summaria *sua nimis excrescere, quia eadem alias sæpissimè repetere debuisset, ob Leges, licet eodem tendentes, in ordine vulgari variè dispersas.*

§.123. *Nobis verò, redactis in ordinem Legibus, eâdem brevitate multò plus complecti licuit, quia ob rerum sibi rectè connexarum seriem possumus idem prædicatum multis subjectis simul collectis, vel è converso, præfigere, ut ita singulari compendio & claritate tota Sententia emergat, quod in exemplo præmisso patet.*

§.124. *Sed præter summaria Legum, ex ipsa earum repræsentatione & dispositione velut aliud agendo emergentia, præfigetur cuilibet Titulo Summarium tituli ipsius, idque a Legum Summariis tum formâ differt, tum magnitudine.*

§. 125. *Formâ, quia Leges eiusdem materiæ ex* Digest. Codice, Novellis *inter se junguntur; sed Titulis Dig. & Cod. (capitulis item Novellarum separata singulis Synopsis præfigetur, idque ut in ipsâ commixtione Iurium (veteris, novi, novissimi) originis diversitas elucescat magis, de quo supra §. 31.* & 92.

§.126. *Magnitudine, quia in Summario Tituli unâ sæpè Sententiâ plurimarum Legum nervus continebitur, v. g. in exemplo proximo Summarium tituli hoc tantum dicet:* Procuratorem dare potest in rebus suis, qui præesse iis jure potest; in alienis liber homo ex Speciali mandato. *Ex quo omnes illæ Leges §. 120. enumeratæ, & plurimæ aliæ ibi omissæ sponte fluunt.*

127. *Necessarium hoc est, ne dispersus per speciales Legum casus animus non difficulter ad universalia revocare possit, citra tamen ad solidè judicandum, & scientiam consequendam nihil sit universali regulâ optabilius.*

§. 128. *Complectuntur autem Summaria: Tituli vel capituli continuationem, Rubricæ explicationem, Materiæ denique principia.*

§.129. *Continuationem Tituli inseruimus, quam is habet in Corporis Iuris ordine vulgari, sicubi ea singularis, nec statim obvia est, quia ex ea apparet, quam variè idem titulus variis materiis applicari possit, & ipsa memoria localis, ac reflexio ad ordinem vulgarem tantò melius excitatur.*

§.130. *Ita tamen, ut ab anxiis quibusdam & longius petitis methodi Iustinianeæ excusationibus, quas Oeconomiarum, Tabularumque Scriptores (a nobis suo loco referendi) in minimè quibusque saltandis, ex professo susceperunt, abstinuerimus.*

§.131. *Complectemur quoque Explicationem Rubricæ, quam eius in finem in partes secuimus, ut singula verba, eam merentur, commodius illustrare liceret.*

§ 132. *Ea occasio vocum Etymologiæ notabiles,* Definitiones *item & Homonymiarum exclusiones, ad intelligentiam Tituli necessaria accesserunt: nec omissi sunt* Ritus Veteres, *sicubi ad intelligentiam termini requirebantur.*

§. 133. *In summariis Tituli exponemus principales eius regulas, & velut* Principia Materiæ, *unde decisiones casuum omnes pendent.*

§. 134. *Hinc necessarium duximus ea imprimis in illis annotare, quæ non naturali ratione & æquitate constant, sed* arbitrio Legislatorum sunt recepta, *quia talia memoriæ sunt, non judicii: atque ideò diligenter animis imprimenda.*

§. 135. *A* Controversiis *verò abstinuimus, purum hunc Iuris fundum, quasi purgatum quoddam Novale, omnis generis fruges ferendæ accommodatum, omnibus præstituri.*

§. 136. Allegata *Legum summariis Tituli non inseruimus, quia ipsæ Leges iis subjectæ, & per notas quasdam applicatæ, eam vicem sustinebunt.*

§.137. *PROBA SECURITATIS, denique Repræsentationi adiicietur, ea erit tam* particularis *quàm* universalis:

§.138. *PARTICULARIS præfigetur cuilibet Titulo, ac separatim* Titulo Digestorum *separatim* tit. Cod. &c. *quia nihil aliud erit, quàm recensitio omnium Legum, & Paragraphorum tituli eo ordine, quo in ipso vulgariter jacent: & ostensio in singulis facta, quòd & quo loco à nobis nostra Reconcinnationi sint inserta.*

§. 139. *Quâ ratione, & certi erimus, de toto titulo exhausto; & apparebit, quid à nobis in qualibet materia ex* Digest. *quid ex* Cod. &c. *sumptum sit, de quo supra admonuimus.* §. 31. 90. 125.

§. 140. *PROBA UNIVERSALIS subjicietur operi universo, quæ universalem omnium Legum secundum ordinem vulgarem recensitionem, & ad ordinem novum applicationem continebit; tum, ut certò sciamus totum Iuris Corpus in Digerendo exhaustum esse; tum, ut leges secundum ordinem Corporis vulgaris à Doctoribus citatæ, statim inveniri possint & in Reconcinnato,* Add. §. 98. & seqq.

§.141. *Hæc igitur* principaliter *REPRAESENTATIONEM CORPORIS IURIS RECONCINNATI ingrediuntur. Nunc Accessoria quoque, quæ eius commendandæ & illustrandæ causâ supervenient, breviter perstringamus.*

§.142. *ACCESSORIA hæc partim ad* Titulum, *partim ad* Leges, *partim ad* materias, *partim ad* universum *applicabuntur.*

§.143.

§. 143. TITULI ipsius Rubricam ac summarium illustrabunt: Contenta Tituli ultra Rubricam, Actiones ex eo manantes, diversitas rubri à nigro, diversitas circa Titulorum Conceptionem Codicis à Digest. &c. quæque in uno materia ab altero neglecta; differentiæ item Iuris veteris, novi, novissimi; civilis & Pontificij: item variæ Titulorum Lectiones, varia eorundem cum aliis titulis cognationes, & differentia: varij Titulorum Indices alphabetici, verborum initialium, materiarum, utriusque; varia Titulorum Schemata & Tabulæ repræsentantes eorundem in diversis Corporis Iuris voluminibus harmoniam inter se, Rationem Ordinis Corporis vulgaris, Rationem ordinis variorum Methodistarum, Rationem quoque justificatoriam ordinis nostri, singulis denique titulis peculiari modo Autores, qui materias cognatas singularibus tractatibus complexi sunt, adjicientur, quæ res parva cujusdam Bibliothecæ Iuridicæ vim continebit.

§. 144. LEGIBUS ACCEDUNT Antinomiarum, concordantiarum, Parallelismorum, Subordinationum, Illustrationum mutuarum observationes, quem in usum nec Sacra Scriptura nec Caij, Pauli, Ulpiani cæterorumque Ictorum veterum fragmenta; nec Codex Theodosianus, nec Novellæ sequiorum in Græcia Imperatorum, nec libri Basilicorum (quorum ultima editio, Gothofredo posterior nova multa suppeditare potest,) nec alij Legum veterum ac Recentiorum celebriorum libri negligentur.

§. 145. In ipsis autem Iustinianeis Legibus distinctiones graduum per signa quædam exprimentur, ut appareat, quæ Leges sint magis necessariæ, ac velut Classica, sed sedes materiarum, quæ utiliores & πρακτικώτεραι; contra, quæ difficiles, & ut quidam vocant, Candidatoriæ; quæ minus usitatæ, quæ plane abrogatæ: unde eadem opera differentia Theoriæ & Praxeos elucebit.

§. 146. Circa MATERIAS ideæ quædam & Synopses, in singulis partibus generalibus compendiose à nobis exhibebuntur; ita præsto erit brevissima synopsis juris universi, Magistratuum, Pœnarum, Delictorum, Processus, Actionum, Matrimonialium, Contractuum, Feudalium &c.

§. 146. Hic & Recentiorum quarundam famosarum Legum, uti Nemeseos Carolinæ, Constitutionis Maximiliani de pace publica: item de Notariis &c. illustratio, & repræsentatio referetur.

§. 148. In his igitur diversis selectis & curiosis nova quadam ratione veri ac varij, ut sic dicam, Tractatus Tractatuum Veterum & Recentiorum velut in nucleo exhibebuntur, & hodierna jura ac mores quasi in tabula apparebunt, suamque cum veteribus harmoniam ostendent, quod in jure quoque publico & utile erit, & jucundum.

§. 149. Lucem denique UNIVERSALEM Toti inferent omnia Schemata, Indices, Ideæ, Synopses, Tabulæ per varias materias titulosve diffusæ. Quales plurima jam præparata sunt, & sub manibus indies nascuntur, applicantes jus nostrum ad jus naturæ hodie per Grotium & similes alios resuscitatum; ad jus Divinum Theologiam Historiam, Geographiam, Philosophiam, Philologiam, Oeconomiam, Politicam, Rem militarem, Medicinam, Mathesin, Poësin quoque & rem Metricam variis carminibus hinc inde insertis, & memoriæ utilibus, & Lectioni jucundis, materias & titulos juris nostri illustrantibus.

§. 150. Erunt fortè, qui nos in Aulâ & apud Iudicia suprema versantes, tantum nobis sumere mirabuntur, sed hi sibi persuadeant, animos ad universalia respicientes, & omnium Harmoniam attendentes, & variorum Authorum instituta, & methodos inter se comparantes facile commoditates quasdam advertere potuisse, quibus difficultates etiam insuperabiles vulgò visæ complanentur.

§. 151. Credant potiùs, nos tot scientiarum Affinitates non ad ostentationem, verum ad condimentum imò & complementum junxisse, quo sanè carere non possumus, si quam, & vel maximè nostram hanc juris ac justitiæ, ne dicam universalis, artem perfectam appetamus.

§. 152. Ita habes, Benevole Lector, Instituti nostri in antecessum quidem, & Rationem, & Formam; videbis facilè, si Tibi Librorum hujus temporis cognitio est, Rem, si vota omnium spectes, veterem, si executionem, imò & si ipsam Ideam & modum consideres, Novam.

§. 153. Ubi si qua adhuc obscuriùs dicta videntur, sententiam continue, usque dum Opus ipsum introspexeris, cui quædam reservanda fuisse, ipse facilè cogitabis.

§. 154. Hoc interim contestamur sincerè nos, quibus & majorum continuâ Doctrinâ, & studio nostro honestè vivere concessum est, non alio stimulo impulsos fuisse, quàm nostra hæc statim ab ingressu cursus Iuridici agitata, publico communicandi lubentissime; gratulaturi nobis, si modò hunc velut Indicem pari deinque ordinatique Iuris nostri videbimur subministrâsse.

§. 155. Omnem sanè operam ac Laborem impendemus conatibus hiscè nostris in lucem proximè emittendis, quantum gratia Cœlestis, quantum principalis indulgentia affulserit; quantum denique concesserit valetudo. Tu tantum, Lector optimè, quæ probas, ne carpe, quæ improbas, his meliora admone, agnoscemus & assentientis Candorem, beneficium & emendantis; stimulabimurque ad alia æquè nova, ac præparata (horum modò fortunata exspectantia) producenda.

§. 156. Summis verò illis ac Terrarum Moderatricibus Animabus nobiscum à DEO & perpetuam pacem inter se, & in eâ justitia, ad Theodosij, Iustinianei, Imperatorum vel uno hoc enatu famæ æternitatem meritorum exemplum, restituendæ animum curamque: nobis verò & Earum in labores nostros propensionem constantem & valetudinem secundam precare: ac quando hoc unum superest, Vale.

APPENDIX.

Schema I. Sub Signo. ⊖.

pertinet ad §. 41.

Partes. Libri. Series Digestor : *Tituli.*

I. -	(1)	Generalia ---	1-4
		Personæ - -	-5-7
		Realia - -	8
		Ius publicum -	9-22
	(2)	Iudicia - -	1-13
		Contractus -	14. 15
	(3)	Iudicia - -	1.3.4.6
		Delicta - -	2
		Contractus	5.
	(4)	Generalia	
II. -	(5)	Iudicia - -	1
		Successiones -	2 - 6
	(6-10)	Realia	
	(11)	Iudicia - -	1 2
		Realia - -	3 - 8
III. -	(12)	Contractus - -	1. 4. 7
		Iudicia - -	2. 3.
IV. *à lib.*	(13-21.)	Contractus	
20. 22.		Coutractus	1 2
		Iudicia --	3. - 6
	(25.27.)	Personæ -	
	(28.36.)	Successiones	
VI.	(37.)	Successiones	- 1. - 13.
		Personæ --	14. 15.
	(38.)	Personæ --	1. - 5.
		Successiones	6 - 17.
	(39.)	Realia - -	1. 2. 3.
		Ius publicum	4.
		Contractus	5.
		Successiones	6.
	(40.)	Personæ	
	(41.)	Realia	
	(42.)	Iudicia	
	(43.)	Realia	
	(44.)	Generalia -	1. 5. 7.
		Iudicia - -	6.
VII.	(45.46.)	Contractus	
	(47.)	Delicta	
	(48.)	Delicta	
	(49.)	Iudicia --	1. - 13.
		Publica --	14. - 18.
	(50.)	Publica - -	1 - 15.
		Generalia -	16 - 17.

SCHEMA II.

Sub Signo ☾.

pertinet itidem *ad* §. 41.

Lib. ff.	Lib. Cod. Series Cod.	Tit. Cod	
	(1.)*	Ius Sacrum	1 - 13.
I. - - -		Generalia	14 - - 17. 23.
		Iudicia	18 - 22. 44.
		Ius publicum	24-43.46.47.
		Iudicia -	44.45.48.54
		Ius publicum	55 - 58.
II. - -	(2)	Iudicia	1. 2.
		Contractus	3. 4. 5.
III. - - -		Iudicia	6 - 18.
IV. - - -		Generalia -	19. - 54.
		Iudicia -	55 - 58.
V. - -	(3)	Iudicia -	1 - 27.
		Successiones	28. - 31.
VI. - XI. --		Realia - -	32 - 38.40.44.
		Iudicia	39.
XII-XIX. XXI. XXII.	(4)	Contractus -	1. - 9.
		Generalia	10 - 17.
		Contractus	18.
		Iudicia -	19 - 22.
		Contractus	23 - 58.
		Publica	59 - 63.
		Contractus	64 - 66.
XXIII. XXVII.	(5)	Personæ -	1 - 52.54 - 75.
		Iudicia. -	53.
XXVIII. XXXVIII.	(6)	Personæ -	1 - 8.
		Successiones	9 - 37. 39 - 62.
		Generalia	38.
XL. --	(7)	Personæ -	1 - 24.
XLI. - - -		Realia -	25 - 41.
XLII. XLIX.		Iudicia	42. - 75.
XLIII.	(8)	Realia -	1 - 10.
		Publica -	11. 12.
XX. ---		Realia -	13 - 34.
XLIV. ---		Generalia	35.
		Iudicia -	36.
XLV. XLVI. - -		Contractus	37 - 45.
		Pgrsonæ -	46 - 48.51.
		Ius publicum	50.
		Generalia	52.
XXXIX. --		Contractus	53 - 55.
		Successiones	56 - 58.
XLVII. XLVIII.	(9)	Delicta	
XLIX. L.	(10)	Publica.	
	(11)	Publica.	
	(12)	Publica.	

SCHEMA III.

Sub signo. ☿

pertinet *ad* §.65.

Speculum Legum Confusarum, Exhibitvm in *Tit. Dig.*

DE PROCVRAT.

VVlgaris ejus Tituli ordo huc redit; ponitur in *Lege* 1. Definitio, Objectum, modus causandi, Finis, modus causandi. *Lege* 2. subjectum, modus causandi, Subjectum. *Lege* 3. Objectum, tempus *L*.4. tempus *Lege* 5, 6. & 7. modus causandi. *L*.8. Efficiens, modus causandi, Subjectum, Effectus. Contrarium. *L*.9. 10. & 11. Contrarium. *L* 12. 13. Contrarium & Effectus. L. 14. 15. Effectus contra Procuratorem, pro Adversario.

sario. *L. 16.* Contrarium, Effectus pro Domino contra Procuratorem. *L.17.* idem. Effectus pro Procuratore. *L.18.19 20.21.22 23.24.* idem *L.25. 26.* modus effectuandi. Effectus pro Domino contra Procuratorem. 27. Effectus contra Dominum. modus effectuandi. Effectus pro Adversario. Effectus pro Domino contra Adversarium. *L.28.* idem. *L.29.* Effectus pro Adversario contra Dominum L.30. Effect. pro Procuratore contra Adversarium. *Lege* 31. effect. pro Adversario contra Procuratorem, & pro Procuratore contra Dominum. Subjectum, modus causandi, contrarium. L.32. modus causandi L.33. efficiens, subjectum efficiens: subjectum, cognata. L.35.36. 37. 38. Effect. contra Procuratorem. L.39. Idem. modus causandi. L.40. objectum. modus causandi, cognata. L. 41. Subjectum. L. 42. Objectum. Effect. pro & contra Dominum & Procuratorem. Subjectum. Efficiens. Cognata. L.43. Efficiens. subjectum. Efficiens, Effect contra Procuratorem. L.44. idem L.45. Idem. Efficiens. Effect. contra Procuratorem. L.46. Efficiens, modus causandi, cognata. Effect. pro Domino contra Procuratorem. Effect. pro Procuratore, contra Dominum. Subjectum. L.47 48. Subjectum. Effectus pro Procuratore contra Adversarium. L. 49. Effect. pro Adversario contra Dominum. L. 50. Effect. pro Domino contra Adversarium, L. 51. cognata. L.52.53.54.55. Effect. pro Procuratore contra Dominum. L.56. Effect. pro procuratore contra Adversarium. 57. Effect. pro Procuratore. L.58. idem. L.59. idem. L.60. idem. L.61. Effect. pro Adversario contra Procuratorem. L. 62. Effect. pro Procuratore, contra Adversarium. L.63. idem L.64. cognata. L.65. modus causandi. L.66. Effect. contra Dominum. L.67. Effect. contra Procuratorem. L.68. Effect. pro Domino contra Adversarium. L 69. Effect. pro Domino L. 70. cognata 71. *Objectum & Efficiens. L.72. Effectus pro Domino contra Adversarium, L.73. Effectus pro Adversario. L. 74. Efficiens. L.75. modus causandi. L.76. cognata. L.77. idem, L.78. idem. Effect. pro Procuratore contra Adversarium.*]

Tertio loco Medicos collocamus.

Quartus locus Philosophis debetur.

De Decanis. V. Quodlibet autem hactenus enumeratorum Collegiorum Decanum sibi eligere consuevit. Olim vocabantur Decani, qui decem militibus erant præpositi: (*tot. tit. Cod. de Decan. libr. 12.*) Nobis illum significat, qui in aliquo collegio primus est & honorabilior; (*cap. post electionem, de concess. prebend. cap. cum inter universa. de electione.*) In priscis Academiis in singulis facultatibus deni habebantur, qui singulas diei horas antemeridianas, & pomesidianas, in explicandis facultatis suæ dogmatis, possent consumere: & illis præfectus vocabatur Decanus, quod suæ decuriæ præses & moderator esset. Ex quo factum est, ut adhuc hodie nobis Decani permanserit appellatio. Decani munus est: I. convocare Collegas. II. si ab ea facultate consilia perantur, Decano incumbit, ut auditis prius aliorum suffragiis, sententiam concipiat, eandemque postea in mundum redactam, sigillo obsignet. III. Si qui sunt, qui ad dignitates Doctorales promoveri volunt, hi prius nomina sua Decano dare tenentur.

De Rectore Magnifico VI. Qui inter Professores primas sibi partes vindicat, Rectorem, ad exemplum Ciceronis, dicere consuevimus, Is enim Rectorem Reipublicæ appellavit eum, qui summam in Republica autoritatem habuit: Caput quoque dicitur Academiæ, vel Collegij, & nihilominus tamen rectissimè Collega. *Is vero an Clericus vel Laicus esse debeat?* quærunt Doctores. In nostra Germania uterq; est illius muneris capax. Rectorem nostris in Academiis Professores eligunt, vel suo ex ordine vel Principum, Comitum, Baronumve ex numero, in Academia literis operam navantium, non magno ætatis habito respectu. Statuto Academiæ Griphisvvaldensis cautum esse refert Matth. Steph. *d. c.* 11. *n.* 30. ut si quis electus temerè detrectet Rectoratum, & in sua sententia in tertium usque diem, absq; probabili & evidenti ratione persistat, tres aureos pro mulcta exsolvere teneatur, & nihilominus Rectoris munus suscipere cogatur, sub pœna amissionis privilegiorum. Wittenbergæ quoq; consimilem extare legem novimus, quæ tamen adhuc virgo. & in hodiernum diem integra & illibata est, planè ut Respubl. (quod aiunt) Venetorum. (ita jocatur in eam Taubmannus *in Hercule Academ. pag.* 28.) Munus Rectoris est, Studiosos in album recipere, de negotiis suæ juridictioni subiectorum cognoscere, & si quæ alia in puncta juravit, ea summa observare studio. Qualitas causarum quandoque permittit, ut solus partes audiat, & sententiam ferat; contra quandoque requirit, ut Assessores sibi jungat ex Professoribus delectos; vel etiam Concilium, aut Consistorium, ut alibi nominatur, cogat, atque idem omnium facultatum publicos Doctores convocari curet. Cæterum Rector peregrè abiturus interdum vi statutorum (ut Tubingæ) jurisdictionem suam antiquo mandat Rectori, tradendo ei sigillum, & librum statutorum, penes quem Prorectorem eandem esse potestatem, quæ penes ipsum Rectorem, eundem quoque honorem eidem deberi, qui Rectori præsenti. Si tamen aliqua in Academia non extet statutum, cui Rector, si peregrè abire velit, mandare debeat suam potestatem, proindeque illi mandet imperium suum, cui velit, Prorectori huic non idem debetur honor, qui ipsi Rectori debetur, quamvis iurisdictioni Rectoris præsit. Ad honorem Rectoris pertinet, quod Principis repræsentet personam, indeque omnes præcedat, Episcopos etiam, ea in Academia literis operam navantes.

Rectoris Academici dignitatem indicant

I. Præcedentia, vel locus honoratior in eundo & sedendo pro more cujusque Academiæ. I
[add. *Ludovicus Galliæ Rex intra subsellia Iasonis sedit, etiam cum ad Collegium perventum esset, Rex Iasoni sinister adæquitavit, cum his verbis*: Nunc, Iason, incipit tuum regnum. *Vid. Piccart. in Obs. Hist. Pol. Dec. 7. c. 1.*] Vernulæus in descript. Acad. Lovan. *lib. 1. cap. 6. pag.* 24. *& seqq.* de Rectore ejusdem Academiæ differens, ait; Summum & unum est Academiæ caput, seu princeps unus: hunc Rectorem appellamus. Ejus dignitas omninò magna est. Quippe omnes urbis Magistratus, Clarissimi omnes viri, & quicunque

dignitatum gradus, illi assurgunt, & de via decedunt. Quivis alius honor submittere huic fasces debet; atque idcircò, quod suprema sit Rectoris in Academia potestas, ac tanta, quanta olim Brabantiæ Ducis, qui eam illi cessit, & magistratus, qui resignavit. Cardinalibus tantùm, & Apostolicis Nuntiis, qui Legati de latere simul existant, in Academia cedit, qui Rector. Carolus V. ille Imperatorum verè Maximus, anno 1545. huic Academiæ Principi, loco cessit, & latus texit. Is erat tunc Iodocus Ravensteyn, Tiletanus, S.Theol.Licentiatus. Nimirum ut quantus sapientiæ Magistris honor debeatur palam hoc exemplo faceret, ita postulante studiorum favore, & Academicarum personarum dignitate: Ea fuit tanti Cæsaris admiranda humanitas.

Imitati illum sunt, & hanc Academici Rectoris dignitatem coluerunt, Illustrissimus Gerardus Qvvesbekanus, Leodiensis Episcopus Princeps, & amplissimus, clarissimusque vir, Andreas Gail. IC. Cæsareæ Majestatis Consiliarius & Legatus. Hi enim, cum de pace Belgica ex Imperatoris Rudolphi II. voluntate acturi, Lovanio Gandavum contenderent, anno 1576. Rectoris latera utrimque cinxerunt, & inter se medium procedere voluerunt. Nicolaus Everhardus à Middelburgo, IC. Clarissimus, & supremi Senatus Belgici Mechliniæ Præses, in locis argumentorum legalibus, *loco 116. de tanquam seu respectivis n. 9.* videtur, inquit, Rector universitatis præferendus in sessione etiam Episcopo loci vel diœcesis, qui interest actui celebrando in universitate, non ut scholaris, sed ut episcopus. Et ita observari vidi, si rectè memini, in quodam actu solenni tempore D. Ioannis de Hojen, Episcopi, dum vixit, Leodiensis. Erat ea tempestate Leodiensis diœcesis Lovanium. Et verò, quanti facere Rectorem & Academiam oporteat, illustri ad posteritatem exemplo, Carolus Bellicosus, (vulgò audax) Brabantiæ Dux, ostendit. Is anno partæ salutis 1464. mense Ianuario, Antvverpiã Provinciarum suarum ordines evocarat, & Academiæ rectorem, ut adesse unà vellet, missis literis monuerat. Aderant igitur Brabantiæ, Hanneoniæ, Artesiæ, Comitatus Namurcensis, Ordines, Prælati, item Nobiles, & quorundam Flandriæ oppidorum Deputati: & aderat Academiæ Rector, eo tempore Robertus de Lacu, I. V. D. quem, cum aliis ex Academia viris clarissimis, benignissimè & gratiosissimè excepit. Cum autem coram Duce, qui tum in aula Cœnobii Divi Michaelis cum consilio suo erat, comparere omnes deberent, præcepit Dux, ut Academię Lovaniensis Rector coram se primum dicendi locum obtineret, declarans, se illum, & Academiam Lovaniensem nobilissimum, honoratissimumque Brabantiæ totius membrum habere: ipsum deinde congregati ibidem ordines dicendo sequerentur. Hanc Ducis voluntatem Toparcha Bergæ ad Zomam Rectori, ut jussus erat, significavit. Neque quisquam hunc honorem Principi Academiæ tum invidit, quod in illo, & Academicis viris virtutis, & sapientiæ moderatoribus, honorandam esse virtutem, sapientiamq; omnes judicarent.

II. Prælatio sceptri: Ernest. Cothman. *resp. sing. sive Academ. n. 108.* Numerus sceptrorum illorum non ubiq; unus est, ut hic iterum ad privilegia & morem recurrendum sit. Cum in publicum prodit Rector Lovaniensis, ante eum it Accensus, & argenteum præfert sceptrum: exeuntem autem ad Comitia, aut cum solennis indicta supplicatio est, vel festus aliquis è primis dies octo, ac nonnunquam plures Accensi præcedunt, singuli argenteum gestantes sceptrum, auro obductum, insignia honoris amplissimi. Vetnulæus *d. l. p. 77. & seq.* Est autem sceptrum signum correctionis, & insigne jurisdictionis, ac officii, sine quo, ceu potestate corrigendi, non potest esse Rector. Hœpping. *tract. de jur. insign. c. 2. sect. 6. membr. 1. n. 558. p. 109.*

III. Amictus peculiaris & augustus; nempe ferè generaliter epomis, sive paludamenti genus ex panno serico coloris purpurei & caputiom ejusdem materiæ. Rector Academiæ Iuliæ, durante officio, est sacri Palatii Lateranensis, aulæ, & Imperialis Consistorii Comes, ex privilegio Maximiliani II. Sagittarius *de Comit. Palat. th. 13. lit. a.* Tenor privilegii concessi anno 1579. Pragæ 9. Maii, & Helmstadii, dicto anno, per Iacobum Lucium typis descripti, talis est: *Sed etiam dictum Henricum Iulium per nos designatum primum Rectorem, eiusque in illo officio & dignitate in posterum seligendos, ex speciali gratia & favore, sacri Lateranensis Palatii aulæque nostræ & Imperialis Consistorii Comites facimus, creamus, erigimus, ac Comitis Palatini titulo atque dignitate clementer insignimus, aliorumque Comitum Palatinorum numero, cœtui & consortio adscribimus, adiungimus & aggregamus; decernentes & statuentes, quod universo illo tempore, quo dictæ dignitati Rectoratus præsunt & præfuerunt, omnibus & singulis privilegiis, gratiis, juribus, immunitatibus, honoribus, exemptionibus & libertatibus uti, frui, potiri, & gaudere possint, & valeant, quibus cæteri Lateranensis Palatii Comites hactenus usi, potiti & gavisi sunt, seu quomodolibet utuntur, fruuntur, potiuntur, & gaudent, consuetudine, vel de jure.* Cæterùm hic Magistratus Academicus, non perpetuus, sed temporalis est. Altorphii annuus est, semestris Wittebergæ, Lipsiæ & alibi: trimestris apud alios.

CAPUT LXIX.

De Studiosis, ritu depositionis, inscriptione, studiis & exercitationibus.

I. DIscentes in Academiis quandoque Scholares, nonnunquam Clericum, frequentius Studiosi & Studentes appellantur. Scholaris vocabulum, licèt illis quoque conveniens sit, qui in trivialibus adhuc versantur scholis, attamen his nostris quoque per excellentiam, qui in scholis sublimioribus constituti degunt, usus attribuit. *Studiosorum nomen.*

II. Receptus hactenus fuit in Germania depositionis, ut vocant, ritus, quo remoto beanismo ad Studiosi nomen via sternitur, Atque adeò quidem consuetudine is firmatus, ut plerisque, etiam *Ritus Depositionis.*

ipsos

ipsos inter Professores, persuasum hæreat, ni quis hoc modo deposuerit cornua, eum nec Studiosi nomine dignum, nec ad congressus literatorum admittendum. Unde quandoque evenire vidimus, ut qui aliquot per annos in Academiis vixerant, nondum hoc ritu exercitati, posteà defectu hoc in studiosorum notitiam perveniente, invitos etiam ad depositionem non sine conviciis traxerint. Et memini in Thuringia tractum, ubi æditui villani à compotationibus sui ordinis aliquem, uxore & liberis instructum, eo usque, consentientibus Pastoribus, removerunt, donec lenæ depositionis actu legitimam standi inter eosdem sibi acquisiverit personam [add: *Ego existimo jocosum & inutilem ejusmodi ritum in omnibus Germaniæ Academiis esse tollendum. Cui enim inservit bono? Novelli Studiosi tantum pecuniâ emunguntur. Et quamvis communiter ferè regerant, Pedellum Academiæ maximam partem inde vivere tamen hac ratio minime rem conficit. Et stramineæ etiam sunt rationes quas Dn. Autor mox ex Matthia Stephani affert, cui rectè etiam se opponit. Viguit iste mos jam olim Gregorij Nazianzeni & Basilii M. memoriâ in celebri literarum emporio Athenis. Lutheri judicium de hoc ritu vid. ap. Zeiller Epist. 246. Hoffmanni Orat. de Laude Deposit. Beatorum. Dn. D. Joham. Volck. Bechmanni. Diss. de Privileg. Studios. n. 5.*]. Allegant potissimum, actum hunc qui defendunt; veterum Philosophorum morem, qui neminem in suam receperunt disciplinam, nisi ingenium, naturam & mores eiusdem diligenter anteà exploràssent, ut de Pythagora & Aristotele auctor est Agellius *lib. 1. noct. Atticar. cap 9. & lib. 20. c. 4.* Aliorum etiam non literatorum poterant proferre exempla, quæ similitudinem & convenientiam cum nostro depositionis actu habere videntur. Mercatores Bergenses in Norvvegia, suos tyrones ludo, quem Neptuni vocant, das Wasserspiel/ singulis annis octennium usque miserimè flagellant, ac tantùm non excoriant & enecant. [add: *Mos ille Bergensis, cujus Dn. Autor hic mentionem facit, hodie meritò sublatus, ut testatur Spræ-gerus* in der Wechselpractick *in Progym. pag: 24*] Mercatores si quem itineris comitem, ad nundinas præcipue, habent, cui antea hæc nec visa nec trita via, so pflegen sie ihn zu hänseln / solent eum præviis aliquot cæremoniis ludicris suam in hansam suscipere. Norimbergam inter, & Lipsiam memini eosdem locum hisce actibus quasi ordinarium habuisse Neapolim, Neustättlein/ non procul Coburgo situm, in ædibus seu diversorio Consulis, Weiß dicti; Et, ni me fallit memoria, juxta Isenacum lapis perforatus est, vulgò dictus das Nadelöhr/ quem novitios suos perrepere cogunt. Nec verò tantùm suis has leges dicunt, sed & literatum quoque Studiosos hanc ratò æquali ritu sub hansam traxerunt; quorum tamen alii, mercatores quosdam superioribus annis condigno jure talionis in nobilissima Academia Giessena exceperunt. Monetarum fabricis qui præfecti sunt, tyrones suos varia onerant vexatione, & vestibus ludibris, tintinnabulis exornatis, spectaculum aliis exhibent. Nautæ promontoria certa observant, cuius primum ad adspectum novitios suos chordâ constrictos in mare deiiciunt, trinâque vice cis & ultra navis exteriora fundamenta trahunt, retrahuntque. Mechanicarum artium sectarores certis quoque utuntur ritibus, wann sie einen zum Gesellen machen/ quod ipsis per schleiffen / höfelen / & nescio quibus aliis exprimunt vocabulis. Præterea finis depositionis non videtur improbandus, cùm hoc actu de patientia & moderatione adolescentum fiat periculum, & una opera eorum progressus in literis humanioribus exploretur: (Matthias Stephani *d. tract. cap. 5. num* 4 Middendorpius *d. lib 1. cap. 16.*) Dreiserus (*millenar. 6. c. 4. p.* 282.) ubi spectaculum hoc quidem videri inane ait, sed non esse prorsus ἄκαρπον, utpote in quo seria jocis misceantur. (1) depositionem esse quandam initiationem, per quam cooptentur in collegium hospites, ut privilegiorum & immunitatum participes fiant. (2) esse quoddam examen & explorationem ingenii & morum. (3) excutere fastum seu φιλαυτίαν. (4) Esse simulacrum patientiæ, ab eruditis usurpandæ. (5) Esse admonitionem de officio. (6) Sal, sapientiæ symbolum, adhiberi & vinum affundi, ut ad alacritatem in tuenda professione inflammet: Antequam exoticas inviserem Academias, nunquam mihi in mentem venit, ritum depositionis pro suspecto habere, sed contrà acerrimus eius defensor, & rigidus eram exactor. Postquam verò eum nec in Italia, nec in Gallia, juxtaque Anglia frequentari vidissem, in Hispania non approbatum, inferiuri à Germania in exilium missum perpendissem, cœpi nonnihil dubitationum agitari fluctibus, tandemque totam istam depositionem, ut ridiculam, inanem, iniuriosam, literarii ordinis maiestati minus convenientem, denique errore non ratione aliqua prægnante introductam, abominari. Sit sane, Philosophos veteres discipulorum naturam, ingenium & mores exploràsse; atque hodie idem in tiar, non improbabo. At de modo quæstio nobis est: quem si à priscis mutuari voluerimus philosophis, alium & longè diversum à nostris deprehendemus moribus. Si qui sunt, quibus convenit juventutis sibi concreditæ mores, naturam & ingenium explorare, & cognitum habere penitus, trivialium Scholarum illi sunt Magistri. Ad cur apud eos quoque depositiones non introducimus, nec firmamus ritum? Cur si Pythagoram sequimur, silentium, quod suis iniunxit discipulis, repudiamus? Annon æquè hoc, ut depositionis nostræ actus, suâ nititur ratione? An reliquarum nationum Academiæ stupidæ & cæcæ, ut hoc morum, ingenii & naturæ non admittant scrutinium? Itane in erudienda juventute, quam depositione non probârunt, nostris infeliciores? Philosophi propterea juventutis explorabant ingenia, ut si quem aptum studiis, & severitati disciplinæ suæ deprehenderent, eum susciperent discipulum, ineptum contra ne admitterent. Nostrum hoc falsò ita habitum scrutinium, non cuius sub disciplinam juvenis dandus, sed alius, quem Depositorem vocamus, exercet, Patiens & impatiés, civilis & incivilis, asinus & generosus equus, juxta ibi habentur. Omnis ad depositionis ritum admittitur, quilibet admissus, à studiis, cætera aptus vel ineptus, non removetur. Examen si urges, quod quolibet à Magistro, in Collegium

Philosophorum recepto, quem Facultistam nominare moris est, consummari potest, illud à depositionis ritu diversum judico. Et poterit id optimâ ratione retineri hoc etiam sublato. Ita alicubi juvenes Studiosos, alibi licèt deposuerint cornua, examinari novimus, ea an scientiâ instructi sint, publicas lectiones ut possint cum fructu frequentare. Idem alibi fieri poterat, & quidem tunc, quando Rectori sua credunt nomina. At ne exiguum illud lucellum, quod fortassis altera columna est, quo sustentatur hæc machina, pro examine quod redit ad Facultistas, in fumum abeat, eodē statuto, quo cuique præscribitur, quantum pro inscriptione Rectori numerandum sit, poterit firmari.

Pennalismus meritò prohibitus.

III. In plerisque Academiis pro ratione pennalisationes, ut vocant, prohibitæ [add. *Neophytorum Studiosorum, qui à trivio ferulaque recentes in Academiam veniunt, exagitationem, si intra modum consistat, non improbandam videri, præsertim si quod solet, recenti libertate ferocientes, veteranis statim æquari volunt, desinuntq; (verbo Senecæ* 5. benefic. 15. *) meminisse quid fuerint, scribit Berneggerus* diatribe 4. in Suetonii Cæsarem cap. 39. thes. 4. lit. d. *Cæterum tanti hæc non sunt, ut ad Pennalismum justificandum valeant.*] Pennalisationi autem depositionis ritus ferè geminus est, & ut ovum ovo respondet; aut si aliqua inter hæc differentia surgit, exigua ea planè apparet. Colaphis atq; plagis si patientiam juventutis merimur, cur non privatim nostros gnatos domi nosmetipsi quotidianis colaphis ad patientiam componimus publicam? Illud in aperto est, liberalia ingenia, verba; stupida & asinina demum, atque servilia, verbera admittere: *l.* 8. §. 2. C. *de repud.* Quod si nunc hanc, quam semel requirunt in depositione, patientiam perpetuam Studioso voluerint, scilicet, ut Spartana continentia injurias plagasque concoquat, quis, modò non sit abiectissimi animi, ad Studia animum applicare erit paratus? Quis non eius, quam sequi constituerat, disciplinæ desertor futurus, si sentiat, eam sibi imponi legem; ut tanquam cloaca publica omnium excipiat vomitus, omnium hauriat injurias? Si plagis atque scommatibus ad futura Studiosis perferenda onera, molestiasque alias, conjecturam sumis, à vero aberras maximè, à disparibus judicium formas. Ab uno actu habitum si æstimas, à præsentibus futura si determinas teipsum simplici decipis credulitate. Cornua Depositor beanorum imponit capiti, ea rursus securi, aut alio deiicit instrumento, in symbolum mutari status. Quid audio? adeone syllogismis, quos logici cornutos vocant, in Scholis trivialibus juvenes innutriuntur, cornuti ut ipsi evadant? An castissimæ Musæ suos spectatores, cultoresve, Actæones formant? An bonæ literæ artesque humaniores nobis cornua imponunt? Quod si contingat fortassis Præceptorum indulgentia, discipulorum aliqui ut cornua sumant, an quod paucorum est omnibus attribuemus? an signo à Depositore resecto, res quoque signata, quæ intus & in animo hæret, simul resecta censebitur? Posito vero, divinā hanc energiā quasi quodam privilegio manui Depositoris attributam, annon qui hodie ponit, cras poterit sumere cornua, aliisve cucurbitatione, ut Longobardico utar, imponere. Dentem juveni Depositor in os intrudit, quē den Bachanten zahn appellare consuevit, aliquam tantum ut prominere partem eius videas, eum volsellâ rursus extorquet, non sine chori applausu. Scilicet non sufficit unum delirium, agyrtarum etiam temeritatem præstat imitari. Quod si Theoninus aliquis hic esset, probarem facinus, citra improbo mysterium. Vestibus scenicis ad morionis cuiuspiam formam beanos suos (in re barbara, vocabulo utuntur barbaro, rei ut vox conveniens sit) exornat Depositor. Quem quæso hæc in finem? Fortassis spectatoribus, ne quid videatur scenæ deesse, aut ne ipse solus appareat desipere, compares sibi vestitu quærit. Aliis Comœdiis unus vel alter sufficiens est morio, tota hæc ex morionibus constat. Quæstiunculas Choragus noster totum spargit per actum, ne muta transeat scena. Beanus si ad quæsitum, quid sit Grammarica, respondeat; est ars: miserum tunc verberibus ad pœnam trahi videas, quòd obscœno usus fuerit vocabulo, & nescius Grammaticam esse librum. Huius farinæ reliquæ quoque sunt, ut non sine ratione proverbium inde enatum sit, quo Depositors-Possen/ eas dicimus argutias, quæ parùm habent leporis, & ingenii. Pœnitet hisce nugis seria amplius opponere: concludam tandem Timæi Fabri verbis: Non tulit, inquit ille (*in diatyposi annotat, scholar: thes.* 42) Imperator injuriosa rhapismata in emancipationibus liberorum: *l. ultim C. de emanc. liber.* multo minus in iis, qui legitimâ auspicantur & patagunt studia, indignos & pessimos, imò magis serviles ludos, & quorum effectus mera injuria est: Potuit verò apertiùs aptiusque circumscribere gestus, quos vocant depositionum, quos fœdo præludio frequentari quondam & hic vidimus, & alibi videmus. Exue tandem hanc quoque barbariem Germania, quæ quoque animas meliore sorte reformas. Admonitioni Timæi Fabri, quam modò retulimus, nullibi, quod sciam, in Germania satisfactum, sed ferè ubiq; ad exemplum hujus actus, qui magistratus consensu peragitur, alius eorum, qui nomine studiosorum muntur, licentia invectus fuit sub titulo deß Pennalisirens/ atq; eousque excrevit, ut vix admittat remedium. Extat tamen nonnullorum Electorum & Statuum Imperii, nomine Augustanam confessionem sequentium in scriptum redacta constitutio, quæ hunc morem planè damnat, relata à Knipschild (*de civit. Imp. jur. lib* 5. *c* 16. *p.* 1119. *n.* 45.) deß H. Röm. Reichs Churfürsten und Stände Augsp. Conf. Verwandten/ bey gegenwertigem Reichstag zu Regenspurg/ anwesende Räthe/ Bottschafften und Gesandte/ x. Urkunden und bekennen hiermit/ nachdem unsere gnädigste/ gnädige und hochgeehrte Herren Principaln/ uns mannsein theils mit gegebenen/ theils nach und nach eingelangten instructionen, gnädigst/ gnädig/ und günstig befohlen/ auff zulängliche Mittel und Weg zu gedencken/ wie die bey etlichen Academien in Teutschland eingerissene/ und höchststraffbare Unordnung deß Pennalisirens/ und die darauß entstehende ärgerliche Laster schändliche Ubelthaten und verderbliche Verführungen/ vermittels cooperation und zusammensetzender

anto-

autorität / der an solchen Academien interessirende Reichsstände / würcklich abgestellt werden mögen / wir uns dem zu schuldigster Folge / daruber zusammen gethan / vnd / nach reiffer der Sachen Vberlegung / befunden / daß zu Abschaffung solches in gemein schändlichen vnd ärgerlichen vbels / eine conformität der Gesätz / vnd dero darinnen wider die Autores beliebten Straffen / erfordert werde; derowegen wir vns auff Ratification vnserer gnädigsten / gnädigen und hochgeehrten herrn / eines modi, dardurch solchem Vbel vermittels Göttlicher Hulffe / gesteuret werden kan / vereinbahret / vnd darfür gehalten / daß wann vnsern gnädigst / vnd gnädigen Chur-Fürsten / vnd hochgünstigen Herrn / gnädigst / gnädig / vnd günstig gefallen solte / nachgehends patent auff eine gewisse vnter ihnen beliebte Zeit / welche etwan 3. Monat nach geschlossenem Reichstage seyn könne / auff ihren vnterhabenden Academien zu publiciren / dardurch diese grausame Barbarische vnordnung abgeschafft werden könne / deßen inhalt also lautet:

Vrkundten / ꝛc. Nach dem wir die schwehren vnd harten Landplagen / insonderheit den blutigen langwührigen Krieg / damit der Allmächtige Gott / nach seinem Gericht / vnser geliebtes Vatterland Teutscher Nation / sambt andern benachbarten Königreichen vnd Landen heimgesucht / zu bedächtlichem Gemüth gefuhret / vnd den Vrsachen / wordurch obgeregte Plagen / vber so herrliche / blühende Land vnd Leuth gezogen / etwas reiffer nachgesonnen / so haben wir vnter andern grausamen Lastern / welche wider die erste vnd andere Taffel der H. Zehen Gebotten Gottes / vngeschewet im Schwanck gewesen / nicht die geringste zu seyn befunden / die auff den Hohen Schulen in Teutschland vnter der studirenden Jugend eingerissene / höchschädliche vnordnung vnd gewonheit deß pennalisirens / da etliche Ruchlose / freche / vbelerzogene / aller Christlichen Zucht vergessene junge Leuthe / den jenigen / welche von andern trivial-Schulen Pædagogiis, oder Gymnasiis, sich auff Vniversitäten / eine mehrere wissenschafft in den Hauptsprachen / freyen Künsten / vnd in Philosophicis zu fassen / auch in den hohern Facultäten sich informiren zu lassen / vnd zu proficirn begeben / oder an denen Orten / wo Vniversitäten seyn / gebohren vnd gezogen / hochärgerlicher weise nachstellen / sie nicht allein mit schimpfflichen höhnischen Geberden vnd Worten / sondern auch gar mit vnehrlichen abschewlichen Frevelthaten vnd Schlägen Barbarisch tractiren / ihnen öffters solche Dienste vnd Auffwartung / welche ein vernünfftiger Herr seinem geringsten Diener anzumuhten / Bedenckens trägt / auffdringen / ja so offt es ihnen gefällig / solche new angehende Studiosos mit Schmäussen vnd kostbaren Gastereyen / beym An- vnd Abtritt / auch wohl sonst / so offt es ihnen beliebet / beschwehren / also / daß das jenige / was die Eltern ihren studirenden Söhnen / offters mit ihrer höchsten Vngelegenheit bey diesen Geltklemmen den Zeiten / zur Zehrung auff ein Jahr destinirt, bey einer vnd andern Zeche vnd Gelach verschwendet werden muß / und dardurch manches schönes Ingenium mit obgedachten lasterhafften exagitation vnd concussionibus desperat gemacht / an dem Fortgang seiner wohl angefangenen Studien verhindert / die Eltern vmb ihre geschöpffte Hoffnung / darneben Kirchen / Raht-Häusser / Schulen vnd das gemeine Wesen / vmb ein nutzlichen Werckzeug / vnverantwortlicher Weise gebracht werden.

Als aber vns obliegenden hohen Obrigkeitlichen Ampts / und Vorsorge wegen / gebühret / solcher / vnd dergleichen Kirchen- vnd Policey hochschädlichen lasterhafften Vnordnung / Mängeln vnd Gebrechen mit allem Ernst / Eyfer vnd harten Straffen / zubegegnen / damit GOttes brennender Zorn / nicht ferner über vnsere Land vnd Leuth / wann dergleichen Sünde vngestrafft bleiben / gezogen werde; and aber ohne conformität der Gesetze / vnd der darinn wider alle muthwillige Freßler gesetzter Straff hierinnen schwerlich etwas zu erheben / noch fruchtbarlich außzurichten / so haben Chur-Fürsten und Stände der Augspurgischen Confession zugethan / deren Chur-Fursten-thumber / Hertzogthumber vnd Lande im Röm. Reich teutschee Nation mit Academien / und hohen Schulen versehen / durch ihre bey der zu Regenspurg Anno 1653. vnd 1654. gehaltenen Reichs-Versamblung anwesende vornehme Räthe / Gesandten und Bottschafften sich hierüber / und wie solcher höchststraffbaren Vnordnung mit einem durchgehenden ernsten Nachdruck würcklich gesteuret werden möge / gesprochen / das Werck reiflich uberlegen lassen / und auch auff abgestattete derselben vnterthänigste relation dahin verglichen / vereinbahret vnd geschlossen / daß hinfüro vnd von Publication dieses / keinem / der auff vnsern vnterhabenden Vniversitäten / Academien vnd hohen Schulen sich auffhält / oder ins künfftige / über kurtz oder lang / dahin begibet / er sey weß Stands oder Alters er wolle / erlaubet / sondern vielmehr einem jeglichen hiemit / vnd in Krafft dieses / ernstlich verbotten seyn solle / den new ankommenden jungen Studenten heimlich oder offentlich nachzustellen / sie auff der Gassen / oder in ihren Logamenten / Stuben / Schencken- vnd Wirthshäusern / am Tisch / in Collegiis, oder sonsten zu importuniren / zu exagitiren / oder zu beschimpffen / noch ihnen die geringste Außgab zu denen also titulirten Pennal access- absolvir- Stuben- oder Tisch-Schmäusen / es geschehe solches gleich vnter dem Vorwand der National Conventicul, welche hiermit / als vnzulässig / abgeschafft seyn sollen / oder irgend vnter einem andern prætext, anmuthen / viel weniger ihnen mit Bedrohungen / Schlägen / vnd liberalibus ingeniis vnanständlichen Diensten / zusetzen / noch sonsten auff andere Weg sich zu ihnen nöthigen / sondern sie vnter deß Magistratus Academici, oder ihrer eigenen Hoffmeister vnd Præceptorum Auffsicht und correction lediglich lassen sollen / damit nicht ex seminariis Ecclesiæ & Reip. Seminaria vitiorum & criminum gemachet / und an statt deß verhofften Segens / newe und mehrere Landplagen auff vnser geliebtes Vatterland / durch ein

vnordenlich wüstes Leben / vnter denen / welche für allen andern mit Frömmigkeit / Sittsambkeit / Höflichkeit / Erbarkeit / vnd andern löblichen Tugenden in der Welt herfür leuchten und gezieret seyn solten / devolvirt werden.

Obgedachtes alles wollen wir von einem jeglichen / der sich auff vnsern Vniversitäten anjetzo befindet / oder ins künfftig auffzuhalten gedenckt / auffs genaueste observirt haben / so lieb ihme ist die Straff deß Gefängnüsses / und nach gestalt deß Verbrechens / der Relegation cum infamia, zu vermeiden / welche ein jeder / so hierwider am geringsten zu frevlen / sich erkühnen wird / dergestalt vngesaumbt zuerwarten haben solle / daß wann er dieses so hoch verbottenen pennalisirens / und dessen anhangenden Lastern / und Vnordnung halben / in die obangedeute Straff verfallen zu seyn / declarirt worden / der / oder dieselbe / als malæ notæ subjecta, zu keinen Ehrenämptern oder Diensten / in vnsern Churfürstenthumben und Gebieten / in Geist- oder Weltlichen Stand beruffen / noch befördert / sondern als Leuthe / welche ihre Jugend in Laster und Ergernuß zugebracht / vnd alles favors vnwürdig allenthalben geachtet werden sollen.

Und damit dieser vnser vmumbgänglichen Verordnung / vmb so viel stärcker Folge geleistet werden möge / haben wir vns mit benachbarten Chur-Fürsten / Fürsten und Ständen / und sie sich hinwiderumb mit uns verglichen / daß wann einer dieses delicti halben auff einer Vniversität relegirt, die formula relegationis denen andern Vniversitäten intimirt, und daselbst der relegatus nicht angenommen / noch inter membra Academica gezehlt / oder gelitten werden solle / es wäre dann / daß er sich mit der vorigen Vniversität verglichen / und außgesöhnet / auch parti læsæ satisfaction gethan / und solches mit genugsamen Vrkundten bescheinigen könte / das meynen wir ernstlich / Gebieten darauff / ꝛc.

Zum Gezeugnüß daß vnter vns wider das so ärgerliche und schädliche pennalisiren auff Vniversitäten vorgeschriebenes Concept sub sperati beliebet / und vnser gnädigsten Chur-Fürsten und hochgeehrten Herrn Principaln vnterthänigst / vnterthänig und dienstlich zu fördersamster Vollziehung recommendirt und überliefert werden solle / haben wir dieses mit unserer Hand-Vnterschrifft und Insigeln bestättiget. Act. Regensp. d. 1. Maij. 1654. [add: *Vid. ad Georg. Richter. Epist. annexum iudicium Altorphinorum de Pennalismo tollendo. Rectè is hodie Ienæ Helmstadii, & alibi à Principibus Evangelicis sublatus.*]

Studiosi debent immatriculari.

IV. In Academiam postquam concesserint Studiosi, primâ occasione inscriptionem in matriculam à Rectore petere debent, intra tempora statutis præfinita. In Academia Giessena, intra novendium qui se matriculari non curat, mulctatur à Rectore. Idem fit in Rostochiensi. In Academia Salana arctior positus est terminus; (Vid. *lib. privil. constit. & statut. Acad. Ienens. p. 5. vers.*) So wollen Wir / daß kein frembder Student über drey Tage in vnserer Stadt Jena geduldet werden solle / der seinen Namen nicht bey dem Rectore angeben / und in matriculam, so darzu verordnet / hat schreiben lassen.

De promissione obedientiæ & iuramento Studiosorum.

V. In nostræ Germaniæ Academiis, quando Studiosi à Rectore immatriculationem expetunt, eidem coguntur vel stipulatâ manu, vel jureiurando, obedientiam legum, seu statutorum, promittere. Cuius promissionis modus prior humanior, alter verò rigidior quodam modo, duriorque; ut multi, qui aliàs lubenti animo Rectori reverentiam, legibusque obedientiam, quantum in ipsis est, vovent, hoc unicum subterfugiant, ne jurent. [add. *Si unquam cautione opus est in exigendis juramentis, certè hic opus est. Scimus enim iuveniles Studiosorum animos, ad prava esse plerunque proclives, adeoque autor essem Magnificis Rectoribus, ut, priusquam iuramentum exigant, indolem & mores juniorum bene habeant cognitos, ne dissolutioris naturæ & haud adeo bene educatis adolescentibus, quibus prava consuetudo altera natura quasi est, ad periuria ianuam patefaciant. Inter alia iuramenti capitula in multis Academijs solet occurrere: ut vitent ebrietatem, chartas lusorias &c. Sed quis, ut nunc quidem sunt mores, hæc rigidè semper observare potest, Menochius ita: Esset satius iuramentum Scholaribus remittere, quoniam scimus verisimiliter eos quotidie peierare. de A. I. Qu. cas. 192. n. 5.*] Scilicet qui jurare facit eum, quem verisimiliter periurium commissurum, aut vincula juramenti perrupturum agnoscit, plusquam homicida est: (post Felinum Asinius *de execution. §. 8. cap. 2. num. 12. arg. can. ille qui hominem, 22. q. 5.*) At quàm facilè inconsulta juvenum ætas, Rectori, atque statutis obedientiam licet juraverint, in contrarium flecti possit, sapientes norunt. Et iam olim hæc consideratio tam prægnans visa fuit Abbati, (*in cap. Clericos, num. 2. in fin. de cohabitat. Cleric.*) ut putârit, Scholares non debere jurare Rectori obedientiam, quoniam facilè possint periurium incurrere. Statutum, regeris, obstat. Hoc est, quod nimis dico rigidum, & si non tollendum protinus, mitigandum utique. Sanè stipulata quod promittit manus in vicem juramenti, & juramento æquipollens esse poterat. (*cap. ad aures, extr. quod met. causa.* Cothman. *responso Academico 17. num. 42. & seqq.*) Novi ego illustris cuiusdam Academiæ (ubi juramentum à Studiosis rigidè exigitur) proceres, post juramenti formulam typis expressam, hæc adiecisse formalia: *Hoc tamen, ne cui laqueus simpliciori ponatur, monere visum, nō periurum haberi, qui contra Statutum ullum fecerit, si Rectoris tamen iussis, vel in solvendo mulctam, vel pœnam sufferendo paruerit, nisi fortè pœna ipsa periurij adscripta sit.: tum enim certè, qui contra illud deliquerit, periurus meritò habebitur.* Eandem in opinionem Carpzovii *de Regalibus, thes. 38.* allegantes Melanchthonem *in Ethicis, p. 236.* scribunt: *Quemadmodum qui aliàs iurat, se legibus obtemperaturum, & non obtemperat, non est periurus, modò quoad pœnam obedire non recuset: ita Studiosus, qui noctu in plateis tumultuatur, non est periurus, si postea à Rectore citatus in pœna obtemperaverit; quia iuramentum obligat vel ad obedientiam, vel ad pœnam.* Verùm ne juniores vano hoc prætextu decipiantur, credantque mulcta pœnave periurium evitari, eorum in admonitionem paucula consignabo. Equidem immemor non sum, quantum

tum Academico concilio autoritatis tribuere conveniens sit, sed cum illud, æquè ut omnia corpora, hominibus constet, ab erroribus protinus immune & privilegiatum non prædico. Quoties ad periurij descriptionem, quæ nostræ quæstioni inserviens est, me converto, illud committi audio, quando quis id, quod iuravit, petulanter negligit: (Seraphinus de Seraphinis *de Privilegijs iuramentor. Privileg. 174. num. 1. & seqq.*) Studiosus autem, qui Statuta Academica se observaturum jurat, atque petulantiâ, dolo, culpâve, eadem non observat, iurata utique non implet: ergo periurium committit. Iuramenti si consideres verba, quod ea in Academia frequentatur, de qua modò nobis mentio fuit, apertè patebit, præcisam induci obligationem, nullâ disiunctivâ admissâ conditione. Non enim ea aut observantiam, aut pœnam ingerunt, sed observantiam tantùm: quod & cæterarum quoque legum est; quæ nos ad observantiam obligant, æquè ut contra eas à nobis patratum delictum nos obligat ad pœnam. Tenor hic est, qui sequitur: *Ego iuro I. me præstiturum obedientiam vobis, Rectori huius semestris, & successoribus, omnibus in rebus, quibus potero, ac debeo præstare, quam diu studiorum gratiâ in hac Academia versatus fuero. II. Quod toto illo tempore parere velim statutis, quæ & condita sunt, & posthac legitimè condentur, sedulò & diligenter. III. Iniuriam mihi factam consulto nec ipsum, nec per alium, me vindicaturum, sed super illa Rectoris auxilium imploraturum esse. IV. Me ex arresto mihi denunciato non discessurum, neque res meas sine permissu Rectoris hinc amoturum esse. V. Si, quod DEVS avertat, me ob delictum relegari, aut communitate hoc Studiosorum excludi contigerit, me tum ex oppido ad præfinitum diem discessurum. Ita me DEVS adiuvet per sanctum Evangelium suum.* Hoc juramentum qui præstitit, eidem si non satisfaciat, apertissimè periurus existit, quia non servavit ea, quæ se servaturum juramento promiserat: nec pœnam sustinendo, aut mulctam persolvendo, periurium effugit.

CAPVT LXX.

De Gradibus & Titulis Academicis.

Gradus Academici quando coeperint?

I. LAudatissimo consilio inter literatos introductum fuit, illis, qui egregios in studiis fecerunt progressus, sua, si petant, attribuere præmia, eoìdemque certis honorum gradibus exornare. Ii autem quando & ubi cœperint, adeo nobis expeditum non est; constat tamen, ante Gratiani Decretum, & Petri Lombardi Sententias, non fuisse usurpatos. Incidit autem Decreti editio in annum Christi 1151. Sententiarum verò Lombardi in annum 1160. Nonnulli eorum natales ita describunt: Postquam Lotharius II. [add. *Iam tum ante Lotharium II. tempore Mathildæ Comitissæ Tusciæ ius Civile Romanum in Italia viguisse, docet Dn. Conringius in libro de Origine Iuris Germanici, atque hac ratione communi Dd. opinioni sese opponit.*] Imperator, jus civile Latino sermone perscriptum, in expeditione contra Rogerium Regem Siciliæ, in Italiam, repetisset, idemque per Irnerium IC. in scholas & judicia è tenebris revocâsset, ne jus Pontificium negligentius tractaretur, & quoad fieri potest, cultum juris civilis retardarent Pontifices, Decretorum suorum Professores ferè circa annum 1151. honoribus auxerunt, Baccalaureos, Magistros, Doctoresque creando; in Theologia eos, qui Lombardi sententias didicerant, & aliis prælegerant: In iure verò eos, qui decretorum rhapsodiam profitebantur. Ne autem hoc modo ius civile, vel omnino spretum iaceret, vel nobili remorâ impediretur, Imperatores eosdem quoque gradus studiosis & Professoribus artium exposuere. [add. *Hoc certum est, ante seculum XI. nullos eiusmodi gradus fuisse: Certum est & hoc, quod seculo XIII. hi gradus in usu fuerint. Vnde probabile fit, hos gradus seculo XII. declinante cœpisse.*]

Candidati studiorum quinam?

II. Hos qui ambiunt, Candidatos appellare consuevimus. Ita olim appellabantur, qui magistratus ambibant, ab indumento candido, quod gestabant.

Fons dignitatum Academicarum?

III. Fons dignitatum Academicarum, Imperator est; ab eo enim omnium dignitatum origo est, utpote ex quo, & in quem omnes dignitates fluunt, tanquam flumina de mari & in mare [add. *Quamvis hoc ita sit; tamen nusquam legitur, quod Imperator ipse in personâ gradum Academicum contulerit. Exemplum tamen de Rudolpho II. Imp. mox Dn. Autor referet.*]

De Doctoribus Bullatis.

IV. Quemadmodum verò aliis datur ipso ex fonte, aliis inde meantibus ex rivulis, bibere: ita hic quoque alii ipso ab Imperatore, alii ab iisdem demum, in quos Imperator hanc potestatem transfudit, honorum consequuntur gradus. De Imperatore notat Angelus (*in l. 1. C. de sent. passis*) eum vel unico solùm verbo creare Doctores. Quam ego potentiam in dubium ut non voco; ita fateri cogor, rarissimos eiusdem extare actus. Vnicus mihi ille notus est, quando Imperator Rudolphus II. Bartholomæum Bezium, Tyrolensem oratorem, & legatum ad portam Othomannicam, antequam eius opera in arduo isto negotio uteretur, maioris dignitatis, ac reputationis gratiâ, solenni diplomate Doctorem Iuris renunciavit: (Laur. Ohm. *de iure Episc. thes. 17. lit. t.*) [add. *Sprengerus in Iurispr. publ. pag. 42. scribit hoc ideo factum, ut, antequam Consilij Bellici in aulâ Pragensi Præfectus summus evaderet, maiori autoritate præpolleret.*]

Quomodo Imperator per alios creet Doctores?

V. Per alios hactenus modus creandi Doctores, Imperatori fuit, aut per Archiduces Austriæ, quibus hoc, beneficio summi Principis competit, ut superiùs posita innuunt privilegia: aut per Comites Palatinos. aut per approbata in Academiis collegia. De Comitibus Palatinis duo potissimum in quæstionem veniunt: *I. An, si in Academia consistant, ibidem potestate creandi Doctores uti possint?* De facto novi, Ienæ olim Ni-

colao, Reusnero, Comiti Palatino, ab Academiæ reliquis proceribus contradictum, nec permissum in civitate Doctores vi Comitivæ ut crearet. II. *An creati à Comitibus Palatinis, quos Bullatos vocant Doctores, iisdem cum Doctoribus aliis creatis, in Academiis, approbatis à collegiis, gaudeant privilegiis?* Duo hìc perpendi debent, quibus tota terminatur controversia. Primùm, potestatem Imperatoris; alterum, eius concernit voluntatem. Quæritur itaque, *an Imperator per Comites Palatinos possit creare Doctores?* & vix ullus est, qui hoc neget. Quæritur ulterius, *an Imperator Doctoribus à Comitibus Palatinis creatis possit assignare ea privilegia, quæ concessit Doctoribus, qui ipsius nomine & autoritate in Academiis publicè renunciantur?* Et nulla unquam satis prægnans adduci à quoquam poterit ratio, quæ cursum potestatis Imperatoriæ hìc sistere valida sit. Nec examen quidem semper necessarium arbitror ordinario jure. De statutis enim hìc non loquor, nec de constitutionibus specialibus. Sanè casu, quo Candidati erudisio perspicuè nota est, exploratione ulterius quid opus? Ad voluntatem summi Principis quando recurrimus, scilicet an velit is Doctores à Comitibus Palatinis creatos iisdem uti frui privilegiis, quibus utuntur atque fruuntur Doctores qui in Academiis atque Vniversitatibus literariis publicâ solennitate creati atque renunciati fuerunt, inspicienda sunt Comitum Palatinorum diplomata, quæ manifestam nobis suppeditabunt decisionem. In diplòmate, quo Cæsarea benevolentia Raimanno Seltrecht Comitivam dedit, ita legimus, apud Matth. Stephani (*lib. 2. part. 1. c. 6. memb. 1. n. 73.*) *Quiquidem Doctoratus, Licentiæ, Magisterij, & Baccalaureatus titulo ab ipso donati, liberè possint & valeant, in omnibus civitatibus, terris ac locis sacri Romani Imperii, & ubilibet terrarum, omnes actus Doctorales, legendi, docendi, interpretandi, cathedram adscendendi & glossandi, de iure disputandi, consulendi, advocandi, & cæteros actus Doctorales vel Licentiæ, nec non Magisterii atque Baccalaureatus, facere, & exercere, omnibus & singulis gaudere, & uti privilegiis, prærogativis, exemptionibus, libertatibus, concessionibus, honoribus, præeminentiis, favoribus, indultis & gratiis, ac aliis quibuscunque, quibus cæteri Doctores, vel Licentiati, nec non Magistri, ac Baccalaurei, qui in Gymnasio Parisiensi, Patavino, Perusiensi, Pisano, Senensi, Viennensi, Ingolstadiensi & quolibet alio publico & privilegiato Gymnasio promoti, vel etiam ab Imperatore, ac eius divis prædecessoribus Romanorum Imperatoribus ac Regibus insigniti, seu aliter quocunque modo talia insignia acceperint, gaudent, utuntur & fruuntur, quomodolibet consuetudine vel de iure.* Ejusdem quoque tenoris alia, quæ mihi visa sunt diplomata, & crediderim ferè æquipollentia ac consonantia cuncta. Quod verò arbitrantur nonnulli, bullatos hosce Doctores, examini non subjici, fallũt, & fallũtur omnes: Aliud enim requirũt, & præsupponunt diplomata Imperatoria, quæ Comitibus Palatinis facultatem creandi Doctores largiuntur. Scilicet præcisè urgent præsentiam duorum, vel trium Doctorum, qui Candidatum examini subiiciant: Seltrechtianum, de quo modò diximus, ita habet: *Quod nimirum possit, & valeat doctores, tam in Philosophia, quàm in utroque iure, nec non Licentiatos, Magistros, Baccalaureos creare, promovere, ordinare, constituere & facere, adhibitis tamen in cuiuslibet Doctoris vel Licentiati creatione, Doctoribus eximiis, de professione creandi, ad minimum tribus, qui Doctorandum, vel Licentiandum, examini subiiciant, & ei, quem idoneum invenerint, sufficientemque comprabaverint, ille autoritatem interponendo, Doctoratus, Licentiæ, Magisterii & Baccalaureatus insignia, ut moris est, conferat. At, inquiunt,* vix est possibile, quod Comes Palatinus semper tot habeat Doctores à latere. Nihil hoc ad rem: nam nec semper Doctorem creat; quoties autem Doctorem creare voluerit, toties totidem, quot suum requirit diploma, ad se vocet, sive ex Academiis, quibus vicinus est, sive aliis ex locis. Generale enim est, accersendos esse Doctores vicinos, qui numerũ compleant, si numerus perfectus non habeatur in loco, in quo faciendũ examẽ. Cæterũ diplomata isthæc Cęsarea non unius sunt tenoris, alia examen expresse requirunt, & numerũ examinatorum exprimũt, alia examinis & examinatorum nullam faciunt mentionem. Exempli causâ adduco Austriacæ familię privilegium, quo potestatem nacta dignoscitur creandi Doctores, Magistros, atque Notarios: illud sanè examinis ne verbulo quidem meminit. Quæri inde poterat, an nullo prævio examine, atque exploratione profectus Candidatorum, Austriacæ familiæ proceres Doctores creare possint? Non ego de substantia actus examen reputo, eruditionem atque scientiam Candidati omnino præsuppono. De ea autem aut clarissimis constat documentis, aut non constat. Illo casu necessarium examen non arbitror, licèt idem interveniré posse non negem. Altero casu necessarium arbitrór. Dignis demum utroque casu honores tribuendi veniunt; idque præter sensum communem, ipsius privilegii verba innuunt; ibi, tauglich und verdiente Personen. An autem digni appareant, documentis, vel examinatione, parùm interest. Casu autem eo, quo examine Candidati eruditio investiganda venit, quotnam Doctores ad examen convocandi sint, non usquequaque expeditum est. Privilegium, ut dixi, non explicat; ad jus itaque commune recurrendum. Sed nec hoc certi quicquam specialiter nobis suggerit. Quod enim attinet *l. 10. C. de Profess. & Medic.* ea de creatione Doctoris non loquitur, ut maximè sensu atque ratione suâ eò usque extendi posset, ab aula tamen jamdudum eam recessisse scribit Penius, (*part. 1. privil. 11. nu. 4.*) Vtut verò etiam unus Doctorum possit Candidati profectus in scientiis satis atque abundè explorare; ast ne cavillationi aliorum locus detur, aut quandoque collusioni apperiatur fenestra, pluralitatem Doctorum requiro. Præsertim cum examinatores instar testiũ habeãtur, quorũ pluralitas in probationibus habetur efficacior. Secundò, solennes ritus quod attinet, quos in Academiis creationibus atque renunciationibus Doctorum adhibent, illi generali lege publicâ nunquam firmati fuerunt; accidentia sunt, sed separabilia. Inde videmus plures solennitates

in una,

in unu, pauciores verò in alia adhiberi Universitate. Posito verò usum atque consuetudinem pleraque illa solennia adeò firmâsse, ut in necessitatiam abierint observantiam, exinde tamen contra Doctores à Comitibus Palatinis creatos alia peti non poterit conclusio, quàm hæc; Doctorea bullatos à Comitibus Palatinis creatos non adhibitis solennitatibus à consuetudine firmatis, legitimè haud esse creatos, atque propterea Doctorum legitimè promotorum privilegiis nec uti, nec frui posse. At hæc particularis tantum est, & nonnullos Doctorum bullatorum à privilegiis Doctoralibus removet, non autem omnes. Nec specialiter bullatis Doctoribus convenit, sed generaliter omnibus illis; qui spretis solennitatibus necessariis Doctores renunciati fuerunt, sive in Academia aliqua, sive extra illam.

Baccalaurei qui dicantur?

VI. Cæterùm primus, inferior tamen gradus Academicus illis competit, qui Baccalaurei creari suot. Alciatus à lauri baccâ Apollini & Musis sacra, originē petit, quā huius gradus Cādidatis traditā scribit, quē pleriq; alii sequuntur, & eò vocabuli scriptura inclinat. [add: *Elegantem* [illegible] *Baccalaureorum vide sis apud Sleidan. l.15. Comm. pag. 431. ubi egregia. De Baccalaureis ulterius vid. Besold. de Magistris & Baccalaureis Tract. de Academ.*]. Est ergo nobis Baccalaureus, qui confecto liberalium scientiarum tyrocinio, publicum progressus sui testimonium, hocq; ipsum nomen in consessu & frequentia Academica est consecutus. Hodie nonnullis in Academiis hicce gradus maximè eviluit, ut rari sint, eum qui perant ultro & sponte sua: Ienæ, ni ad eum compellerentur illi, qui beneficio mensarum communium fruuntur (die in die Communitât aufgenommen werden) jamdudum usurpari desiisset. Ibidem per contemptum Baccalaurei communiter audiunt die Schaafkâse; quod inde est, postquam non-nemo, qui inter numerum expetentium hunc gradum receptus, Decano facultatis Philosophicæ caseos ex lacte ovino obtulisset, quo suos inter competitores honoratiorem obtineret locum. Non est autem una Baccalaureorum ubique species: Ienæ, atque alibi in Academiis recentioribus descriptio modò relata obtinet. Tantùm enim Philosophorum ibi hæc dignitas est. Alibi, præsertim verò in Academiis antiquioribus, Baccalaurei Philosophiæ, Iuris atque Theologiæ sunt; & nescio, annon etiam Medicinæ. Sane hunc qui spernunt titulum, eius non norunt qualitatem, & ignorantiâ potiùs, quàm iudicio clari sunt. In Thuringia quid habeant præcipui, declarat constitutio Iohan. Friderici & Iohan. Wilhelmi, Ducum Saxoniæ, §. und weil/ ibi: daß man in diesem Fürstenthumb keinen zum Schul- und Kirchendienst/ desgleichen auch zum Stadtschreiber brauchen wird/ er habe dann aufs wenigste gradum Baccalaureatus hier (intelligit Universitatem Ienensem) oder auf einer andern Universitât erlangt.

Magistri qui sint

VII. Secundum qui ad honorum Academicorum pervenerunt gradum, Magistri dicuntur. Nostrum ad propositum Magister est is, cui decursis Philosophiæ & artium septem spatiis, rite ac solenni cæremoniâ hoc nomen est impertitum. In sola Wittebergensi Academia centum intra annos creati fuerunt 4455 Magistri: Lansius (*de princip. ac prov. Europæ pag. 32. edit. veter.*) aut, si calculum Taubmanni sequimur (*in Hercule Academico, in lucem producto anno 1609.*) 5184. Illo à tempore, quot illic atque ab aliarum Academiarum fundatione, nostram usque ad ætatem alibi creati fuerint Magistri, nondum annotatum reperi; at nullus dubito, magnum eorum esse exercitum. [add. *Dn. Autor hic aliqualem errorem commisit, dum Magistros præposuit Licentiatis: Quamvis enim alicubi Magistri Licentiatos præcedant. Consuetudo tamen ferè communis hic in contrarium militat. Parisiis, & Lovanii Magistri Nostri dicuntur Theologiæ Doctores, qui omnis doctrinæ censuram sibi vendicant. Ex quo fit ut aliquando in Principum Rescriptis & Diplomatibus Magistri Doctoribus præponantur. Ita & Imperatoris Caroli V. ad Universitatem Viennensem literæ, quibus Lutheri libros flammis tradi mandat, hanc habent inscriptionem:* Den Würdigen unsern lieben andächtigen und getrewen *Rector Magistern* und Doctorn unserer Universitet Wien / *Pretorius in Theat. Pol. 1. pag. 220. Wittebergæ etiam hodie Magistri Nostri, qui ex antiquo more Academ. Parisiensis sunt Theologiæ Professores, Doctoribus præponuntur.*]

Licentiati quinam dicantur?

VIII. Tertij dicuntur Licentiati, à licentia, quod illis liceat summam dignitatem petere & consequi, cum voluerint. Hodie duplices potissimum habemus Licentiatos. Illos primò, qui Licentiati possunt dici publicè promoti. Secundò istos, qui ad Doctoris contendentes gradum, examina & alia omnia sustinuerunt, atque aliud nunc reliquum haud habent, quàm ut solennitate publicâ renuncientur Doctores. Priores solennitate publicâ parùm ab illa, quæ promotionibus Doctorum adhiberi consuevit, differente, & vel solâ bireti, seu pilei, impositione exceptâ, nomen Licentiati & titulum adipiscuntur: unde æquè ut Doctores de jure respondendi nanciscuntur potestatem, ferèque in cæteris, potissimum favorabilibus, Doctorum consequuntur privilegia. (*Ordinat. Cameræ part. 1. tit. 3.* §. Desgleichen. Gail. 1. *observ. 43. n. 7.*) Posteriores quod attinet, cum publica non fuerint solennitate renunciati Licentiati, illis cæterorum, quos modò laudavimus, privilegia non tribuo. [add. *De Licentiatis vid. pluribus Besold. in Th. Pract. voc. Licentiat. & Benius de Privileg. ICtorum p. 3. n. 14.*]

Doctores qui dicantur & eorum creatio?

IX. Quartus, & summus dignitatum Academicarum gradus, Doctorum est. Antecedentium primùm est, ut moribus & doctrinâ huic gradui conveniente sit instructus: idque generale est, sive in Theologia, sive Medicina, sive in Iure tam civili, quàm canonico, Doctoris quis venetur titulum. Alterum antecedentium est, ut sustineat [illegible], quam quidam probam, seu tentamen dicunt: (*l. nemini 11. C. de adv. div. iud. d. l. magistros, C. de prof. & med. lib. 10.*) Huius tria sunt membra: examen, lectio & disputatio. In examine volunt communiter, ut

Pars II. S 2

interveniant septem Doctores, per *l. 10. d. t. C.* Sed sciendum est, dispositionem illam ab aula recessisse, (Penius *p.1 privat. ICtorum* 11. *n.4.*) & hodie adiunctis duobus vel tribus absolvi posse. Novum verò non est, ut qui Docturæ titulis insigniuntur, collatores suos & doctrinæ exploratores modico quodam (tum in pecunia, tum in panno holoserico, aliisve munusculis) honoris gratiâ dato, remunerentur.

Solemnitas promotionis Doctoralis. X. Promotionis actus solennis est, certasque habet cæremonias. Doctorandi I. in cathedram admittuntur; scil. ut signo acquisitæ doctrinæ: posthæc habeant ius atque potestatem docendi: II. Liber iisdem traditur, primùm quidem clausus, quo significatur, etiam extra libros pectore reconditam ut habeant scientiam: deinde apertus, ut norint, hac in hominum imbecillitate, nimium non licere propriæ confidere memoriæ, & ubique suum sequi ductum, sed & alios consulendos, neque solam librorum possessionem, copiamve eruditos facere, aut ad respondendum aptos, sed eos assiduâ evolvendos manu, inde si quid velis. III. Pileus, sed non communis formæ cum aliis, Doctorandi imponitur capiti. Hoc cum sedes scientiæ atque eruditionis castrum sit, meritò honoris recipit tegmen & scientiæ coronam. Pileus olim libertatis signum erat: Ad pileum dum vocantur nostri, libertas illis datur multiplex: Discipulorum ex servitute, docendi ad libertatem vocantur: tacentium ex contubernio, ad respondentium classem evehuntur. Tecto capite aliorum ad præsentiam apparere, honoris maximum est signum. Nostris idem hic habetur ipso in promotionis actu honos, ut etiamsi suos patronos, Principes atque superiores ad latus, & undique ad adspectum habeant, caput tamen citra incivilitatis notam tectum habeant. Antiquiores Doctorum hunc pileum *biretum* vocant, ein Baret/ dictum quasi bis tectum, symbolum duorum, quæ exiguntur in optimo Doctore, mores videlicet probi & doctrina. Forma eius in aliis Academiis rotunda, in aliis quadrata est. Hoc, significari aiunt, Doctori facultatem dari docendi in quatuor plagis orbis: illo idem innuunt, cum orbis rotundus sit: vel pro perfectionis signo habent, quod circulus notat. Materia pannus est holosericus, insignem Doctoris excellentiam augmentans. IV. Annulus præterea Doctorandi digito applicatur, quo instar arrhæ ei scientia quasi despondetur; vel quo actu ius aureorum annulorum, hoc est, nobilitatis dignitatem, consequitur. V. Osculum fronti eiusdem infigitur, in pacis, charitatis, ac amicitiæ symbolum. Interea donec totus promotionis decurrit actus, alicubi munera, ut vocant, Academiæ proceribus, aliisque vocatis hospitibus, à Candidatis ad hoc exoratis, nomine doctorandi offeruntur. Ea chirothecæ plerumque sunt, pannique aliquid holoserici, pro diversitate tamen personarum. Legatis namque liber quoque aliquis illustris offerri consuevit. Præterea quoque reliquos in spectatores missilia jactant Academiæ publici servi, quæ & ipsa chirothecæ sunt, exigui tamen valoris; ille ut hodie jactus astantium adstantibus magis, quàm proficuum sit spectaculum.

Doctorum privilegia. XI. Consequentia hanc promotionem publicam varia sunt: nos dignitatem, prærogativam, seu privilegia Doctorum, investigabimus, levioribus, insuper habitis. [add: *De privilegiis Doctorum vid. Tr. Ioannis* Halbrittere/ *qui Boceri Tr. de bello & duello; annexus Francisc. Pfeil. Consil.* 198.]. De eo nullum est dubium, Doctoratum esse dignitatem: verè eosdem præsertim Iuris Doctores esse nobiles, communis affirmativa est. Doctor est nobilis, genus nobilitatis si spectes, & sua in specie proprium nobilitatis nomen, aliis nunquam veniens sortitur speciebus: er ist Edel / darumb daß er ein Doctor ist / aber doch kein Edelmann / eius speciei, quæ Nobiles non titulares complectitur. Ex nobili autem in specie ita dicto, einem Edelmann / Nobilis nascitur; at ex Doctore nascitur Doctor, sed ea nobilitas cum ipsius intermoritur persona. Definitionem nobilitatis, Doctoribus optimè applicari statuo, unde & definitum. Doctores enim plebeiâ conditione eximuntur, dum illis per istum honoris gradum nobilia accrescunt privilegia. Quin & consuetudo Europæ nostrum firmat latus, dum Doctorem pro plebeio & ignobili non recognoscit. (1) In Camera Imperiali, quæ Spiræ est, Doctores & Nobiles paribus fruuntur stipendiis (*Ordinat. Camer. anno* 1555. *part.1. c.43.* & in aliis pari passu ambulant: (R. A. zu Cöln *anno* 1512. §. item sollen dieselben acht Rähte.). (2) In quibusdam Cathedralibus Ecclesiis æquo jure ad Canonicatus admittuntur Nobiles & Doctores: Freh. (*ad Petr. de Andlo p.* 195.) Hactenus ex dictis simul illorum detegitur error, qui Doctoris gradum nobilitati officere vanâ sibi imponunt persuasione. [add: *Vide de hac re Orationem Mynsingeri Helmstadi habitam, quam Speckhanius Cent. 1. in fine addidit.*].

Doctorum prærogativæ. XII. Cæterùm multas ordinis sui prærogativas Doctores consarcinârunt, quarum tamen haud paucæ affectionem pro fundamento, non verò rationem habent. (1) Habent Doctores jus publicè docendi, commentandi, disputandi, de professionis suæ negotiis respondendi: hocque omne expresè in renunciatione illis conceditur autoritate Imperatoriâ. (2) Præcedunt milites: [add. *Scilicet in negotiis pacis, non verò in bellicis.*] (3) Doctores coram Iudice non stare, sed sedere debent: (*l. fin. C. de advoc. divers. iudic. l. fin. §. ult. vers. & sedendi, C. ubi senat.*) (4) Armorum portatio Doctoribus concessa: (5) Ex concessione Caroli V. in comitiis Augustanis an. 1548. & Rudolphi II. in comitiis Francofurtensibus an. 1577. (vide Policey- und Kleider-Ordnung Dn. Iohan. Georgij, Elect. Sax. *tit.* Hoffart in Kleidung / §. Daß zwar die jenigen / *fol.* 13.) Doctoribus concessa est facultas, vestimenta, ornamenta, & aureas catenas, annulosque pro dignitate & privilegiis gestandi: quod aliàs non omnibus, imò ne Nobilibus quidem ista constitutione tribuitur. nisi daß solche Ketten nicht über zweyhundert Gülden werth/ die sie doch mit einem Schnürlein umbwinden / und durchziehen sollen. Cuius textus vigore, ante aliquot annos, pro

Doctoris

Doctoris cujuspiam vxore, contra C. & S. civitatis H. qui sub prætextu statuti sui vestiarij, adversus privilegiatam vestitus gestandi securitatem, devestiendo, mulctando, & pignora capiendo processerant, in Camera pronunciatum fuit: (Becht. *tr. de secur. & salvo conduct. th.* 226.) Hoc decretum anno 1609. 25. Iunij latum scribit Nold. (*de Nobilit. c.5.n.*138.) in caosa Doctoris Sebastiani Röders Witwen contra Stadt Hamburg.

Cum anno 1548. ageretur de vestimentis, ornamentis & aureis catenis, juxta dignitatem & privilegia sua, tum Nobilibus tum Doctoribus, assignandis, nonnullos Nobiles proceribus Imperij libellum supplicem obtulisse, memorat Klock (*de contribut. c.*15.*n.*56.*p.*318.) in quo narrârint, sibi & posteris suis grave & præjudiciale fore, quod Doctores non-nobiles, non modò militibus & Doctoribus nobilibus æquari, sed etiam reliquo Nobilium ordini præferri debeant. Verùm Imperatorem nullo modo adduci potuisse, ut his petitis annueret, sed judicio decretorio constitutionem politicam vires habere jussisse. Nobilium & Doctorum scripta apologetica, tum temporis utrinque Cæsareæ Majestati & Statibus Imperij oblata, hæc esse:

Hochwürdigste / ꝛc. Nach dem auf vergangenem jetzigen Reichstag / allhier zu Augspurg / E. E. Churfürstl. vnd Fürstl. Gnaden / auch gemeine Stände / des Heiligen Reichs Versamlung / auf Käyserlicher Majestat / vnsers allergnädigsten Herꝛn / ernstlich beschehenes Fürtragen / neben andern nohtdürftigen Reichshändeln vnd Obligen / auch der Policey wegen / sonderlich welcher gestalt / altem löblichen Herkommen gemäß / ein jeder von Grafen vnd Herren an / bis auf die nidrigste wenigste Stände vnd Vnterthanen / in seinem gebührenden Stand vnd Tracht sich zu halten / vnd für einander kund zu werden / im Reichsrahte nohtdürftiglich berahtschlaget worden / in welchem der Stand / Tracht vnd Haltung / vntern andern auch auf die Bahn gewachsen / welcher gestalt die Doctores, so von Adel gebohren / als gefreyte Personen / in ihrem Stand vnd Tracht / den Rittergenossen gleichmässig zu halten; aber die andere Doctores, so nicht vom Adel gebohrn / und eines geringen Stands / dahin vnd so hoch nicht gezogen werden möchten noch solten / vnd wiewol in erwehntem Reichsrahte / von hoch vnd niedern Ständen / die Dinge / als jetzt gemelt / zu bleiben bedacht / vnd vor gut bewogen / auch von alters vnd viel hundert Jahren / bey etwan Römischen Käysern / Königen / Churfürsten vnd Potentaten / wie dann auch bey jetziger Käyserlichen Majestät / als Vnserm allergnädigsten Herꝛn / löblich / ehrlich und wol herkommen / daß Ritters- vnd Adelsgenossen / je vnd allwege den nächsten / als Standes gleichmässige / vnzertrennet geachtet vnd gehalten / auch ohne einiges anderen Standes vnter- oder zwischeneinmischung oder Eineringung / dabey löblich vnd gnädiglich gehandhabet worden / So ist doch desselben allen vnangesehen folgender Tage allhie / als von solcher Policey durch E. E. Churfürstl. und Fürstl. Gn. Gn. und Gest. weiter berahtschlaget / zu der Vnedlen Doctorn Vortheil / derhalb auf ein ander Bahn / vnd vns allen / Ritters- vnd Adelsgenossen / auch vnsern Kindern und Nachkommen an vnserm Stand und Herbringen / zu Vnterdruckung / Schmälerung und Nachtheil dahin practiciret vnd gehandelt worden / daß nicht allein die jenigen Doctores, so nicht vom Adel / in ihrem Stand und Tracht / den anderen Doctoribus die vom Adel gebohren / und sonsten Rittergenossen / gleichmässig zu halten / sondern auch allen anderen vom Adel solten ob- vnd fürgesetzet / vnd also dardurch zwischen vns Ritters- vnd Adelsgenossen / (welches doch zuvor nie gehöret /) vnser zu einer Trennung eingemischet werden. Wiewoln nun an derselben Vnedlen Doctoren Tracht oder Kleidung / und ob wie sie die durch Käyserl. Maiest. als das Haupt und Obristen Herꝛen Vergunstigung nach / gebräuchen mögen oder werden / wir keine Bemühung tragen / aber in Betrachtung wie lang / löblich vnd ehrlich / als obstehet / wir / als Ritters- vnd Adelsgenossen / bey einander gleichmässig und vnzertrennt Ohn Einmischens der Vnedlen Doctorn, nicht allein zum höchsten beschwerlich / sondern auch vns vnd vnsern Nachkommen nachtheilig / und fürnemlich dis daraus erfolgen würde / sie auch der Edlen Ritterlichen Lehen wolten fähig seyn / die doch ihre Nachkommen nicht besitzen konten / Ihnen auch nicht zuständig seyn / vor Eins: zum Andern / da sie auch den Gerichten / so allein auf die Ritter / vnd vom Adel / von Römischen Käysern und Königen gewiedmet seynd / welche auch allein zwischen den Rittern / und vom Adel zu erkennen haben / sich eintringen möchten: Solche und dergleichen andere Beschwerung / haben E. E. Churfürstl. und Fürstl. Gn. Gn. und Gestr. gnädig und freundlich zu bedencken / daß vns und vnseren Nachkommen / mit Einmischung der Vnedlen Doctorn, daraus solche Zerrüttung / die doch vormals bey E. Churfürstl. und Fürstl. Gn. Gn. und Gestr. Löbl. Voreltern / auch vnsern Voreltern / nie gebrauchet noch zugelassen worden / erfolgen möchte / und dethalb so ist vnser / der Ritter / vnd Knechte / hie vnten benant / vnterthänigste Bitt / E. Churfürstl. und Fürstl. Gn. Gn. und Andere Stände geruhen / in Ansehung oberzehlter Vrsachen / auch wie treulich und ehrlich vnsere Voreltern sich gegen E. Churfürstl. und Fürstl. Gn. Gn. und Gestr. auch dero Voreltern Seel. Gedächtnüß / allezeit vnterthäniglich / mit darstellung Ihrer Leib und Güter / erzeigt / Wir auch zu thun / und gleicher massen zu halten erbietig seynd / und derhalb E. Churf. und Fürstl. Gn. Gn. und Gestr. in deroselben Ihrer Voreltern / sich gegen vnsern Voreltern auch erzeigt und gethan haben / in solchem gnädiglich thun bedencken / und mit verbleibung dieser ohngebührenden Einmischung / bey vnserm alten hergebrachten Stande und Gebrauch / als obstehet / bey einander vnzertrennt gnädiglich handhaben und bleiben lassen. Das seynd umb E. Churfürstl. und Fürstl. Gn. Gn. und andere Stände wie auch vnsere Voreltern gethan / und sich bishero erzeiget / Wir alles vermögens / mit vnsern

Leib und Gütern / unterthänig zu verdienen gantz willig und begierig / bittend gnädige Antwort.

Supplicatio à Doctoribus contra oblata, à Klock (*d. loc. num.* 58. *p.* 319.) hæc adducitur.

Sacratissime, potentissimi atque invictissime Cæsar, Domine Clementissime; Cum Sacratissima Cæs. Majestas vestra, bonitatis atque clementiæ suæ radios in omnes diffundat, multisq; prodesse, nemini nocere, maximè verò contra jus & æquitatem oppressos à violentiis tueri atq; defendere studeat; non dubitamus & nos, qui quorundam nobis adversantium invidiâ, atq; malevolentiâ iniquiùs premimur atq; molestamur, à Cæsarea Majestate V. Domino nostro clementissimo, auxilium & opem petere. Obtulerunt proximis diebus quidam Milites, & Doctores ex ordine nobilium, Reverendissimis ac Illustrissimis Dominis Electoribus, aliisque Principibus ac Statibus sacri Imperii, supplicatorium quendam libellum, in quo narrant; Cum inter alia S. Romani Imperii negotia de politia reformanda tractatum in his Imperialibus comitiis fuisset, bonum atque utile visum fuisse, Doctores, ex nobilium genere atque prosapiâ nati, tanquam liberæ & privilegiatæ personæ, viris militaribus æquarentur: cæteri verò Doctores non-nobiles, ad talem & tam sublimem statum provehi neq; possent neq; deberent. Atque hujusmodi consultationem atq; decretum, post deinde in publico Imperiali consilio ab omnibus communiter, tam supremi quàm inferioris status ordinibus confirmatum, atq; comprobatum fuisse. Quod etiam à multis retro seculorum temporibus apud Rom. Reges, Principes, Potentatus, & nunc quoque apud S. C. M. V. Dnum nostrum clementissimum, in usu semper fuerit, quod milites atq; nobiles nunquam inter se separati, neque aliorum disparis gradus & status hominum interventu divisi, sed pares semper in conditione status fuerint. Verùm his non attentis, sit à quibusdam, in favorem Doctorum non-nobilium, & ad suppressionem militarium atq; nobilium, practicatum, quod Doctores non-nobiles, non solùm militaribus, & Doctoribus nobilibus æquari, sed etiam reliquo nobilium ordini præferri debeant. Quod quidem ipsis & posteris suis grave & præjudiciale, eoque tandem redundaturum sit, ut Doctores non-nobiles, hac ratione in feuda nobilia, & ut ipsi vocant, militaria, tum etiam judicia quædam, quibus, ut ipsi asserunt, ex privilegiis Romanorum Imperatorum & Regum, non alii quam milites præesse & interesse debent, sese intrudant: rogantes & supplicantes, ut Domini Electores, aliique Principes & Ordines Imperii, curare atque efficere dignentur, ut Doctoribus non-nobilibus ex eorum ordine exclusis, ipsi inter se in liviti manere possint; quemadmodum hæc latius in præfata supplicatione continentur. Verùm, invictissime Cæsar, cùm & nos de eorum numero simus, adversùs quos prædicta supplicatio porrecta est, demonstrabimus, eà tamen solùm intentione, animo & voluntate, ut immunitates, privilegia statum & conditionem Doctorum, ut ex juramento, quod ut Doctores præstitimus, tenemur, quantum in nobis est, defendamus, hoc quicquid est, quod contra nos tam frivolè proponunt adversarii nostri, non solùm à veritate facti alienum esse, sed etiam nullâ prorsus æquitate jurisque ratione niti. Nam quod ad factum attinet, cum ex commissione Reverendissimorum & Illustrissimorum DD. Electorum, cæterorumque Principum ac Ordinum, quidam ad hoc per ipsos deputati, de politia reformanda, atque inter alia etiam de reformatione vestium tractâssent, nobilibus hanc legem esse faciendam decreverunt, (quæ in præteritis quibusdam conventibus Imperialibus sic placuit atque lata fuit) ut aureas catenas non ultra valorem ducentorum aureorum, sed easdem tamen filo aliquo serico circumligatas, gestarent; sc. ut hoc modo inter ipsos majori dignitate præfulgentes discrimen aliquod & differentia haberi posset: à quibus tamen milites & Doctores, statu & conditione excellentiores, excipi deberent, qui catenas sine aliqua nota & signo gestare possunt. Cumque de hujusmodi deputato consilio, in publico Dominorum Electorum, aliorumque Principum ac ordinum consessu, relatum fuisset, primum hoc omnibus & singulis principibus, tam ecclesiasticis quàm secularibus, aliisque inferioribus ordinibus, unanimiter placuit. Cùm autem Principes Electores præsentes, & absentium Consiliarii, rem deliberâssent, factum est aliquorum instigatu & operâ, hujusmodi ordinatione, de vestitu nobilium, non obstante, & eorum imprimis, qui literatos & doctos omnes manifesto odio palam, & sine aliqua dissimulatione prosequi student, ut præfato consilio deputatorum, quod ob ordinationem & reformationem nobilium milites & Doctores excludit, ad verbum (Doctores) in dicta ordinatione contentum, sequentia verba, qui sunt nobiles, die vom Adel seynd / addita, & velut clanculum interjecta fuerint, eo videlicet animo, ut hujusmodi additione Doctores non-nobiles prærogativâ status dignitatis suæ privarentur. Porrò cum de negotio demum per alios deputatos, inter quos principes tam ecclesiastici quàm seculares, aliique gravissimi & prudentissimi viri fuerunt, deliberatum atq; consultum fuisset, decreverunt iidem deputati, supra dicta verba (so vom Adel) quæ adversarii nostri, ad excludendos Doctores à militum ordine, privandosq; privilegiis suis, ut diximus addiderunt, delenda, eademq; deleverunt, atq; subduxerunt, volueruntque, ut consilium primorum deputatorum, à Dominis Principibus, aliisq; ordinibus antea approbatum, ratum firmumq; maneret. Atq; ex illo liquidò jam apparet, vanum esse hoc, fictitium & à veritate prorsus alienum, quod adversarii dicunt & fingunt, omnibus Statibus Imperii placuisse, bonumque visum fuisse, Doctores non-nobiles militibus & Doctoribus nobilibus postponi debere. Nam contrarium hujus verum, manifestum & notorium esse, sciunt omnes, qui tractatibus negotiorum Imperialium interfuerunt; neq; ex eo, quod per aliquos interpositione unius, aut alterius, ut diximus, verbi, immutatum est, illud quod majori parti prius placuerat, continuò deducitur, hoc propterea ab omnibus sic decretum, & conclusum esse oportere. Non etiam quod adversarii

versarii temporis antiquitate nituntur, graduque pares esse & indivisi, Doctorumque non-nobilium intermixtionem separari volunt, gravantur. Equidem putamus, neque Dominos Electores aliosque Principes & Ordines, neque Doctores ipsos, neque in hoc praesenti, neq; in aliis praeteritis conventibus Imperialibus, hoc ipso quo Doctores in usu vestium atq. aurearum catenarũ militibus aequiparãtur, milites ipsos & nobiles à statu suo dimovere, aut ullâ ratione turbare voluisse, & ne hodie quidem velle. Quos etiã non multũ sollicitat, militũ & nobiliũ inter se in statu paritas, vel dissimilitudo, nec eorum refert, conjuncti sint, an divisi; neque putandum est, Doctores qui privilegiis, quae à Divis Roman. Imperatoribus sacrisque legibus habent, utuntur, propterea nobiliũ ordini immiscere se velle, quibus huiusmodi immixtio neque prodest quicquã, neque nocet, quippe qui à sacratissimis Romao. Impp. per se tali statu, & dignitate praediti sint, ut non necesse habeant aliunde plumas, instar corvi Æsopici, colligere, aut aliorum radiis splendescere. Quod si status à vetustate & tempore laudem accipit, certè nemo Doctorum conditionem, & eminentiam, novam esse calumniari poterit, cum ante multa secula Doctores in summo semper habiti sint honore; quorum etiam statum, à multis retro seculis, eximiis privilegijs munierunt, atque insuper eorum prudentiâ ad gubernandam rempublicam non infeliciter se usos esse testantur, multis ob id insignibus nominibus & honoribus dignantes. Nam Clarissimos eos vocant, Illustres, Magnificos, antecessores suos, quibus & hunc honorem habent, ut non solùm provincias regere, sed etiam consiliatij ad latus eorum, imò cor eorum, & esse, & nominari debeant: quod ipsum multarum constitutionum Imperialium sanctionibus continetur. Remp. non solùm armis, sed etiam legibus gubernari atque defendi oportere, Imperator *in proœm. Inst.* testatur: & quod reipub. tuitio de stirpe duarum rerum, armorum atque legum veniens, vimque suam exinde muniens, felix Romanorum genus omnibus anteponi nationibus, omnibusque gentibus dominari, tum praeteritis effecerit temporibus, tum Deo propitio in aeternum efficiet: istorum enim alterum alterius auxilio semper eguit, & tam militaris res legibus in tuto collocata est, quàm ipsae leges armorum praesidio servatae sunt. Quin & Divorum Imperatorum constitutionibus cavetur, Doctores defensionis suae viribus non minus providere generi humano, quàm si praeliis atque vulneribus patriam, parentesque salvarent: Nec solos imperio militare, qui gladiis, clypeis atque thoracibus nituntur; sed etiam advocatos, qui gloriosae vocis munimine confisi, laborantium spem, vitam & posteros defendunt. Vt interim non referamus, immunitates & privilegiâ, quibus Doctorum status multis nominibus Divorum Imperatorum largitionibus munitus, exaltatus atque decoratus est, quae cum omnibus, ac passim ex sacris legibus nota sint & obvia, prudentes jam praeterimus. Quanquam quae de privilegijs atque eminentia status, dignitatisque Doctorum jam diximus, nolumus de indoctis illis legum Doctoribus, seu doloribus, (ut illi ajunt) intelligi, qui ot nihil aliud, quàm titulum Doctorum, & vano quidem nomine possident, nimirum à juratis Doctoribus in rigoroso examine neque approbati, neque creati, sic Doctorum privilegiis minimè gaudere possunt, (sicut & milites, qui militiae cingulum, non ex militari virtute, sed aliunde, ita ut fit, nacti sunt, aut qui etiam non sunt in expeditione, militum privilegiis uti non poterunt:) verùm quos morum & doctrinae praestantia commendat, quippe à juratis, & probatis doctoribus examinati, atque probati sunt, tum sua doctrina, prudentia, ut Doctores decet, honoribus, privilegiis, & immunitatibus, quibus Doctores à Romanis Imperatoribus sacrisque legibus praediti sunt, ita dignos esse putamus, ut iisdem neque privari possint, neque à quoquam molestari: quin potius qui ipsorum privilegia violaverit, pœna LX. librarum auri multari debeat. Quocirca quàm honestè & laudabiliter agant Doctores, qui ipsorum contemtores, imò apostata & persecutores sui ordinis, status sui privilegia jam violare conantur, eorum ipsorum conscientiis, juramento, quod ut Doctores praestiterunt, informatis, tum quibuslibet aliis bonis, gravibus & prudentibus viris cogitandum, perpendendumque relinquimus. Quandoquidem igitur rempub. non tam per milites & arma, quàm Doctores & leges gubernari, atque sustentari constat, ipsi neque humiliorem statum Doctores, quàm milites in Imperio, apud divos Romanos Imperatores, & Principes, semper habuerunt, justum fuerit & aequum, ut qui meritis nec dum defecerunt, hi nec statu suo, atque honoribus dejiciantur. Neque animus, voluntas & propositum Doctoribus unquam fuit, ut nec hodie quidem est, nobilium ordini sese immiscere, quod sciant statum suum per sese satis clarescere, nec clariorem per nobiles fieri posse, quos manifestum est, statu & dignitate Doctoribus si non inferiores, certè non superiores esse. Feuda etiam nobilium, judiciaque nobilibus deputata, nihil est, quod affectant Doctores, neque enim tam imprudentes atque avari, neque tam indigentes & sordidi sunt, ut necesse habeant nobilium bonis inhiare, atque alienâ, quod dicitur, vivere quadrâ. Hoc curant, ut quemadmodum neminem in statu turbare cupiunt, ac laedere, sic etiam illaesi ab aliis maneant. Quocirca totum hoc quod adversarii contra Doctores machinantur, ex mera invidia proficisci, tum ex his quae diximus manifestè apparet; tum ex hoc etiam facilè colligi potest, quod tantò studio Doctoribus honorem suum adimere student, cum tamen interim de civibus, & eorum uxoribus, tametsi statu inferioribus, quibus catenarum usus in reformatione vestium indultus est, nullum verbum faciant. Neque verò nobilitas generis, de qua tamen gloriantur adversarij, efficere potest, quo minus alii Doctores suis privilegiis uti possint. Nam etsi Doctores nobiles, modò docti ut & examinati & probati sint, privilegiis Doctorum digni, militibusque aequiparandi sunt, ob id Doctores non nobiles nihilo sunt inferioris conditionis, sed quos integritas morum, doctrina, & eloquentia nobi-

litat, hos meritò, quocunque tandem loco, modò honestè nati sint, ad Doctorum honores evehi, atque promoveri dignum est. Atque ex his omnibus manifestum fit, totam adversariorum nostrorum supplicationem nullo prorsus fundamento, neque veritatis, neque æquitatis, niti: quin potius omnia vana esse, frivola & ficta, & ex nescio qua invidia proficiscentia, quorum etiam imprudentiam non possumus satis mirari, qui non verentur Principibus summa tum prudentia, tum rerum usu plurimarum exercitatis, tam ridiculas & omni explosione dignas imposturas objicere: quasi verò tam rudes sint, atque simplices optimi Principes, ut huiusmodi figmenta non possint intelligere. Atque hæc cum ita sese habent, Invictissime Cæsar, minimèque conveniat, Doctores & ex nobilium sanguine non natos, quorum tam numerosa copia & multitudo, tam in generibus studiis Universitatum, quàm Imperiali Camerâ, aliisque judiciis, Principum curiis cathedralibus, aliisque Ecclesiis Germaniæ, aliarumque nationum, reperitur, non auditos, indefensos, privilegiis & juribus suis privari: quod hoc non solùm tanquam nulliter factum, præsertim ab externis nationibus culpari, sed etiam derideri, sub sannarique posset; præterea cautum quoque sit jure, ut Doctores præ cæteris honesto, pretioso & eleganti vestitu uti possint & debeant. Idcirco, Invictissime Cæsar, nos, præfati Doctores, ad Vestram sacram Cæsaream Majestatem, tanquam protectorem nostrum, confugimus, quam scimus & prædecessorum suorum Imperatorum vestigia libenter sequi, & summâ quoque virtute bona facientibus laudem, & protectionem suam, minimè denegare, supplices orantes, Sacra Cæsarea Maiestas Vestra dignetur, immunitates & privilegia, quæ nobis, tanquam Doctorum ordini à Divis retro Romanis Imperatoribus clementer indulta sunt, illæsa conservare, & hoc non tantùm multis laboribus & sudoribus, qui etiam consumto patrimonio Doctoratus gradum adepti sunt, atque Reipub. strenuè serviunt, virtutum atque laborum suorum præmium, honorem & laudem accipiant, alii verò adhuc currentes hujusmodi exemplis atque gloriæ calcare compuncti, atque commoti, ad idem tandem studium maturè contendant.

Quod ut Sacræ Cæsareæ Majestati Vestræ gloriosum, Reipublicæ ac sacro Romano Imperio utile, & necessarium, nobis honorificum erit, & quod omnes meritò commendare, nos verò omnibus studiis & obsequiis de Sacra Cæsarea Majestate perpetuis temporibus promereri debemus. (6.) Doctores testantur jure militari. Quod tamen cum distinctione intelligendum est. Doctores enim fruuntur privilegiis militum: sed iis solùm, quæ militibus propter dignitatem, non verò propter juris ignorantiam concessa sunt; *arg. l. 2. §. Servius 43. ff. de O. I.* Estque præterea magna inter milites & Doctores nostros differentia. Illos buccina & classicum, hos gallus è plumis excitat: hi actiones instituunt; miles aciem: hi de regundis finibus tractant; miles de finibus propagandis: hi cavent, ne consultoros sui; milites, ne urbes capiantur: hi arcent aquam pluviam; miles hostes. (7.) Injuria Doctori illata censetur atrox: (*Menoch. 2. arb. jud. quæst. c. 262. n. 17.*) (8.) Doctores torqueri non possunt. (*l. nullus 4. vers. generis aut dignitatis, C. ad l. Iuliam maiest. l. milites 8. C. de quæst.* Prosp. Farinac. *de tortura t. 5. q. 39. n. 38.*) Quod tamen in praxi non ubique observatur (Coler. *de process. execut. part. 2. c. 3. n. 174.*) (9.) Mitius quoque puniri debent, & si forte laqueo essent puniendi, ferro potius è medio tollendi sunt. (*l. capitalium 28. §. non omnes 2. ff. de pæn.* Clar. *l. 5. senten. §. f. q. 60.*)

CAPUT LXXI.

De privilegiis Studiosorum.

I. Habent Studiosi privilegia complura, quæ, confusionem ut vitemus, in generalia & specialia dispescimus. Generalia nobis exhibet Authentica, *habita, C. ne filius pro patre.* Cuius Autor est Fridericus, huius nominis primus Imperator, lata, apud Roncalias, qui locus est Italiæ peramœnus, ad Padum fluvium, prope Placentiam, in latissimis campis. Tunc autem lata, cùm laudatus modò Imperator ibi ageret curiam Regni, idest, comitia, anno 1158. mense Novemb. [add. *Ad hanc Authenticam, hodie consulendus celeberrimus ICtus Dn. D. Richter, qui hoc Dn. Autoris caput egregiè illustrat. Iung. eruditam Diss. Dn. D. Bechmanni de privilegiis Studiosorum.*] *Studiosorum privilegia generalia.*

II. Continet hæc authentica, non solùm privilegia Studiosis perbenignè concessa, sed etiam certas designat pœnas infligendas, hæc qui temerario proposito spreverint privilegia. Privilegia hæc sunt: (1.) Ut securè veniant ad loca, ubi literarum exercentur studia. Hanc phrasin communiter ferè Doctores ita explicant, quod ea Studiosis immunitas à vectigalium præstatione sit concessa, dicentes, consuetudinem solvendi vectigalia de rebus ad proprium usum comparatis, tolerari, ne alioquin Clericorum & Scholarium privilegium, Zollfreyheit / nihil operetur. Sed horum mihi displicet explicatio. Etenim si securitas, pro immunitate à præstatione vectigalium, ut illi volunt, accipi debet, omnes eâ immunitate præditi erunt: cum omnibus hominibus æqualis sit attributa securitas. Tutiùs ergo erit, phrasin, *securè venire*, explicare, sine metu & periculo venire; & cum Donello (*ad d. authent. n. 9.*) & Gilkenio (*ibidem,*) vectigalium immunitatem Studiosis attribuere, ex *leg. 5. C. de vectigal.* *Privilegia contenta Auth. habita. de Privileg. Studiosorum.*

III. Excipiunt Doctores *primò*, si vectigal sit impositum pro refectione pontium, ut in Argentinensium ponte Rhenano: *Deinde*, si scholaris munificas res suis admisceat. Quo tamen casu, res munificæ tantùm in commissum cadunt: Cæterùm prudenter faciunt Studiosi, si aurigis literas dederint testimoniales, sigillatas à Rectore suo, per quas fidem faciant publicanis, Studiosos se esse, easque cistas & vasa (vulgo Stübig vocant) ad se pertinere (*Dd. ad l. ult. §. Divus, n. 2. ff. de public. & vectigal.* Sichard. *ad d. auth.* *Quatenus Studiosi à vectigalibus immunes?*

auth. n. 7.) Consuetæ enim scriptioni non semper creditur, daß es Studentengut sey. Et nuncios, nautas, aurigas, &c. literas testimoniales Studiosi habentes, ulterius ad aperturam rerum cogi non posse, sed in eventum juramento illorum standum, ait Peck (*de jure sist. c. 5. num. 2. edition veter.*)

Secundum contentum & tertiū & quartū d. Auth.

IV. (2.) Vt in iis securè habitent. (3.) Vt nullus tam audax de cætero inveniatur, qui Scholaribus iniuriam inferre præsumat. (4.) Vt nullus iisdem, ob alterius cujuscunque provinciæ delictum, sive debitum, aliquod damnum inferat. Repressalias hic improbari communis est opinio.

Quintum contentum & sextū.

V. (5.) Scholaribus assignantur peculiares judices, sc. Dominus vel Magister eorum, vel ipsius Civitatis Episcopus. Duo, inquam, judices illis dantur, Magister & Episcopus. [add. *Origo & fons totius Academica jurisdictionis descendit ex d. Auth. habita. à quâ tamen subsecuti Imperatores multùm abierunt. Nam hodie dudum est sublata potestas eligendi judicem, imò domino loci, ubi Studiorum gratiâ Studiosus vivit, omnis in illos jurisdictio fuit adempta, ac hodie omnis Studiosus, qui se magistratui urbano subdit, privilegia Studiosorum amittit. Hac arbitraria jurisdictio ideo non fuit commoda, præsertim cum in Europa tum temporis pauca Academia essent, & in iis nimia Studiosorum multitudo præsertim seculo XIII. quo ex totâ Europa Studiosi in paucas Academias commigrârunt. In tanto Studiosorum numero multi sine dubio fuunt petulantes: Iam verò, non fuit commodum, ut quilibet pro arbitrio suo sibi judicem eligeret, adeoq; tandem certa jurisdictio fuit formanda. Habitum autem est pro re utili, ut ex ipso Studiosorum numero judex eligeretur, ne de iniquo judice conqueri possent. Hinc postea Nationes cæperunt, dum Studiosi in certas nationes divisi, quarum singula habuerunt Præsidem. Hi Præsides ex suo numero elegerunt totius Academia Rectorem: Et hac jurisdictionis forma cæpit seculo XIV. & mansit per omnes Academias seculo XV. Hinc adhuc in omnibus antiquis Academiis Galliæ & Italiæ manet illa distinctio Studiosorum in Nationes. Verum quæ post seculum XVI. cæperunt, ha in Nationes non fuerunt divisa, sed jurisdictionem omnem Professoribus contulerunt. Nihilominus in antiquioribus illis veteris potestatis & Nationum vestigia permanserunt. Ita Academia Lipsiensis super 4. nationibus fundata. Tandem verò & vetustiores illæ juri suo cesserunt, & jurisdictionem Professoribus contulerunt. Confer Diss. Dn. Conringii de Antiquit. Academ. Imperium autem quod Academia habent est mixtum regulariter, & possunt animadvertere in Studiosos, pecuniâ, carcere, relegatione sive famâ salvâ, sive cum infamiâ. Merum autem imperium; specialem requirit concessionem Petr. Heig. p. 2. qu. 11. Quadam autem Academia singulari privilegio jurisdictionem etiam criminalem habent.*] (6.) Iudicum illorum optio datur Scholaribus, coram quo se sistere velint. Quod privilegium est & amplissimum & augustissimum, contra jus commune, utpote quo decisum, in actoris positum esse, & voluntate, & facultate, eligere judicem, coram quo reum conventum velit (*l. 2. §. Scævola 3. ff. de eo, quod cert. loc. l. 19. in fin. l. 50. ff. de iud.*)

Septimum contentum, cuius occasione agitur de mero Germ. Academiarum imperio.

VI. (7.) Iudicibus istis datur jurisdictio. Hic trita illa nostrorum excutienda erit quæstio, *An Rectoribus, vi huius authentica, merum quoque competat imperium?* Negant hoc alii, alii inter imperii meri distinguunt gradus: mihi affirmativa placet simplex; eamque eò lubentiùs suscipio, cùm sciam, Principum beneficia plenissimè esse interpretanda. Sic & Academiæ Tubingensis, teste Besoldo (*d. l. n. 45.*) privilegia verbis *d. Auth.* hâc in parte utuntur: & ex illis, cum quædam puella infantem occidisset, disputatum fuit an & hoc delictum ad Rectoris pertineret jurisdictionem. Merum verò imperium habere dicuntur in Germania Academiæ; Tubingensis, Lipsiensis, ut videre est ex statuto eiusdem Academiæ facto sub annum 1466. & ex reformatione ad annum 1596. [add. *Et quidem specialiter, ut tam in urbe quàm extra eam à magistratu capti Studiosi Rectori Academiæ avocanti ad cognitionem & imperium mitti debeant. Sprenger. in Iurispr. Publ. pag. 45.*] Francofurtensis, Rostochiensis [add. *Notetur hic famosum & controversum exemplum quoddam de Castricio apud. D. Bechman. de Privileg. Studiosor. n. 10.*] Ingolstadiensis: Heidelbergensis; Griphisvvaldensis.

Specialia Studiosorum privilegia.

VII. Specialia, seu localia privilegia varia sunt. Lipsiensis Academia hoc habet privilegii, ut eius membra non tantùm in urbe Lipsia deprehensa, sed & extra ad tres diætas à magistratu loci capta, Rectori avocanti cognoscenda puniendaque remitti debeant: (Friger. Pensold *in addit. ad Decis. Coler. 296.*) Tubingensis Academiæ statutum est, ut quicunque civem Academicum, eiusque familiam, reali vel verbali iniuriâ affecerit, non solùm læso, secundum juris rationem satisfaciat, ordinariâque juris provincialis mulctâ plectatur, sed & ulterius pœnæ loco viginti florenos pendat: (Kizel. *in Disp. ad d. auth. q. 14.*) Pragæ olim Germani in ferendis suffragiis tres voces, Bohemi quartam habebant: quod cum intervertèret Wenceslaus Imperator, uno die 5000. & intra octiduum 24000. & amplius Pragâ excesserunt: (Dubrav. *Hist. Bohem. lib. 23.* Cuspin. *in vita Wencesl.*)

Quinam alterum fruuntur Studiosorum privilegiis?

Ferner die Brücken vnd Weg anlangend/ wie auch die Besichtigung der Rahtstuben/ vnd andern Oerter / können die E. Städte der gestallt/ daß ein Erbmarschall dieselbe/ iure quasi superioritatis cuiusdam, zu erfordern/ vnd zu befehlen habe / auch nicht einwilligen / als die ausser der Kays. Majestät sonst keinen Oberherrn erkennen.

Letzlich wird durch bemeldt Decret einem Erbarn Raht allhie / die Iurisdiction über die frembde durchaus gantz vnbillich entzogen; dann sie die bey allen Reichstägen rühig gehabt / hergebracht / vnd vor der Kayserl. Majestät / auch den Churfürsten / stattlich docirt haben / dann daß die Kays. Majestät denen Städten solche Iurisdiction nimt / vnd zu sich zeucht / solches ist ein vnleidenliche Beschwernuß / vnd hat das Ansehen / als ob es ihrer Majestät Verspruch/ da sie die Reichsstädte bey Ihren Freyheiten/ Rechten/ Ober- und Gerechtigkeiten/ guten Gebräuchen vnd altem Herkommen / händ zu haben vnd bleiben zu lassen / zugesagt / wie gegen der Stadt alhier erst bey geleister Huldigung offentlich / vnd mehrmahln beschehen / nicht fast gemäß wäre.

Uber das können die Städte / sonderlich quantum ad criminalia diese Obrigkeit nicht fallen lassen / in Ansehung / daß die Stände deß Reichs/vnd Ihre Gesandten/nicht der Gebühr/ vnd Nothdurfft nach zu schützen / noch bey den Reichs-Versamlungen gebührliche Sicherheit vnd Frieden zu erhalten/ wann Ihnen die Oberkeit solte entzogen werden. So hat darzu ein Erbmarschalck weder die Macht / noch aus Mangel eines ordentlichen besetzten Gerichts/ die Gelegenheit/ die frembde delinquirende/vnd sonderlich die maleficische Personen/der Gebühr nach zu straffen / oder solche Straffen ohne der Städt Hülff vnd Handreichung/ zu exequiren/ welchen aber nicht gelegen seyn wil/ Ihme in den jenigen Fällen zu ministriren / dadurch den Ständen Ihre Oberkeit geschmälert vnd entzogen würde: zu geschweigen / wann die Erbmarschälle bey künfftigen Tägen / die frembde Kramer vnd Handwercker in die Städte ein zu lassen vnd zu vergleiten / daß solches nicht allein dem Käyserlichen anno 1566. den 17. Febr. ergangenen Decret außdrücklich zu wider liesse (dessen sich aber die Städte nicht begeben könten) sondern es wird den Städten, Ihrer armen Burger halber / die sich mit der Handarbeit/ vnd dem Zugang deß täglichen Pfennings/ ernähren müssen / zu verderblichem Schaden/ vnd vnerträglichem Nachtheil gereichen. Also fallt den Städten gleicher Weiß beschwerlich/ daß sie dem Erbmarschallen einige Garküchen/ vnd in denselben das Weinschencken bewilligen solten / als das wider alt Herkommen eine unfugsame Erneuerung/vnd den Städten in mehr Weg/ der Oberkeit halber/ vnd sonst hochnachtheilig/ auch dem Erbmarschallen-Ampt nicht fast rühmlich ist. Neben diesen jetzt erzehlten Beschwerden dringt auch die hohe Nothdurfft die E. Städte / daß sie müssen vermelden / daß sie von der Käyserlichen Tax-Ordnung hievor nicht an die Käyserl. Majestät allein / sondern auch mit vnd neben Ihrer Majestät / an Churfürsten/ Fürsten vnd Stände appellirt, vnd aber Ihre Majest. diß beschwerliche Decret ohne der Churfürsten / vnd Fürsten Räth Stimm vnd Bewilligung / doch der Käyserlichen Hochheit in alleweg vnverletzlich vnd vorbehalten eröffnet/ daß es ihnen aus diesen / vnd andern Ursachen/ so künfftiglich denominirt werden solten / nicht annehmlich/ wie sie dann/ Ihrer Majestät / vnd der Churfürsten verordneten Räthe / hievor dergestalt niemahln bewilliget / noch diese Sachen Ihrer decision submittirt / sondern sie haben allein gütlicher Unterhandlung von Ihnen gewärtig seyn wollen / welche aber Ihnen mit keinem einigen Wort nie angebotten/ viel weniger gepflogen worden ist / da doch im Decret, als ob es beschehen seyn solte/ angeregt wird.

Dieweil dann diß Decret nicht allein wider deß H. Reichs güldene Bull / welche den Reichs-Städten die Vergleitung und Sicherheit der Churfürsten / Fürsten und Stände / auch die Fürderung und curam der Proviant halben / die Iurisdiction über die frembden / expresse gibt / sondern auch wider der Städte / und sonderlich dieser Stadt Augspurg alt-docirt- und stattlich erwiesenes Herkommen und Possession, vel quasi, eröffnet worden / so erklären sich hiemit die Gesandten und Bottschafften/ daß sie solch beschwerlich Decret, nicht wissen anzunehmen / sondern aus jetzterzehlten Ursachen und gravaminibus gedencken sie hiervor interponirter, und noch durch Churfürsten / Fürsten / und Stände/ unerledigten appellation an zu hangen / sich auch wider den Erbmarschall / bey habender Ober- und Gerechtigkeit / und derselben besitzend in haben / hand zu haben / und in omnem eventum, da es einig weitere appellation bedürfte / wollen sie von solchem Decret hiemit de novo an Churfürsten / Fürsten / und alle Reichs-Stände / (den Churfürsten zu Sachsen und seine Rähte außgeschlossen) appellirt, und Ihnen diese appellation noch allhie / oder da es kürtze der Zeit halben / nicht geseyn möchte / bey nächstem Reichstag zu prosequiren, vorbehalten/ darneben aber sich in petitorio, und possessorio, zu ordentlichen Rechten / und Außtrag gegen dem Erbmarschall erbotten haben.

Hierüber Euch Käyserlicher Notarie Ampts halber ersuchend/ diß alles zu instrumentiren, und der Mäyntzischen Cantzley / auch da es beschehen kan / denen Chur- und Fürstlichen Räthen / auch dem Erbmarschallen zu insinuiren, Ihnen auch über diese contradiction-erklärung / und in eventum beschehene fernere appellation, und insinuation, ein oder mehr instrument aufzurichten und mit zutheilen.

Cæterùm, antequam de Mareschallo Pappenhemio dicendi finem faciamus, celare benevolum lectorem nolumus, illum inter alia anno 1550. in comitiis tunc Augustæ cœptis, petiisse à Statibus exhiberi, dieweil er mit grossen Unkosten vielen Reichstägen / mit Darstreckung seiner Nahrung aufwarten müssen / dagegen aber einige Erstattung nicht zu gewarten / und obwohl seine Vorfahren vor dieser Zeit auf Reichstägen von der Käyserlichen Majestät Unterhaltung

tung gegeben worden / so würde doch / unangesehen vielfältig unterthänigst supplicirens, solches Ihme geweigert / aus Ursachen / daß seinen Voreltern dieses aus Gnaden / und keiner Gerechtigkeit wiederfahren: Quid verò responsi tulerit nos latere, scire tamen petitionem anno 1555. in Comitiis Augustanis reiteratam fuisse.

An omnes Status ad Comitia compareant?

XVIII. Sed ut ad Status Imperii revertamur, sciendum est, eorum alios in Comitiis comparere, alios verò non comparere. Horum autem duplex potissimùm conditio est; Alii enim privilegio muniti sunt, ne comparere teneantur. Quorum rursus in eo differentia est, quod aliorum privilegium generale sit, aliorum autem speciale. Generale privilegium habent Austriæ Archiduces, ut quocunq; locorum in Imperio comitia, seu curiæ Imperii, celebrentur, ad eadem illi non teneantur accedere, possint tamen si velint: Eiusmodi quoque privilegium circuli Burgundici Statibus datum fuisse, innuunt verba des Burgundischen Vertrags *anno* 1548. zu Augspurg aufgericht / *ibi:* Dann auch zu allen Reichstägen &c. Speciale privilegium obtinet Bohemiæ Rex, ut ad Curiam vocatus, aut requisitus, salvo etiam accedente conductu, ut moris est, venire non teneatur, nisi Imperator Curiam Norimbergæ, Bambergæ, aut Martispurgi celebret. Credibile tamen est, temporis tractu, speciale hoc privilegium in generale transivisse. Nullibi enim, quod sciam, legi, comitiis Imperialibus, quorum Recessus uno volumine hodie videmus extare, Regem Bohemiæ, quatenus talem, interfuisse, aut absentiam eius comminatorio, alioque unquam inde perculsam fuisse decreto. Illud verò ex actis des zu Augspurg gehaltenen Reichstags im Jahr 1548. habeo, Ferdinandum Bohemiæ Regem Imperii Proceribus notum fecisse, daß ein König in Böhmen zu einigem Reichstage nicht beschrieben würde / auch weder Stand noch Stimme im Reichsraht hätte. [add: *Si quaras, cur Rex Bohemiæ, si ad comitia citatur, ab annis propemodum ducentis non legitur illis subscripsisse comitialibus Decretis, aut Recessibus Curiatis? Respondeo (verba sunt Goldasti de Regno Bohem. lib. 4. c. 5. n. 14.) tum quia Bohemi supremitatem affectantes, venire obluctantur: tum quia constitutionibus Imperii sese conformare nolunt, ab Electoribus & Ordinibus merito excluduntur, ne leges Germanis se potius dare, quàm accipere, possint gloriari: tum denique quia iidem fuerunt Reges Bohemiæ, qui & Imperatores Romanorum.*]. Alii privilegio non muniti, vel negligentiâ vel contumaciâ inducti ad comitia non comparent, neque per se, neque per alios.

Quomodo comparitio fiat in Comitiis

XIX. Eorum qui comparent duplex itidem est conditio: Aut enim comparent ipsi in persona propria, ut loquuntur, aut in aliena, puta per legatum, atque mandatarium. In persona propria ut compareant, non solùm Imperatoris ipsius votum est, sed & ipsi Status tanquam Consiliarii ad id tenentur; denique & causarum atque negotiorum qualitas ea quandoque est, ut præsentiam Statuum requirat. Constat sanè ex historiarum monumentis, quam diligenter & enixè Ferdinandus Romanorum Rex anno 1555. Principes Imperii, cum per literas, tum missis internunciis, hortatus fuerit, ut quia de gravissimis Imperii negotiis consultandum esset, venirent ipsi, non rem per legatos agerent. Imprimis autem sollicitavit Augustum Saxoniæ Ducem & Electorem, excelsi ingenii & summæ sapientiæ Principem, ipse ut ad comitia accederet: (Sleidan. *lib.* 25. & 26.). Ipsi quoque Imperii Recessus satis & abundè testantur, daß je zu Zeiten die Sachen und Obliegen der Christenheit / und sonderlich des Heiligen Römischen Reichs Teutscher Nation / so auf einem Reichstag erlediget und verglichen sollen werden / zum Theil also beschaffen und gestalt / das sie ohne persönliche Gegenwärtigkeit mehrer Reichsstände nicht wol erlediget / oder verglichen mögen werden (R. A. zu Worms *de anno* 1545. §. Und seind auf solchem. R. A. Regenspurg *de anno* 1546. §. Dieweil wir aber / *ibi*; Welche zu beständiger 2c.)

An Status ad comitia in persona comparere teneantur?

XX. Status autem ad id obligatos esse, ut compareant in persona regulariter, probare videtur (*d.* R. A. *de anno* 1545. §. Dem allem nach *ibi*, selbst in eigener Person erscheinen.) Idem inde arbitror deduci posse, quòd si per legatos compareant, teneantur absentiæ suæ rationes reddere, müssen wann sie redliche Hinderung haben / dieselben bey ihrem Glauben / mit ihren Briefen und Siegeln betheuren: (R. A. zu Trier und Cölln *de anno*. 1512. §. Es sollen auch die Churfürsten.) Quod sanè nunquam requiri posset, si ipsorum in arbitrio tantùm situm foret, in persona aut per legatum comparere. Et quoad Electores, si ipsi inter se conventus agant, ut debent, & possunt, res clara est Constitutione Caroli IV. *c.* 12. *A. B.* §. 2. *ibi*; *personaliter congregantur.* [add: *In fraterna Electorum Unione* §. 16 & 17. *hoc immutatum, ubi Legati etiam admissi*]. Insuper mandati, quod Legatis datur, atque ab iisdem Cancellariæ Moguntini exhibetur, formula, hoc firmat, qualem ponit Autor des warhaftigen Berichts / wie es heutiges Tages auf Reichsversamlungen gehalten wird: *ibi*, Ob wol wir uns schuldig erkennen / auch in unterthänigstem Gehorsam gantz bereitwillig gewese / Ihrer Majestät zu unterthänigstem Gehorsam darauf selbst zuerscheinen. Atque hinc est ut credam, Imperatorem ad personaliter in comitiis comparendum vocare posse ordines. Quod si turbidus rerum status non patiatur Principem provinciâ excedere, legitima hæc causa est, ut per Legatos compareat: quòd si verò quieta sint omnia, ad comitia abire obligatus est, nec protinus eò migrans abiiciet curam subditorum. Sumptus autem necessarios non reformidet, illos enim facere obligatus: (R. A. zu Trier und Cölln *de anno* 1512. §. Nach dem Churfürsten und Fürsten:) & utilitatem communem seu Imperii, commodo pecuniario proprio præferre adstrictus æquè quilibet Statuum est, ac Imperator, qui fatetur apud Bertram. *d. loc.* daß er in eigener Person den Reichstag mit seinen grossen Unstatten / aber dem Heiligen Reich zu Nutz und guten besuchet habe. Iunge (R. A. zu Regenspurg *de anno* 1541. §. Und wiewol auf / & R. A. *de anno* 1532. §. Nach dem sich aber.)

Quatenus quis per Legatos in Comitiis cōparere possit?

XXI. Qui autem per legatos comparere volunt in comitiis, illi legitimo impedimento irretiti esse debent, quòd à personali comparitione eos excusare valeat. Impedimentum hoc variis ex causis deduci potest, præsertim verò, respectu civitatum, à difficultate notissima, quam & impossibilitatem, suo respectu, dixeris. Respectu autem Abbatissarum, & pudoris, leges non patiuntur, fœminæ ut ejusmodi intersint conventibus & majestatis Imperii splendor id nō admittit. Aliquando ad Henrici electionem, cum Principes & populus congregati essent, comparuisse, Dithmaro teste, duas Abbatissas, scribit Lehemannus (*in Chronic. Spirensi pag.* 411.) Planè si Dithmari ea mens est, Abbatissas in persona comparuisse (per legatos enim quidni potuerint nil obstat,) vix est eidem meum ut addam calculum; quicquid etiam alii dicāt, & cum illis scribat Goldastus (*lib. 6. de Bohem. Regno, c. 5. n. 4. p. 629.*) Lehmanni patrocinium contra Gevvoldum suscipiens author der Reichs-Vogteyischer Apologi, *cap. 2. pag.* 145. scribit: Es hätte Gevvoldus billich besser / hominem quemvis esse, & ideò à nemine aliquid humani abesse, bedencken / und derentwegen seine fluctus animi wider den diß falls unschuldigen Lehemman / gäntzlich componiren sollen: theils / weil die ex jure Romano ihm fürgeworffene Regul (fœminas ab omnibus officiis civilibus & publicis remotas, vel removendas esse) noch bey den Außlegern berührtes Römischen Rechtens / ihre Abfäll / und benantlichen nicht statt hat / si vel ratio æquitatis (ut in tutela matribus commendanda *Nov. 94.*) vel publica causa, ut in publicis judiciis (quò pertinet egregium illud, & valde memorabile exemplum Comitissæ, viduæ, & in judicio publico, præsidente Imperatore Ottone III. comparentis, & ipsum Ottonem mariticidii reum agentis. *apud* Lehman. *Chron. Spir. lib. 5. cap.* 14.) aliud suaserit, vel consuetudo, optima legum interpres, aliud introduxerit: uti post suavissimum hac de re discursum, concludit Mager (*de Advoc. cap. 7. num.* 267.) qui insuper tertiam restrictionem adjiciens, regulam istam ad potentes & illustres fœminas, penes quas Majestatis jura sunt, neutiquam extendi debere monet. Theils dieweil Lehemannus diß falls nicht Romanorum, vel Græcorum actus legales, sondern Germanorum mores, & facta publica, recensirt. Bey welchen nun / sowol als schon im Alten Testament bey den Juden / ubi quinque filiæ Zelaphaad, ex tribu Manasse virgines primariæ, coram Moyse, S. Pontifice Eleasaro, & coram Principibus, ac universa communitate populi Israël, ante ostium tabernaculi comparuerunt, petentes portionem terræ sanctæ. *Numer. cap. 17. in pr.*) illustribus fœminis gar nicht verbotten / oder ein Schand gewesen / offenen Reichs-Versamblungen / ja gar Conciliis, beyzuwohnen. Siquidem in Concilio Lateranensi potentissima illa, & decantatissima Marchionissa Mechtildis, Gregorio VII. adstitit, juxta Naucler. *vol. 2. generat. 36. fol. in* 702. So schreibt post veteres, novissimè Andr. Brunner. (*annal. Boior. part. 3. lib. 13. pag.* 626.) mit Umbständen / was massen deß zu Bamberg entleibten Käysers Philippi Tochter / Fräwlein Beatrix / welche hernach Käyser Otten dem Vierdten vermählet worden / und am vierdten Tag darauff gestorben / in Begleitung deß Bischoffs zu Speyer / bey völliger Reichs-Versamblung sich persönlich præsentirt, und mit weinenden Augen eigenmündig umb die Rach deß Todschlags gebetten habe. Ingleichem berichtet Käyser Friderich der Ander selbst / in seinem diplomate (*apud Hundium metropol. Salisburg. tom. 2. sub rubr.* Nidermünster. *fol. 591. & seq.*) folgendes: Accedens ad præsentiam Regiæ Excell. nostræ, in curia solemni Herbipoli, Domina Tuta, inferioris Monasterii Abbatissa personaliter, nec non Domina Gertrudis, superioris Monasterii Abbatissa, per suum procuratorem, cum aliqua honesta utriusque Capituli parte, coràm Principibus atque Baronibus, atq; curia nostra, gravi querimoniâ proposuit, &c. Anjetzo geschwiegen / daß noch heut zu Tag / wie Reichskundig / und notorii permanentis, etliche Fürstliche Wittwen ihrer verstorbenen Herren Ehegemahlen Land und Leut regiren. Dahero Herr Gevvold mit dem guten Lehemann wol säuberlicher fahren mögen. Crediderim hic distinguenda esse tempora, non minus quàm conventus ipsos. Ineptus autem planè erit, qui ita colligere velit, apud Romanos fœminæ ab omnibus officiis Civilibus & publicis remotæ fuerunt; Ergò etiam ab his remotæ fuerunt apud Germanos. Antiquitatem si recolimus, testis nobis est Tacitus, libro, quem de moribus Germanorum scripsit: Majores nostros fœminino sexui aliquid sanctum inesse, & providum, putasse, nec aut consilia fœminarum aspernatos fuisse, aut neglexisse; imò etiam in bello habuisse socias. Hodiernos si expendimus mores, fateamur, necesse est, etiam fœminas in classe Statuum Imperii reperiri, & ad Comitia vocari, ad illa verò per legatos suos comparere, ac ad sessionem & votum admitti. Quod in persona non compareant, fortassis pro causa habet pudorem sexus & legum Romanarum, quas hodie colimus, reverentiam. Qui per legatos comparent, absentiæ suæ rationes reddere debent, (R. A. zu Trier und Cölln *de anno* 1512. §. Es sollen auch die Churfürsten.) Quod tamen de illis intelligendum est, qui non impossibilitate aut difficultate generali, ut de civitatibus diximus, vel honestate, ut de Abbatissis, quæ per se Imperatori nota, nec excusatione aliquâ indigens est, sed alio legitimo impedimento detinentur.

Formula Mandati Legatorum ad Comitia.

XXII. Legatos prætereà suos quilibet mandato instruere debet, ut habeant, quas sequantur tabulas, Mandatum illud, modò cum fructu legatus in comitiis versari debeat, plenum esse debet, eine vollkommene Gewalt ohn hintersich bringen. Formulam ejus Autor des Berichts / wie es auf einem Reichstag / &c. hanc exhibet. Wir N. Nach dem die Römische Käyserliche Majestät / unser allergnädigster Herr / auf N. zu N. einen gemeinen Reichstag angesetzet / darzu uns / als einen Stand und Mitglied des Heiligen Reichs / auch erfordert: ob wol wir uns schuldig erkennen / auch in unterthänigsten Gehorsam gantz bereitwillig gewesen / ihrer Majestät zu unterthänigsten Gehorsam und

Ehren /

Ehren / darauf selbst zu erscheinen / doch durch furgefallener Ehehaft / Leibsschwachheit verhindert / daß wir / damit unsertwegen an Beförderung des jenigen / was zu des Heiligen Reichs gemeiner Wolfahrt und Nohtdurfft dienlich / kein Mangel erscheine / unser vollkommene Macht und Gewalt geben haben / thun das / und geben den unserm Raht / von unsertwegen zu erscheinen / unser Session und Stelle einzunemen / zu vertretten / und alles das / so der Römischen Käyserlichen Majestät Ausschreiben mit sich bringt / auch ihrer Majestät proponiren, und des Heiligen Reichs Nohtdurfft seyn wird / helffen furnemen / berahtschlagen / handlen / fördern und schliessen / als ob wir selbst zugegen weren / und was also unser Geordneter in dem von unsertwegen thun / furnemen und handeln wird / das alles ist unser Will und Meinung; das wir auch genehm / starck und unverbrüchlich halten wollen. ꝛc. Solet quandoque ejusmodi mandatis substituendi clausula annecti, ne, si legatos ex quavis causa in comitiis vel consultationibus abesse contingat, legatio tota inanis & frustratoria sit. Hoc modo Legatum Iohannis Georgii Palatini, nec non Anhaltinum, in comitiis anno 1566. & 1567. alios substituisse, refert dictus Autor: ubi admonet ejusmodi substitutiones promiscue non admitti.

Quinam Legati sine mandato in Comitiis compareant?

XXIII. Illud speciale esse notat in Civitatibus, daß sie bey Abordnung einer oder mehr ihrer Rahtsfreunde zum Reichstage / nicht verbunden seyn / einen Gewalt mitzugeben / sondern werde darinn ihrer schlechten Anzeig geglaubt / und solches aus alten Herkommen. [add. *Contrarium esse in usu, docet Knipschild. l. 2. de Iur. Civit. Imp. c. 2. n. 227. ubi ait Legatos civitatum in Cancellaria Moguntinensi mandata sua exhibere solere. add. R. I. Wormat. de an. 1545. §.* Dem allen nach. *R. I. Ratisb. de an. 1546. §.* Die weil wir aber. *Et quum reliquorum Imperii Statuum Legati sine mandato non admittantur, quare non idem in Civitatibus valeret?*]

Comparentes ad Comitia, quid debeant observare?

XXIV. Qui in persona comparent Imperii Status, si præsens Imperator est, ad ipsum; si verò Commissarii Cæsarei adsunt, ad eosdem se conferre consueverunt, prætereaque Cancellarium Moguntini Electoris, itaque Vicemareschallum Imperii, certiorem sui adventus reddere, ut ad consilium si vocandum sit, eorum is habeat rationem debitam. Legati Statuum, mandatum suum Cancellario Moguntino insinuant, utque ad acta Imperii referantur, instanter petunt, simulque adventus sui notitiam ad Mareschallum Vicarium pertingere curant. Quod inter se convenire soleant, atque honoris ergo de felici adventu Principis sui nomine gratulentur, dubium nullum est.

De Comitiorum Præside.

XXV. Comitiorum Præses est vel Imperator ipse, vel eiusdem Commissarius. Quod enim de Imperii Proceribus dixi, eos nonnunquam impediri, quò minus ipsi ad comitia accedant, idem quoque evenire potest in Imperatore. Quòd si contingat, ipsius tunc in arbitrio est, an unum vel plures velit in vicem suam mittere Commissarios, Præsides comitiorum. Sæpius hoc factum esse dignoscitur à Carolo V. qui comitiis Noribergensibus anno 1524. Augustanis A. C. 1525. Spirensibus anno 1526. Eslingensibus anno 1526. Ratisponensibus anno 1527. Spirensibus anno 1529. Spirensibus anno 1542. Noribergensibus anno 1542. Augustanis anno 1555. Ratisponensibus anno 1557. non ipse, sed per fratrem Ferdinandum, aliosque Commissarios, præfuit.

De forma, & quidem de propositione in Comitiis.

XXVI. Cæterùm forma comitiorum potissimum consistit in propositione, in consultatione. Proponendi jus soli Imperatori, & ei, cui ab Imperatore hoc mandatum, competit. [add. *Vid. Goldast.* Politisch Reichshandel: *part. 22. cap. 3. pag. 628.*] Propositionem antecedit, I. intimatio, seu citatio, qua postquam bona pars Imperii Procerum, potissimum verò Collegii Electoralis ad locum comitiorum comparuit, Vicemareschallus Imperij Pappenhemius, Status, atque eorum legatos, convocare solet, ut certâ die, & horâ, ab imperatore præfinitâ, in Curia compareant. II. Statuum comparitio. III. missæ celebratio, & Spiritus sancti invocatio, pro felici comitiorum successu. IV. Ad Curiam itio, & sessionis cuique debitæ occupatio. Hic Cæsar, aut eius Commissarius, locum obtinet eminentiorem; hunc Electores loco paululum depressiori circumsident. [add. *A dextro latere hodie sedent, Moguntinus, Bohemus, Bavarus, Brandeburgicus: A sinistro, Coloniensis, Saxo, Palatinus: A pedibus Trevirensis. Latera illa inviolabiliter servantur, ita ut præsens in latere ante omnes Legatos sedeat, manente interim inviolato votandi ordine. Vid. Sprenger. in Iurisp. publ. pag. 99.*] Romanorum Regem, si quem in Imperio esse contingat, in eo, quo Trevirensem dixi collocatum loco, sedere scribit Cœlestinus (*in histor. Comit. &c. p. 115?*) de quo ego certi nil habeo, quod dicam. Pro Principibus reliquis, ut & Civitatum legatis, alia subsellia, uno gradu Electorum, duobus verò Cæsaris sede inferiora, in eodem tabulato, stragula quoque veste pretiosissimâ decoratâ conspiciuntur, in quæ reliqui Imperii Ordines se conferunt [add. *Post Electores ad longitudinem curiæ à dextris sedent Archidux Austriæ, Dux Burgundiæ, Archiepiscopi, Magister Ordinis Teutonici, Episcopi, Abbates, duo Prælatorum Directoria: A sinistris Principes Politici eorumque Legati, & quatuor Comitum Directoria; &, si alii Comites adsint, sedent scamno separato,* auff der *Allianten* Banck: *Scamno verò transversa sedent postulati Episcopi: Civitates intercluso quodam spatio sedent. Sprenger. in Iurispr. Publ. pag. 99.*] Verùm cùm inter eosdem multis de præcedentia contentio sit, specialem eorum sedendi ordinem mihi hic explicandum non suscipio.

Ordo sedendi in Comitiis.

Quid sessione occupatâ in Comitiis fiat?

XXVII. Sessionibus occupatis, dum silentio quisque studet, ex Principibus, aut Consiliariis unus, cui hoc demandatum est, consurgens è sede sua, Cæsaris nomine gratias agit Statibus, quòd citationi Cæsareæ obedientes esse voluerint: Et si Pautmeistero, atque Wehnero credimus, Imperator brevi hunc subsequitur oratione, quâ repetitâ gratiarum actione, ut causas edicti conventus gravissimas ex promulganda propositione cognoscere, ac, quæ ad Reipubl. salutem sint necessaria, in medium consulere velint, eosdem

hortatur. [add. *Gratiarum actio hodie per Principem fieri consuevit. Ita Carolus V. Ferdinandus & Maximilianus operâ Alberti Bavari & Friderici Palatini usos refert Lehman. c. 124. n. 4. Rudolphus II. in comitiis August. an. 1582. Iulii Episcopi Wurzburgensis, in Comitijs Ratisbonensibus an. 1594 Philippi Ludovici Palatini ministeriū ad peragendam præliminarem orationem elegit. Ferdinandus III. in comitiis de an. 1641. & 1653. Wilhelmum Marchionem Badensem adhibuit. Si verò Cæsaris Commissarij adsunt, gratiarum actio per Consiliarios fit.*]

Propositio in Comitiis.

XXVIII. Postea aut per eundem, qui primùm loqui exorsus est, uti in comitiis anni 1530. per Fridericum Palatinum factum, aut per alium (quandoque Secretarium) cui à Cæsare specialiter id demandatum, propositio de scripto publicè legitur. [add. *Id hodie regulariter à Secretario Imperij expeditur, qui propositionem prælegit; cuius capitula Cancellarius Moguntinus, ut & Secretarius ad mensam, in medio Auditorio positam sedentes notant, & prothocollum tenent. Sprenger. in Iurispr. publ. pag.* 100.] In hâc puncta, sive capitula continentur, de quibus Status consultare debeant.

Quid post propositionem fiat.

XXIX. Finitâ hâc lectione, Electores, Principes, atque Statuum legati, consurgunt, & paululum collocuti, vel per Electorem Moguntinum, eiusve Cancellarium, vel per alium Electorem (ut anno 1530. per Ioachinum Electorem Brandeburgensem) Imperatori hanc ferè in sententiam respondent: Cognovisse se ex recitata propositione, quàm gravissimas ob causas Imperatori conventum indicere visum fuerit: Quod igitur à tempore suscepti Imperii tantâ fide ac diligentiâ publica Imperii negotia sibi commendata habuerit, habeatque, ipsi se agere gratias, quas possint animo concipere maximas. Cæterùm in omnibus, quæ ad salutem & dignitatem Imperij pertinere videbuntur, studia sua & officia, uti debita, ita promptissima offerunt. Vt verò de rebus propositis rectius deliberare, & sententias suas in medium conferre possint, exempla, seu copias, recitatæ propositionis sibi communicari submisse petunt, se suamque denique fortunam Cæsari officiosissimè commendant. Ad hæc pro delata opera & studiis iterum gratias reponit, propositionem communicari mandat, ac ut de singulis eiusdem capitibus primo quoque die consultent, atque sententias suas proferant, denuo hortatur: denique cunctis Ordinibus gratiam & benevolentiam clementissimè pollicetur. Atque his ita peractis de solio surgens Imperator, eâdem, quâ ingressus est, pompâ, ad palatium suum revertitur, & Principes, Ordines, atque Legati, quisque in sua diversoria discedunt.

Statuum ad consultationem convocatio.

XXX. Hæc de propositione: sequitur ut de consultatione agamus. Ad consultationem certâ die præstitutâ, à Cancellaria Electoris Moguntini schedula quæpiam concipitur, cujus tenor est: Vicemareschallum, sive hereditarium Imperii Mareschallum, debere denunciare Electoribus, Principibus, atque Imperii cæteris Statibus, eorumve Legatis, ut ad diem crastinum horâ septimâ antemeridianâ in Curia compareant.

Curia Comitiorum in quibus consultant Status.

XXXI. Hoc sequitur Statuum comparitio, ex quibus quilibet suam concedit consultatus in classem. Classes autem tres frequentari moris est. [add. *Lehman. l. 7. Chron. c. 120. putat has tres Classes tempore Friderici III. in Comitiis Francof. 1489. & tempore Maximiliani I. cæpisse, quum antea tantum duæ classes, nim: Principum & Civitatum fuerint. Vid. de hoc negotio Burgold. p. 2. ad Instr. Pac. Disc. 19. n. 8. & ibi* Irenic. *pag. 28.*] Prima est Electorum: Secunda Principum Imperii cæterorum, tam ecclesiasticorum, quàm secularium, Prælatorum, Abbatum, Comitum & Baronum. Tertia civitatum Imperialium, sive immediatarum [add. *Novissimum ordinem incedendi, sedendi, suffragia ferendi & subscribendi vid. ap. Francisc. Irenicum in Colleg. ad Burgoldens. p. 2. Disc. 19. pag. 32. 33. & seqq.*]

Electores quo ordine in suo conclavi sedeant.

XXXII. Electores inum in conclave sedentes, si ipsi in persona præsentes sint, hoc consident ordine: Moguntinus primum locum occupat, à cujus dextero latere Trevirensis primâ die alterâ Coloniensis (alternarim hæc isti subsellia occupant) & Bavarus hærent A sinistro verò primâ die Coloniensis, deinde Trevirensis, (atque ita subsequenter alternatâ vice) Saxo, Brandeburgicus & Palatinus conspiciuntur. Quòd si verò contingat, unum pluresve Electores per legatos comparere, tunc si legati isti sint, dominorum suorum isti subeunt subsellia, quorum illud à dextris, hoc à sinistris extremum est. Ab illis autem, quibus intermedia loca competunt, missi legati, personam Electoris præsentis non antevertunt, sed subsequuntur.

Moguntinus quid juris in hoc conclavi habeat.

XXXIII. Occupatis hoc modo subselliis Moguntinus per Cancellarium loquitur: Majestatem Cæsaream die N. propositione notum fecisse, quæ præsentibus in comitiis deliberanda ducat: restare nunc, ut Electores, officii sui memores, consultationis initium faciant, atque pronuncient, quomodo progrediendum sit, quique ex articulis propositis prior in consultatione esse debeat.

Ordo votandi in curia Electorali.

XXXIV. In votando non solùm ad primam hanc, sed & cæteras propositiones, & articulos hic ordo observatur, ut Moguntinus primùm à Trevirensi, postea à Coloniensi, tertiò à Bavaro, quartò à Saxone, quintò à Brandeburgensi, sextò à Palatino votum requirat, & ipse denique à Saxone interrogatus suum quoque cæteris addat. Hujus vox majoris ponderis non est, quam alterius cuiuspiam ex Electoribus, licèt directrix & concludens dicatur. Ad Moguntini instantiam, quilibet vel ipse, vel per Cancellarium, aut mandatarium suum, animi sui vota propalat, liberè quidem, ut omnes illa summo exaudiant silentio, nec quisquam perorantem re verbisque interpellare audeat. Emergente casu illo, quo semel votis omnium exploratis negotium terminari nequit, votaque adeò sunt consonantia, ut inde certitudo alia haberi nequeat, secunda, tertia & tot vicibus de novo exquiruntur vota, donec certi aliquid ab omnibus vel à majori parte approbetur. Ex illis si quis se profiteatur indifferentem, is majori parti reputatur consentiens, nisi apertè de contrario testetur.

XXXV.

De secretariis atque Secretarii huius senatus. XXXV. Eodem in consilio Electorum, olim Moguntinus solus habuit secretarium, qui prothocollum scriberet. Hodie autem quilibet Electorum eundem in finem Secretarium sive prothocollistam hoc habet in consilio. In eo tamen prothocollo Moguntini hodie sua reservatur autoritas, ut si aliquid dubii moveatur, quid dictum consultatumve fuerit, ad idem, tanquam authenticum, detur recursus [add. *Cæteris autem Prothocollis nisi collationalis non statur.*] Itemque si quis Electorum de re aliqua protestetur, protestationem suam hoc quoque prothocollo inseri petit instantissimè. [add. *Notant autem Prothocollista quid propositum, conclusum, & in alias curias relatum sit, cum die ante vel post prandium, & quibus præsentibus.*]

De secunda consultantium classe. XXXVI. Principum, & reliquorum Statuum Senatus, in duo distinguitur scamna. In primum, præter ecclesiasticos Principes, quales sunt Archiepiscopi, Episcopi, Abbates & Abbatissæ Principali dignitate coruscantes, Magister ordinis Teutonici, Prælatiq;, collocant Archiduces Austriæ atque Ducem Burgundiæ: in secundum Principes seculares, Comites atque Barones.

Quis ius proponendi & dirigendi in hac classe habeat? XXXVII. Proponendi, atque dirigendi prærogativam hoc in Senatu alternativè habent Austriacus & Salisburgensis; [add. *Domus Austriaca hodie in possessione præcedentiæ est in processione ad templum ac tempore propositionis, contradicente tamen Salisburgensi. Ego (inquit Dn. Autor. T. 4. l. P. ad l. 9. c. 1. n. 143.) in relationibus de comitiis 1640. 1641. observavi, Archiducis partes primas fuisse tam in solennitate eius diei, quo propositio (ut sic) facta, quàm in primo Principum senatu, ubi directorio uti cœpit. Contradixit quidem Salisburgensis legatus, & addidit:* Wie das Ertzhertzogliche Haus Oesterreich sich von geraumer Zeit hero / deß Vorsitzes / und directorij im Fürsten-Raht / mit und neben Saltzburg unternommen; wiewol nun Saltzburg ein solches gutwillig gestattet und zu einer alternation verstanden / darbey gleichwohl seine Gerechtsamkeit deß Stiffts iedesmahls diserte vorbehalten / so wolte doch Oesterreich nunmehr eine Gerechtigkeit darauß machen. *Verùm ad hæc respondit Austriacus;* Das Haus Oesterreich hatte aus angeborner Milte / das Ertzstift Saltzburg zur *alternation* beym *Directorio* kommen lassen / darbey aber seine gerechtsame iedesmahl vorbehalten: weren unterschiedene Vergleich vorhanden / in welchen versehen / daß Oesterreich mit dem Vorgang zur Kirchen / bey der proposition, und in dem Rath / jedesmahl den Anfang machen solte / gestaltsam es allezeit also gehalten / welcher erlangter *possession, vel quasi,* man *inhærirte.* Stellet in die Saltzburgische *protestation* an Ihren Ort / mit bitten / diese *reprotestation ad notam, & protocollum* zu nehmen. Das hochlöbliche Haus Oesterreich würde sich bey seinen Rechten schützen und handhaben. *Regessit verò Salisburgensis,* man hatte von denen ietzt allegirten Verträgen / und der Oesterreichischen Gutwilligkeit keine Nachricht. Die *Acta* geben / daß vielmehr Saltzburg dem Haus Oesterreich hierinnen zu Gefallen nachgesehen: Inmassen die *reversales à Maximiliano I. & Ferdinando. I.* vorhanden rc. *Austriacus denique repetit priora, & addit;* Die Reichs *acta*, die Verträge und das alte Herkommen / wiesen was anders / als von Saltzburg vermeldet worden.]

De votis huius Senatus. XXXVIII. Vota autem in hoc Principum senatu postulat, & exquirit Vicemareschallus Pappenhemius [add. *Quinam novissimè in Senatu Principum vota prætendant vid. ap. Fr. Irenic. in colleg. ad Burgold. p. 2. Disc. 19. pag. 38. 39.*] Illa autem non æqualia omnium sunt. Principes enim tam ecclesiastici quàm politici, Magister ordinis Teutonici, Abbates & Abbatissæ principali dignitate eminentes, viritim sententias dicunt. At Prælati omnes duo tantùm vota habent, unum Suevici, alterum Rhenani. [add. *Ita statuit Lehman. l. 7. Chron. Spir. c. 124. Wehnerus, tamen in voc:* Reichstag. *unum collegiale votum illis attribuit, id quod moribus hactenus observatum. In Comitiis verò Ratisb. an. 1653. Prælatis cursus permissum, ut duo habeant vota & scamna.*] Comitibus quoque & Baronibus conjunctim duo tantùm vota competunt, unum Suevorum dicitur, alterum Wetteravicorum. [add. *In Comitiis an. 1640. 1641. Comites in tres classes distincti, Suevicam, Wetteravicam & Franconicam, adeoque tum tria vota acceperunt. Quomodo Franconici Comites jus suum postliminio recuperârint constat ex sequenti Ferdinandi II. Imp. decreto.*

Nun haben allerhöchstgedachte Käyserl. Majestät / wegen dieser Sache / in den vorigen Reichstag-Handlungen / nachschlagen lassen / und befinden / daß gedachte Grafen und Herren deß Fränckischen Crayses / die Widereinraumung obverstandener Session und Stimme / welche Sie vor alters / und letzlich im Jahr 1559. (*vide subscriptionem* desselben R. A. *p. 531. & f.*) annoch gehabt / zu unterschiedlichen mahlen / sonderlich aber auff dem Reichstag anno 1594. gesucht / auch so viel erhalten: daß Chur-Fürsten und Stände / dieses ihr Begehren vor billig geachtet / und im gemeinen Reichsrath dahin gangen / obernandte Grafen und Herren zu Ihrer Stimme und Session zu zulassen / iedoch den interessenten, seine Nohtdurfft / ob er wol an gebührendem Ort an zu bringen / vorbehalten. Und weiln die contradiction dißfalls allein bey den Schwäbischen und Wetteräuischen Grafen und Herren bestanden / so hat darauff in anno 1595. Weyland Käyser Rudolph der Andere / Höchstsel. Gedächtnuß / gedachter Fränckischen Grafen und Herren beschehenes Suchen den Wetterauischen und Schwäbischen Grafen und Herren communicirt, welche hernach in anno 1603. sich dahin erkläret / daß sie besagten Fränckischen Grafen die Session und Stimme / gerne gönnten / wann ihnen solches an hergebrachten alterniren / im Sitzen und votiren / nicht zu Nachtheil / Eintrag und consequenz verstanden / und sie den Nachsitz und letzteres votum einnehmen / und deßhalben sich behelffen wolten. Wann dann besagter Schwäbischen und Wetterauischen Grafen consens, noch hiebevor anno 1608. vorbemeldter Ihrer Käyserlichen Majestät Rudolpho dem Andern / allerhöchstsel. Gedächtnüß / in originali vorgebracht / und

anietzo wiederumb der Schwäbischen Grafen und Herren consens in originali vorgezeigt / und in vidimirter Abschrifft von der Cantzley übergeben werden / und darauff besagter Graff Georg Friderich von Hohenlohe/als auch neben Ihme sein Bruder / Graff Crafft / und Ludwig Casimir von Limpurg / Erbschenck / nochmahls allerunterthänigst einkommen und gebehten/ allerhöchstgedachte Kayserliche Majestät geruheten / besagten Fränckischen Grafen und Herren/ als zum Reichstag beschrieben / das hievor gebetene Decretum, Krafft dessen Ihnen ihre hergebrachte Session und Stimme wieder eingeraumet werden möchte/allergnädigst mit zu theilen/ zu welchem Ende ietztgedachter Graff Georg Friderich von Hohenlohe/nachfolgende Gewalt ubergeben : Als erstlich von seinem Vettern/ Graff Ludwig / Eberharden und Philips Heinrichen von Hohenlohe/Andern von Georg Friderich / und Wolfgang Georg / Gevetteren/ Grafen von Castell : Dritten von Friederich Ludwigen / Grafen von Löwenstein/Wertheim; Vierdten von Ludwig und Georg Albrechten/ Grafen zu Erbach; Fünfftens / von Erasmo und Ludwig Casimirn / vor sich und Ihre Vettern / die Schencken von Limpurg / Speckfeldischer Linien/deßgleichen von Joachim Gottfried/ Christian und Ludwig / und Johann Wilhelmen / den Schencken von Limpurg / Geildörfischer Linien / und sechstens von Christian Freyherrn von Seinsheim : und sich darbey anerbietig gemacht / auch von den übrigen Grafen und Herren / die ermangelte Gewalt gleichfalls ehistes beyzubringen / als haben, höchstgedachte Kayserliche Majestät / bey ietzterzehlten Umbständen der Sachen / nach gepflogener reiffer Berathschlagung/sich dahin allergnädigst resolviret, daß besagten Fränckischen Grafen und Herren Ihre vor diesem gehabte Reichs-Session und Stimme / doch den Schwäbischen und Wetterauischen Grafen und Herren / an hergebrachten alterniren / im Sitzen und votiren/ ohne Nachtheil / und daß Sie den Nachsitz und letztere votum haben sollen / wieder verstatt- und einraumen sollẽ/gestalt dann allerhöchstgedachte Käyserliche Majestät/Krafft dieses/mehrbemeldten Fränckischen Grafen und Herren / Ihre solche Session und Stimme / hiermit wiederumb verstatten / und einraumen ; auch dieselbe ins künfftige darbey unverhindert lassen / und handhaben wollen / Und haben allerhöchstgedachte Käyserliche Majestät ietztgemeldte Ihre Käyserliche resolution den anwesenden Bottschafften und Gesandten / zu dero Nachrichtung zu notificiren gnädigst anbefohlen / denen Sie mit Käyserlichen Gnaden und allem guten gewogen verbleiben. *Signatum* in Ihrer Käyserlichen Majestät / und des Heiligen Reichs Stadt Regenspurg/unter deroselben getruckten Secret Insigel des 23. *Novembris anno* ein tausend/ sechshundert und viertzig.

Huic decreto demum anno 1641. *in iisdem Comitiis die* 28. *Septemb. satisfactum, & Comites Franconiæ ad sessionem & votum particulare admissi. Postea in Comitiis de an.* 16,3. *Comitibus Westphaliæ & Inferioris Saxoniæ (quales sunt,* Nassaw Dillenburg / Schaumburg / Oldenburg / Delmenhorst / Sayn / Lippe / Bentheimb / Steinfurt / Tecklenburg / Hoya / Dipholt / Blanckenburg / Riedberg / Ost-Frießland / Barby / Gronfeld / Reckum / Manderscheid / Blanckenheim / Reifferscheid / Anhalt / Wied / Schwartzenberg / Marck / Rantzaw / Wienenburg / Bilstein / Pirmunt) *peculiare votum concessum fuit, ut ita hodie quatuor Comitum scamna & vota numerentur.*] Atque hi, Prælati puta atque Comites, vel ipsi omnes vel aliqui in persona consiliis interesse possunt, vota tamen non alia habent, quàm dictum, quæ non ipsi propriâ voce, sed per Syndicos, Commissarios, aut mandatarios explicare atque proferre possunt, quod inter Comites & Barones alternis vicibus fieri consuevit.

Tertia classis consultantium deque ordine in eâ sedendi & contentione sessionis.

XXXIX. Tertius Statuum Senatus est Civitatum Imperialium. Illæ duo scamna obtinent, vulgò die Rheinische und Schwäbische Banck. In illo consident legati civitatum Imperialium tractus Rhenani, Wetteraviæ, Alsatiæ, in der Landvogtey Hagenau / Saxoniæ & Thuringiæ. Inter hos primum locum occupat legatus civitatis Coloniensis. In Suevico scamno primus locus civitati Ratisponensi competit. Ut autem reliquos inter Status, ita etiam ipsas inter civitates, de sessionis prærogativa decertatum fuisse, Historici testes sunt. Aquisgranum Coloniæ Agrippinæ cedere noluit anno 1495. in comitiis Wormatiensibus: Leheman. (*lib.* 4. *Chron. Spir. c.* 5.) & adhuc hodie inter Lubecam atque Wormatiam Rhenensis subsellii alternata viget sessio.

Directorium huius Senatus.

XL. Directorium, hoc in Senatu, regulariter competit Civitati, in qua habentur comitia, quæ explicandi muneris sui causâ adhibere solet Senatorum suorum, ut & Advocatorum, vel Syndicorum ex ordine aliquos, quibus Secretarium adjungunt. Mensa ferè in medio buleuterii posita est, cui Directores isti assident, quibus accedunt Registratores duo, quorum unus nomine civitatum Rhenensis lateris, alter lateris Suevici, in prothocollum refert, quæ proponuntur, consultantur, atque interveniunt.

De votis huius Senatus.

XLI. In exquirendis & colligendis votis Director hunc observat ordinem: Primò Legatum Civitatis Coloniensis, in Rhenano scamno, interpellat, secundò ad Suevicum deflectit, & Ratisponensis postulat votum, tertiò iterum ad Rhenanum redit, quartò ad Suevicum, atque ita consequenter continuatâ variatione: Director denique ultimo loco suum subjungit calculum. Quamvis autem Civitatum singuli hoc in Senatu suam dicant sententiam, attamen respectu totius Imperii corporis, quod in comitiis præsens est, jus duorum suffragiorum tantùm omnes obtinent. [add. *Scilicet ratione* des Außschusses.] In actibus publicis eadem inter civitates habetur ordinis ratio, quam in votando haberi diximus [add. *Si quid ita prolixum sit, ut in præsentiâ omnium trium curiarum sine magnis sumptibus non possit dijudicari, aut quid sit, quod specialem peritorum cognitionem requirat, tum per modum Deputationis id fit, ubi ex Senatu Imperii deliguntur, qui rem pro suo pondere componant, quem modum tamen Electores agrè admittunt, utpote qui illorum prærogativa derogat, cum hic tam quoad*

Electores,

Electores, quàm alios Deputatos æqualia valeant vota, & à cæteris Deputatis votorum pluralitate superentur; quem modum tamen maximè cæteri Status amant. Præter hunc alius modus Deputationis est, vulgò Ein Ausschuß des Fürsten Raths/ *Electoribus magis acceptus: De his, quæ tali modo à Deputatis tractantur Principum consessui in pleno refertur, super quibus singuli suum suffragium dant. Plerunque autem Deputati ex scamnis desumuntur, & ita pares quoad utramque religionem deputantur. Sprenger. in Iurispr. Publ. p. 101. De alio Deputationis modo vid. infra h. cap. n. 65.*].

Quo ordine debeat fieri consultatio cuiusque Senatus?

XLII. Illud sanè considerationem meretur, quo ordine consultatio fieri debeat, hoc est, quænam caussarum prima in consultatione esse debeat? Res enim videbatur expedita satis, si ordinem, quo unumquodque negotium propositione ab Imperatore primum facta locatum, sequerentur. Ita quidem comparatum est, ut non facilè à propositionis Cæsareæ ordine recedant consultantium Senatus perspiciant caussam graviorem, atque ad Imperii salutem spectantem magis, alteri in propositione fuisse postpositam. Eo enim in casu relicta priori loco posita, ad secundam rectè prius ipsi descendunt. Hoc enim Imperii postulat salus, daß man den wichtigsten Punct zuforderst zu berahtschlagen fürneme: (R. A. zu Regenspurg *de anno* 1576. §. Darauf sie dann den ersten/ *ibi*: als den wichtigsten. R. A. zu Regenspurg *de anno* 1532. §. Derhalben Churfürsten. R. A. zu Speyer *de anno* 1642. §. Demnach haben wir/ *ibi*: als den fürnemsten und nohtwendigsten zum ersten für die Hand genommen). Ita in Comitiis Augustanis anni 1530. Elector Saxoniæ cum reliquis Protestantibus obtinuit, ut caussa religionis, tanquam gravior & ponderosior; primo definienda inciperetur, licèt eidem in propositione Cæsarea negotium de apparatu bellico contra Turcas firmando fuisset prælatū, ut ex Cœlestino refert Bertram. Ex recessu horū comitiorū illud patet. §. Demnach haben wir: daß der Articul des Zweispalts des Christlichen Glaubens/ als der fürnemste und wichtigste Punct/ zuforderst für die Hand genommen worden sey. [add: *Dn. Autor. T. 4. I. P. ad l. 9. c. 1. n. 152. notat in Comitiis de an. 1608. ita transactum, ut ordo propositionis servetur, non esse restringendum. Vid. Recess. Imp. de an.* 1532.].

De quibus rebus in Comitiis consulatur?

XLIII. De negotiis, quę in comitiis tractari, atque ad consultandū proponi solent, generalis hæc est positio: In comitiis consultari de rebus, quę ad salutem totius Imperii directò, vel per consequentiam faciunt. Si recessus Imperii evolvimus, varietas negotiorum ingens est. Eorum alia ad statum Imperii spectant ecclesiasticum, alia ad politicum. Ad Ecclesiasticum: ut de religionis dissidio componendo, de Concilio convocando, de instituendis colloquiis, de extirpandis Anabaptistis, &c. Politicum ad statum quæ pertinent, aut pacifica sunt, aut bellica. Illius generis sunt consultationes de matricula Imperii emendanda, atque perficienda, de contributionibus, de pace in Imperio firmiter tuenda, de monetis, de annona, de vestium ornatu, de successionibus, de contractibus, de delictis, de notariis, de typographis, mercatoribus, opificibus, Iudæis, validis mendicantibus, de Zingaris, von denen Zigeunern/ 2c. [add: *Cyngari sive Zigareni (quasi* Zieg einher) *id est vagantes & Planetæ terrestres, tanto magis ejiciendi sunt, quum reverà nō sint Æthiopes nec Cingari, sed fures & stratores, qui ut alienigenæ videantur, singulis mensibus cujusdam herbæ succo se lavant & inficiunt, & sic nigredinem renovantes dicunt ex remotissimis partibus se venire Ioh. Bonifac. Tr. de Furtis. §. Animo lucri faciendi. n. 222. 223. Zeiller. Epist. 71. &* 276.] Bellica ad negotia pertinent illa, quæ copiosissimè deliberata fuerunt, de bello contra Turcas gerendo, de seditione rustica componenda, de obsidendo Magdeburgo, de expeditione Gothana, de conducendo atque conscribendo milite, & si quæ alia his sunt connexa, quæ recessus Imperii debitâ diligentiâ evolventibus obscura esse non possunt [add: *Vid. Francisc. Irenic. in Colleg. ad Burgold. p. 3. ad Instrum. Pac. pag.* 18.].

De Senatus Imperii consensu vel dissensu.

XLIV. Postquam negotii unius vel alterius conclusio in Electorum senatu secuta est, eandem Senatui secundo Principum in communi buleuterio aperiunt. Eam si hic quoque approbaverit, res plana est: quòd si verò reprobaverit, aut amplius deliberandum duxerit, nova oritur consultatio: quâ finitâ Senatus iste Principum, Electoribus in buleuterio prædicto refert sibi quid videatur. Ac hoc casu, quæ Electorum sententiæ accessionem non faciunt, Electores, an cedendum nec ne; inter se consilia ineunt; indicantes postea principibus, in quibus sibi cum ipsis conveniat, in quibusve à priori sua & semel deliberatione approbata sententia recedendum non ducant, sperantes fore, ut Principes nunc in idem sint consensuri. Quod si consentiant, aut dissentiant, in priori firmi opinione, civitatum legati utroque casu ad commune buleuterium vocantur, ibi in præsentia utriusque senatus, in quo consentiant, vel in quo dissentiant, Electores & Principes, illis significatur, rogantur que ut & ipsi animi sui proferant sensa. Huic admonitioni morem gerunt, atque per directorii Syndicum, quid sibi videatur, aperiunt, vel Electoribus, vel Principibus, accedunt, vel ab utriusque in aliam abeunt sententiam [add: *Cum an. 1653. 7. Sept. durantibus Comitiis Ratisb. in communi Statuum Buleuterio, ubi secunda re- & correlatio peracta fuerat, illi, qui Senatus Principum erant, in medio buleuterii stantes inter se sermones sererent, Cancellarius Moguntinus nomine Electoralis Collegii capit ad eos verba facere, illi vero eum audire recusârunt, nisi etiam reliqui Electorum Legati accederent; Hoc enim moris esse. Postquam autem accessissent Electorales, & in tabul. tu suo eminentiori constitissent, atque iterum Moguntini Cancellarius loqui inciperet, Senatus Principum ne sic quidem acquievit. Tandem abeuntibus Civitatum Legatis, ut usque Collegii Legati sedes suas ordinarias occupârunt, & propositio à dicto Cancellario facta fuit. In re- et Correlationibus ergo Elect. Legati ab eminentiori subs-*

l, vrio in inferius atrium ad Principū Legatos descendunt, ut factum d. 16. Sept. 1653. ut refert Dn. Autor. T. 5. I. P. ad l. 9. c. 1. n. 166.]

Conclusa Senatuum Imperatori notificantur.

XLV. Hæc Statuum sive concors sive discors sententia per deputatos Imperatori refertur [add: *Vid. Franc. Irenic. in Colleg. ad Burgold. part. 3 pag. 23.*] Senatum Electorum quod attinet, ab illis duo deputantur, unus à Moguntino, alter à Palatino. [add: *Sine dubio Bavarus Elector hodie hoc jus sibi arrogat*]. Secundò in senatu Salisburgensis, aut Austriaci, unum his addere solent, quibus Prælatorum nomine accedit alius, & Principum ex parte secularium itidem alter; à Comitum numero, alternatim, ex Wetteravicis Franconicis [add: *Suevicis & Westphalicis*] unus; à civitatibus autem duo deputantur, scil. ab unoquoque scamno unus. Imperator si Statuum accedat sententiæ, res confecta est; si secus, tamdiu replicando, duplicando, & ita deinceps, disceptatio instituitur, donec, si possibile est, unanimis surgat conclusio.

Cùm in Comitiis Ratisponensibus, anno 1640, inter Salisburgenses, atque Ducis Bavariæ legatos contentio orta esset, utri eorum competeret interesse relationi, quæ Imperatori à deputatis Senatus facienda, Bavari de deputationibus distinctim agentes dixerunt: Es seye aus den Reichshandlungen und Protocollen wissentlich/ daß auf den Reichstägen/ bey den Reichsräthen/ nach Unterscheid der Sachen/ und Verrichtungen/ die man vornehmen wil/ auch unterschiedliche Deputationes herkommen/ Als nemlich andere (1) wann die drey Reichsräthe etwas mit einander zu conferiren/ und zu communiciren haben/ und (2.) andere/ wann der Käiserlichen Majestät was unterthänig zu referiren/ und zu übergeben: so dann (3) auch wider andere/ da eine Sache nicht in plenis Senatibus, sondern allein durch gewisse deputirte, zu berathschlagen/ und abzuhandeln von allen drey Reichsräthen für gut angesehen wird. Welche dreyerley deputationes so weit von einander unterschieden seyn/ daß man von einer deputation zur andern nicht argumentiren, und kein Fürst/ oder Stand inferiren kan/ Ich bin zu einer deputation verordnet; Ergo so gehöre ich auch zu den andern: Sondern ein ieder muß sich wol in primo, als secundo & tertio genere deputationis, dem jenigen bequemen/ was bey denen Reichstägen herkommen/ und die Reichsprotocolla mit sich bringen. So viel die erste deputation belanget/ seye aus dem gantzen Fürstenraht Oesterreich und Saltzburg/ dann Bäyern/ und der auff der weltlichen Banck nechst daran sitzende Fürst/ und zwar auch ohne beyseyn der Prælaten und Grafen mit dem Ausschuß der Churfürsten/ und Stadt-raths zu conferiren/ und dergleichen zu verrichten/ von alters hero zu der ordentlichen deputation verordnet. Daß aber in secundo genere deputationis, wann der Käiserlichen Majestät was zu referiren/ und zu übergeben ist/ eben dieser Ausschuß/ welcher obangeregten conferentiis beywohnet/ gleicher gestalt den relationen die der Käiserlichen Majestät beschehen/ ordinariè und allezeit/ wann es auch schon zwischen den drey Reichsräthen nicht sonderbahr verglichen ist/ daß den ordinariis deputatis noch andere zu adjungiren seyen/ nothwendig beywohnen/ und zugelassen werden solle/ (wie die Saltzburgische vorgeben) das widerspreche man in bester Form/ sey auch solches aus den Reichs actis nicht bey zu bringen/ sondern dieselbe bezeugen so viel/ das von alters herkommen/ das ordinariè zu solchen Relationen des löblichen Fürstenraths wegen/ nur einer von der Geystlichen/ und einer von der Weltlichen Fürstenbanck/ neben einem aus den Prælaten/ und einer aus den Grafen/ beygewohnet wie dann auch aus dem Städtrath/ nicht die völlige ordinari deputation, sondern nur zwem/ als einer von der Oberländischen/ und einer von der Rheinischen Banck/ zu dergleichen Relationen gezogen werden: und werde solches auch in deme bestättiget/ daß den völligen/ und gantzen Reichsschluß und Abschied von allen Fürsten wegen/ vermög uhralten Herkommens/ und auch gantz unstrittiger observanz, allein zween einer von der Geistlichen/ und der ander von der Weltlichen Fürstenbanck/ zu fertigen pflegen/ dahero dann umb so viel desto weniger zu zweifeln/ daß der Käiserlichen Majestät/ auch die particular conclusa, und gutachten wegen des hochlöblichen Fürstenrahts nur auf anwesenheit zweyer/ als eines von der Geistlichen/ und eines von der weltlichen Fürsten wegen/ durch der drey Reichsrähte deputirte/ allerunterthänigst vorgetragen/ und contestirt werden. Die Bäyerische Abgesandten haben alle und jede Reichsabschiede/ auch in solchen Fällen/ wann gleich andere Weltliche Fürsten in Person vorhanden gewesen/ mitgefertiget; hingegen Saltzburg/ wann Geistliche Fürsten den Reichstägen beygewohnt/ zu zeiten bey der Fertigung ausgesetzt/ und prætorirt worden. Und ob zwar eingestreuet wird/ daß nichts ungereimters iemals im Reich hette introducirt werden können/ als daß aus dem Collegio der Prælaten und Grafen deputati verordnet/ die Ertz- und Bischoffe aber/ neben allen andern Geistlichen Fürsten/ zurück gestellet werden sollen; dann ob schon das hochlöbliche Haus Oesterreich seine Session auf der Geistlichen Banck habe/ doch hingegen wol bewust daß selbiges dem dem Geistlichen Stand nicht einverleibt seye. So ist doch unwidersprechlich/ und Reichskündig/ das hochermeldes Haus Oesterreich/ bey den Reichs conventibus nicht allein auf der Geistlichen Banck sitzet/ mit und neben einem Geistlichen Fürsten/ in dem Fürstenraht dirigirt, daselbst auch votirt, und von derselben Banck wegen/ so wol dem ordinari, als extraordinari deputationen, und zwar auch deren bey einem Römischen Käiser abgelegten relationen, zum öftern/ wann die Ordnung den Oesterrichischen Gesandten betroffen/ vermög der Protocollen/ allein ohne beywesen einiges Geistlichen Fürsten/ bey gewohnet/ auch so gar die Reichsabschiede/ wegen der Geistlichen Fürsten/

Fürsten / ohne derselben einige widerrede / allein verfertiget / wann man ie zu weilen / nach der Sachen Wichtigkeit / und erforderter Nothdurft von einer sondern und mehrern deputation geredt / und deliberirt, ist dieselbe iedoch niemals / in massen die Reichsprotocollen lauter und klar bezeugen / auf die exclusion der ordinariorum deputatorum darunter die Hertzogen in Bäyern / auf der Weltlichen Banck unstrittig begriffen / sondern nur allein auf eine adjunction anderer mehr Stände von beyden Bäncken / und zwar allezeit in gleicher anzahl / gestellt und geschlossen worden. Und ist auch in allen Reichs-protocollis kein einiger widriger actus zu finden / als wann etwa nur deputationes ad supplicationes expediendas geschehen / darzu die Bäyerischen nicht allezeit verordnet / sondern bey andern wichtigen consultationen, und verrichtungen gelassen worden seynd.

Statibus dissentientibus an Imperator possit legem condere?

XLVI. Quod si ad harmoniam istæ Statuum sententiæ, unaque Imperatoris, non valeant reduci, oritur quæstio: *an Imperator rem suo pro arbitrio determinare, atque hoc modo Statibus legem dicere possit?* Quæstionis negativam firmant sequentia: *Primo*, si Imperatoriæ potestatis est, pro arbitrio, non attentis Procerum sententiis, in comitiis decernere, ad quid isthæc solennis Recessibus Imperij adjecta clausula: Haben wir uns nachfolgender Ordnung vereinigt / verglichen / und deshalben mit und gegen einander in Contracts-weise verpflichtet: Quæ clausula iisdem, aut sanè æquipollentibus verbis, ferè omnibus Imperii recessibus adjecta dignoscitur, ut firmiter inde colligere detur, Status Imperii non alio, quàm contractus & conventionis iure, Recessibus Imperii obligatos esse. At contrahentium in contractibus ineundis arbitrium hoc est, ut alter alterum invitum obligare non possit. *Deinde* quod in comitiis constituitur, non vocatur, des Käysers Abschied / sed des Reichs Abschied / vel, des Käysers und gemeiner Stände Abschied (R. A. zu Worms *de anno* 1564. §. Demnach haben wir.) *Denique* si de negotiis Imperii universis soli Imperatori absque discrimine cognitionem tributam volunt, quid illud est, quod in causis commune patriæ bonum spectantibus, sine consensu Procerum nihil se constituturum, maiestas Imperatoria jurat? Si de novo aliquid pro arbitrio suo in comitiis constituere Imperator potest, quid causæ est, quod necessitate emergente Recessibus Imperij nihil addere propriâ autoritate potest, sed adhibere cogitur Electores aliosque Status? [add: *Dn. Autor l.9. c.1. n.174. anxius heret, quid respondere ad hanc quæstionem debeat. Hodie, experientiâ praeunte, certum est, salvâ manente Imperatoris Augustissimi majestate, neque Imperatorem solum, neque solos Imperii Status decreta & leges Imperii in Comitiis sancire posse per clarissimum textum Instrum Pac art.8 §. gaudeant. Certè si ex plenitudine potestatis soli Imperatori liceret aliquid in comitiis decernere, haberet ille quasi in manibus omnem comitiorum vim & autoritatem, & non nisi dicis gratiâ Imperii conventus instituerentur. Vid. Burgold. p.3. ad Instrum. Pac. Disc.3. n.2. & ibi notas Francisci Irenici in Collegio ad Burgold.*]

An in Comitiis major pars concludat?

XLVII. Nunc de eo videndum est, *an in comitiis, maioribus sit standum votis: seu, an in iisdem validum axioma: Major pars concludit:* Vetus comitiorum formula erat, *hac pars major videtur.* Quam si in nostris quoque comitiis militare quis dixerit, certè sine fundamento is haud erit. Necessitas hoc postulat, ius civile hoc approbat, ius canonicum ab eo differens non est, publica Imperii iura hoc docent, & omnium ferè sanctorum gentium mores id observant. Nam etsi saniora minoris partis vota maioribus præferenda diximus, res admodum intricata erit, quænam saniora dici mereantur, & hic, *qui volet ingenio cedere, rarus erit.* In electione Imperatoris maiora concludunt vota. (*A. B. c.2. §. 4.*) Idem & in reliquis Imperii negotiis obtinere clari recessuum Imperii textus sunt. (R. A. zu Cölln und Trier *de anno* 1512. §. Es sollen auch die Churfürsten / *versic.* und was dieselbe / *ibi*, oder der mehrere Theil aus ihnen. Regimentsordnungen zu Worms *de anno* 1521. §. Wurde sich auch begeben / *versic.* und so die Sachen / *ibi*; so durch den mehrern Theil beschlossen wird / Folge thun. R. A. zu Speyer *de anno* 1542. §. Und diesem obersten Hauptmann / *vers.* und diese der zehen Cräyse / *ibi*; und was einhelliglich / oder mit dem mehrern Hauffen / beschlossen würde. R. A. zu Regenspurg *de anno* 1576. §. Da dann die Sachen / *vers* aber darnach / *ibi*; beym mehrern gelassen werden.)

In causis religiosis locum non habent maiora vota.

XLVIII. Verùm hisce pro regula concessis, non desunt exceptiones ab aliis, atque ab ipsis quoque Imperij Statibus propositæ. 1. Religionis est negotium. In comitiis usitatum illud esse axioma, scribit Waremundus ab Ehrenberg (*de Regni subsid. & onerib. subdit. c.2. n.19.*) in causa fidei majora, vel plura vota locum non habere. Urget hoc Pontanus, Protestantium orator, apud Sleid. (*lib 7. p. m.112.*) & Landgravius Hassiæ Philippus ad Granvellanum; in fidei negotiis, ait, non esse considerandum, quid maxima pars opinetur, sed quid verum sit. Nam & Hierosolymæ, cum ex Apostolis atque discipulis plerique vellent gentes profanas, quibus erat annunciatum Evangelium, circumcidi, Petrum tantùm, & Paulum, & Iacobum atque Barnabam contrà sensisse, & errore commonstrato, iugum illud legis abrogâsse. Quo quidem tempore maximam partem eius conventus, paucorum iudicio, quod rectum erat, cessisse & obtemperâsse: (Sleidan. *l.17. p. m* 183.) Huc pertinent protestationes a reformatę religioni addictis Statibus interpositę, quibus Imperii Recessus mentionem ingerunt: (R. A. zu Augspurg *de anno* 1530. §. Es haben aber. R. A. zu Regenspurg *de anno* 1532. *tit* Geistliche und weltliche Beschwerung. R. A. *de anno* 1541. §. Dargegen haben die Stände.) Sanè Apostolo teste nostrū unusquisq;

de seipso rationem reddet Deo. (*Rom. 14. vers.12.*) Atque hoc unicum esse videtur Bertramo *th. 63.* in quo maiora non prævaleant; in politicis verò negotiis contrarium simpliciter statuit. [add. *Quod in causis religionem directè vel indirectè concernentibus pluralitas votorum attendi non debeat, decisum in Instrum. Pac. art 5. §.2. vers. Neutra vero & §.19. ubi vid. Burgold.p.2.Disc.19. n.9. ubi egregia ex Dn. Strauchio videbis quomodo maiora vota in causis, religionem concernentibus, concludunt. Francisc. Irenic. in Colleg. ad Burgoldens.loc.cit.pag.40.*]

An in Imperij Contributionibus maiora valeant?

XLIX. II. Contributionis onera. Hinc aliquot ex Electoribus & Principibus Imperij anno 1598. opposuerũt fisco in Camera Imperiali exceptiones ex eo capite, quod majora vota in causa religionis & contributionis dissentientes non obstringant: VVaremundus ab Ehrenberg (*d. tr. de Regni subsid. & onerib. subdit. c.5. n.53.*) Verùm hisce non obstantibus, in Contributionibus, quæ pro publica Imperij utilitate, & necessitate imponuntur, verius esse putat Reinking. (*de regim. secul. lib.1. class.5. c.8. n.71.*) majoris partis suffragia prævalere. Nam & hoc casu suffragationem, & consensum, non ad omnes, ut ad singulos, sed ut ad universos pertinere, quatenus videlicet causa, propter quam exiguntur contributiones, universum Imperium concernit. Quod ad pluralitatem votorum in materia collectarum attinet, cum ea res in congressu Osnabrugensi decidi non potuerit, *d.* §.19. ad Comitia proxima remissa erat. In illis autem, Anno 1653. & 54. Ratisbonæ habitis, non levi studio ventilata fuit, sed indecisa remansit. Senatui Electorum placuit, daß auß vielfaltigen erwogenen trifftigen Vrsachen / auch in Erinnerung des H. Reichs-Abschieden und Herkommens / nach dem sonderlich die Anno 1608. und 1613. bey der Zeit außgeschriebenen Reichs-Versamblungen entstandene difficultaten / vermittelst Göttlicher Gnaden / nunmehr ohnlängst auß dem Weg geraumet / den mehrern Stimmen in dergleichen Reichs-Collecten deferiren / in allerunterthänigster Zuversicht / es werden Ihr Käyserl. Maiestat Inhalts der Reichssatzungen / und Capitulation, von deß H. Reichs Churfürsten und Ständen / sine publica Imperij necessitate, vel utilitate Reichssteuren zu begehren nicht / darbey auch deß Reichs / in Anzeigung der Vrsachen / warumb man zu steuren / wie auch in der Ständ Einwilligung bestehendes Herkommen / jederzeit zubeobachten / allergnädigst geneigt / und dahin bedacht seyn / damit ein billiger Anschlag und Fuß im Reich gerichtet / und keiner über Vermögen beschweret / auch denen sich gravirt befindenden Ständen durch gehörige moderations, und andere Mittel / denen Reichs-Constitutionibus gemäß / succurrirt und geholffen werden / unterdessen aber die determination dieser quæstion, und was der Collecten halber im Friedenschluß enthalten / und auff gegenwärtigen Reichstag verwiesen worden / länger ohnauffgehalten bleiben solle. In Senatu Principum, Catholicis visum fuit, attendendam quidem esse pluralitatem votorum, aber mit dem Vorbehalt / daß zuvor ein billigmässiger gleicher Fuß und Anschlag gerichtet / die übermässig belegte Stände der rechten proportion nach würcklich geringeret / und dieses reservatum dem Reichsschluß beygerückt werden solte. Protestantes distinguendum esse arbitrati sunt, inter Collectas voluntarias, & necessarias. Man wolle sich zu keinen Collecten, noch deren quanto per majora verbinden lassen / es erfordere dann (1.) dieselbe publica inevitabilis, & notoria Imperii necessitas, eiusquè defensio, und daß das Heil. Röm. Reich ohn solche Collecten, im Fried und Ruhstand nicht leben könne (2.) daß alsdann die Einnahm und Außgab solcher Collecten, den Ständen deß Reichs der Gebühr berechnet; auch (3.) die majora darnach æstimirt werden sollen / wann auff das wenigst drey Viertel oder zwey Drittel deß Collegii miteinander einig sind. Darunter aber (4.) derjenigen vota, welche nit contribuiren / keines Wegs mitgerechnet werden solten. Senatus Civitatum maiora in materia Collectarum locum non habere affirmavit, sequentes ob rationes. 1. Ist die tritissima sententia, und im Reich hergebrachte / auch bey vielen Reichstägen in denen deliberationibus publicis und ubergebenen der Stände Resolutionen und Schrifften / in materia Collectarum gebrauchte distinctio, und Vnterscheid bekandt / quod in actibus & negociis universitatis, Status Imperii in universitate, ut universos, concernentibus, sufficiat, si conveniant, vel consentiant duæ partes, ad minus, ob rationem, quod negocia universitatis non possent de facili expediri, si omnes deberent unanimiter, consentire; in actibus verò universitatis, in quibus tractatur de rebus concernentibus ipsam universitatem ut singulos, ibi non sufficiat maioris partis consensus, sed omnes expressè consentire debeant: Weil nun die materia collectarum & contributionum, die Stände deß Reichs ut singulos concernirt, und kein Stand vor den andern bezahlt / so können auch darinn die mehrern Stimmen / und Einwilligungen / die andere / und alle / nicht binden / sondern muß von allen / ut singulis, eingewilliget seyn / wie dann (2.) solches in den Religions- und Gewissen-Sachen / so ingleichen einen jeden insonderheit concerniren / anfechten und angehen / vor diesem vielfältig / und sonderlich Anno 1613. von denen protestirenden Ständen stattlich außgeführt / und nunmehr auch in dem Instrumento pacis unter andern / auß eben solcher angeführter ration, weil die Religion-Sache einen jeden / ut singulum, concernirt / dergestalt decidirt ist / daß darinnen die pluralitas votorum nicht statt habe / also auch in dieser collectarum und contributionum materia, welche nicht dem gemeinen / sondern eines jeden Seckel insonderheit concernirt ex identitatis ratione Platz und statt haben wird / und solches (3.) umb so viel mehr / als je nicht nur wider die Vernunfft / sondern auch wider die Christliche Liebe laufft / daß der tertius auß eines andern Seckel votirn, und mit seiner Stimm ihm vorschreiben solle / was und wieviel Er beytragen / und zur Reichs Anlaag geben solle; cum iniquum sit per imposi-

impositionem collectarum inopiæ nostræ aliorum votis præjudicium creari, præsertim ab illis, qui minus onus sustinent, & exiguæ quantitatis collectam solvunt. Weil (4.) wißlich/ daß sonderbahr die erbare Frey- vnd Reichs-Städte / in der Reichs-matricul vor allen sehr hoch / vnd manche vornehme Stadt einem Churfursten gleich belegt / also das onus (5.) mehrentheils denen Stadten auff den Halß gewältzet/ vnd (6.) durch die jenigen/ welche am wenigsten dem Reich in dergleichen Collectis beytragen / oder wol gar sich eximirt machen/ oder durch allerhand Weise vnd Wege remissiones herauß zu bringen wissen / in Tag hinein gewilliget / die majora gemacht/ vnd also manchen Stand von Land vnd Leuthen / per talem pluralitatem abvotirt, vnd gebracht werden könte. Welches (7.) wie es contra proportionem geometricam, vnd die Natur vnd Eigenschafft der Collecten oder Anlagen / als welche secundum æs & libram, vnd nach eines vnd deß andern Stands Vermögen angelegt werden sollen/ lauffet. (8.) So scheinet es der Ständ Reichs-libertät vnd Freyheit sehr zuwider/ daß sie wider ihren Willen vnd Vermögen/ indistinctè in denen collectis voluntariis, an die mehrere Stimmen solten gebunden seyn / cum in actibus puri puri arbitrij voluntas nostra aliorum nutu non stringatur, nec promissiones alienæ, aut facti alieni, obligent; auch auff eine zimbliche contradictionem in adjecto hinauß lauffen würde/ daß dergleichen freywillige mitleidenliche Hülffleistungen vnd Beyträg / wie sie also genennet werden in (R.A. de Anno 1594. vers.) Wiewol nun/ ꝛc. arbitrio tertij regulirt werden solten. In deme (9.) dergestalten die Reichsständ deterioris conditionis seyn würden / als die Land- vnd municipal-Stände/ als welche von ihren hohen Lands- oder Gerichts-Obrigkeit gebührlicher massen mit Beybringung ihrer Angelegenheit/ vorhero ersuchet / vnd dan nach ihrem Vermögen angelegt/ aber ultra vires vnd ex alterius Constatus arbitrio, nit gravirt noch beschweret werden. Inmassen (10.) es auch in dem H. Röm. Reich nicht herkommen / sondern obwol zuweilen in dergleichen materien (11.) per majora der Schluß gemacht werden wollen/ sich dannoch daran die Stände nicht binden lassen/ vielmehr als ein sonderbahres Reichs-Gravamen allegirt vnd contradicirt, wie auß vielfältigen Reichs-Handlungen / sonderlich (de Anno 1548. 1608. vnd 1613.) zu sehen. Insonderheit aber (zum 12.) die erbare Frey- vnd Reichs-Städte sich an die majora in puncto collectarum vnd contributionum nicht binden lassen / wie auß dem revers Ferdinandi I. vnd der Käyserl. Commissarien de dato Speyer die 11. Aprilis, Anno 1542. neben andern deßwegen vorhandenen infinitis præjudiciis, in specie auch auß denen jüngsten Reichstags Actis de Anno 1641. die sie à part der Röm. Käyserl. Majest. ihr Gutachten/ reservation vnd protestation in audientia absonderlich übergeben/ erhellet. Und können (13.) die erbare Frey- vnd Reichs-Städte eben dieser Zeit destoweniger der pluralitati votorum, oder den majoribus sich subiicirn/ oder conformirn / weil wißlich deren sehr viel / vnd fast die mehrentheils in der Asche / ruin, vnd gäntzlicher desolation darnider ligen; theils dem Kriegsschwall und der Lothringischen Völcker Ungelegenheit vnd überfall noch immer vnterworffen; theils auch also von allem Gewerb / Handlung vnd Mitteln kommen / daß wo vor diesem zu 1000. jetzo nit mehr zu 100. Bürger vorhanden / vnd darneben in solchen grossen Schuldenlast stecken/ daß sie schwerlich in einem seculo darauß werden eluctirn können. Zumahlen auch etliche derselben / durch den so lang gewährten grausamen Krieg / eine solche Capitis diminutionem, vnd Abgang ihrer Substantz vnd Einkommens-Mitteln / ratione der gantz verschlagenen / vnd weggetriebenen vorhin gehabten Commercien, manufactoren/ und dergleichen / darauff ihr fundus jederzeit notorie bestanden / gerathen / daß sie bey weitem keine solche Widerholungs-Mittel/ als die jenige haben / welche durch anbawen vnd vermehrung ihrer hochansehnlichen Landen vnd Leuten (so ihnen auch billich von Hertzen zu gönnen) zu vorigem Stand vnd Kräfften leichtlich gelangen / auch auff geraume Zeit hinauß mit menschlichen Vernunffts-Augen vor sich sehen können/ vnd ihnen auch die noch continuirende Zölle zu Wässer vnd Land / alle respiration nemmen wollen. Uber das (14.) fallet es vielen Erbaren Frey- vnd Reichs-Städten/ in puncto contributionis & collectarum, uber die massen schwer vnd ohn möglich/ ohne vorgehende moderation ihres allzuhohen Anschlags der Reichs-Matricul, als worauß die meiste confusiones, diffidenz, vnd Widerwertigkeiten bißhero entstanden / sich zu einiger collect vnd contribution solcher ihrer hohen übermässigen quoten nach/ hinfüro zu erklaren/ vnd sonderlich mit denen zu conformiren / die entweder etwan darbey interessirt, oder sich remissionum versichert halten/ oder am wenigsten beytragen / welche doch von Rechts wegen bey dergleichen deliberationibus vnd Berahtschlagungen deß votirens sich enthalten/ oder/ in Verbleibung dessen/ auß- vnd abzutretten erinnert werden solten. Darneben (15.) kommet den sambtlich Erbaren / Frey- vnd Reichs-Städten sehr nachdenck- vnd beschwerlich vor/ daß man nit theils derselben/ wegen deß der Römisch. Käyserl. Majestät/ vnsern Allergnädigsten Herrn / in dem Instrumento Pacis verwilligten subsidij, nicht allein starcke assignationes von 100. Römer-Monaten auff die Städt gemahlet / sondern theils auch mit würcklicher execution wieder dieselben totâ die verfahren / ja bey etlichen uber besagte Summ geschritten wird/ da doch erst auff diesem Reichs-Tag de quanto geredet/ und einiger Schluß gemacht werden solle. Gleich nun aber (16.) obiges alles keines wegs den Verstand hat / als ob man an Seiten der Erbaren Frey- Reichs- Städten / von denen zu allgemeiner deß H. Reichs Nohtdurfft / oder gantzer Cräyß fürbrechender Feinds-Gefahr Abwendung/ ohnumbgenglich erforderten durchgehenden Reichs-Collecten gäntzlich in quæstione anzuziehen/ oder von den hohen Ständen sich derentwegen ohne erhebliche Ursachen / wann

allein in dem Reichs-Anschlag nohtwendige moderation vorhero werckstellig gemacht / vnd das quantum auff ein erschwingliches gerichtet seyn wird / (weil niemand zu ohnmüglichen oder ohnnöhtigen Dingen sich verbinden zu lassen schuldig) abzusondern gemeinet seyn solte / sondern man vielmehr deß gebührenden Erbiethens ist / in obvermeldten Fällen / denen Reichs-Constitutionen, vnd Executions Ordnung gemäß / neben andern getrewen Reichs-Ständen / auch ihres Theils vnd Orths nach Vermögen vnd proportion, noch ferners / als bißhero / vnd zwar theils fast über Vermögen beschehen / williglich beyzutragen. Als will man doch (17.) darbey zuvorderst gebührlich verhofft / erinnert und gebethen haben / bey dergleichen verwilligten Collecten vnd Anlagen / es dahin / aller Vernunfft / Billigkeit vnd Rechten nach / zu richten vnd recommendirt zu halten / damit einem vnd dem andern Stand bey der Käyserl. Majestät vnd anderer gehörigen Orthen seines jetzigen Zustands / Vnvermögens / vnd particular-Angelegenheiten halber / die Nohtdurfft gebührlich einzuwenden / jedesmals vorbehalten seyn / selbige allergnädigst / gnädigst vnd gnädig auffgenommen / vnd in billige consideration gezogen / vnd denen beschaffenen vnd bescheinigten Sachen vnd Vmbständen nach eine solche moderation vnd Einsehen eingewendet werde / daß darbey mehr auff gegenwärtige übrige wahre Vermögens-Kräfften ein billigmässiges Christ-mitleidenliches Auge geschlagen / als ein oder der ander Stand / vnter dem prætext deren vorlängst in weit andern deß Reichs Zustand auffgerichteten Reichs-Matricul, über jetziges Vermögen getrieben / dardurch selbige an statt der verhofften Geniessung deß lieben Friedens / vollends gar zu Grund vnd Boden nidergelegt / vnd zu einem vntüchtigen Mitglied deß heiligen Reichs gemacht werden mögen. Wie man dann auch (18.) nicht sehen kan / daß eben diese proponirte, vnd in dem Instrumento Pacis auff einen allgemeinen Reichs-Schluß remittirte Sach / per majora ihren Außschlag gewinnen / oder decidirt könne werden. Cæterùm, quod distinctionem Protestantium, inter Collectas necessarias, & voluntarias, de qua paulò superius diximus, concernit, Electoralis Senatus eam hoc sensu admittendam duxit, ut omnes Collectæ Imperii ratione causæ pro necessariis, aut utilibus, ratione verò consensus Statuum pro voluntariis haberi deberent. Nonnulli ex Catholicis in Senatu Principum statuerunt, hodierno tempore omnes Imperii Collectas, respectu dantis esse voluntarias, illas enim non per præceptum à Statibus ab Imperatore exigi, sed volentibus, & consentientibus imponi; nullas verò dici posse necessarias. Protestantes autem distinctionem, quam semel amplexi fuerant, propugnârunt. [add. *Conferatur hic Burgold. p. 2. ad Instr. Pac. Disc. 19 n. 9. & ibi Francisc. Irenic. pag. 40.*]

In quibus porrò majora vota non valeant?

L. III. Majora porrò vota, in detrimentum aliorum, locum non habere ajunt, in tollenda lege fundamentali, tollendove jure privilegii, vel contractus, quod singulis est quæsitum. IV. Generaliter majore parte contra utilitatem aut libertatem publicam statuente, minoris non repudiandam sententiam. (*l. 1 C. de vet. jur. enucl.*) V. In causis quæ ad omnes tanquam singulos pertinent, majorem partem minori nec quicquam præjudicare: (*l. per fundum, ff. de servit. præd. rust.*) Reinking *d. l. n. 70.*) VI. In causis, ubi inter Catholicos & Reformatos, tanquam inter partes litigantes, disceptatur, etiamsi ex una parte plures existant, nihilominus tamen haud multitudinem actorum reorum paucitatem, sed causæ solùm æquitatem, & justitiam vincere debere. Idque non solùm in causis, quæ directò religionem concernunt, sed & tunc, cum vel per indirectum intervenit negotium religionis, aut ubi occasione diversæ religionis conscientiæ ratio præponderare potest juris æquitati. [add. *In omnibus negotiis, ubi Status tanquam unum corpus considerari nequeunt, ut etiam Catholicis & Augustanæ Confessionis Statibus in duas partes euntibus, sola amicabilis compositio lites dirimere debet, non attentâ votorum pluralitate. Instr. Pac. art. 5. §. 19. Alium casum, in quo unanimia requiruntur vota, vid. in Cap. Leopoldinâ art. 21. Elegantes casus in quibus majora vota hodie prævalere debent vid. in R. I. de an.* 1654. §. In Tractathandlungen. *&* §. den zweyten Puncten.]

Quando quæstio fit orta de victoria majorum votorum?

LI. Planè postquam religione dividi inter se Status cœperunt, contentio ista simul orta est, *an & quando majora vincere debeant?* Catholici generaliter in omnibus ad majora provocârunt, atque adeò in ipso quoque religionis negotio. Ita enim disertè Carolus V. ad Protestantes apud Sleidan. (*d. lib. 7. p. 112.*) æquum esse, ut minor pars accommodet sese majori. Continuata per aliquot comitia hæc cantilena, tandem summâ partium contentione ventilata fuit Ratisponæ in comitiis anno 1613. celebratis, ubi Imperator & Catholici majora propugnârunt calidè; Correspondentium autem legati contrà literis datis 20. August. ejusdem anni illa limitate admittenda dixerunt. Verba earum ita se habent: Die majora verwirfft man nicht gäntzlich / sondern kan man dieselbe in consiliis sanis, vnd da kein interesse vnd passiones mit vnterlauffen / wol passiren lassen. Daß man aber die majora ohne Vnterscheid in allen vnd ieden / auch die Religion / frewilligen contributiones, der Stände Libertæt betreffend / vnd dergleichen Sachen / anietzt behaupten vnd durchdringen will / das verursacht vnsern Herrschaften vnd Oberen nicht vnbilliges Nachdencken. Vnnd so viel mehr / daß der ander Theil zu mehrmalen sich selbsten erklaret / daß die majora in Religions-sachen nicht statt haben: wie dessen im Jahr 1603. im Fürstenraht ein klärlich Exempel vorgewesen / vnd sonsten bey jüngstgewesenen Reichstägen / der ander Theil zu vnterschiedlichen mahlen sich vernemen lassen: auch ohnzweifentlich / da die Evangelische die majora in ihren Handen haben solten / sich denselben nimmermehr auff solche Weise / wie man es ietzo vorhat / vnterwerffen würde. So geben es auch nicht allein die Passauische Verträge / sondeen auch die darauf im Jahr 1555. zu Augspurg gepflogene Handlungen / daß man durch überstimmen einander nicht gefähren solle noch wolle: wie auch noch hernacher in den

Jahren

Jahren 57. vnd 59. ein ebenmässiges fleissig in Acht genommen worden / und daß einmal der Religionfrieden durch Thädigung / Tractation und Vergleichung / und also nicht per majora, aufgerichtet. Wann es auch des andern Theils Meinung nach die Gelegenheit haben solte / so würden so wol Euer Kayserlichen Majestät die jenige Beschwerden / deren Abhelfung allein in Euer Kayserliche Majestät Händen und Machten stehen / ihren maioribus zu vnterwerfen Bedencken tragen / als auch vnsere Herrschaften und Obern nicht zugeben können / daß sie in den Beschwerungen / die wider den andern Theil sie zu klagen haben / sich von denselbigen überstimmen / und ihme neben dem eines Orts Parten / auch das Richterampt einraumen solten / welches ja wider alle Vernunft / und die Natur selbsten were. Vnd weiln man sich aus vnterschiedlichen Exempeln vom Jahr 1527. bis aufs Jahr 1582. zu erinnern / daß man sich also ohn Vnterschied durch die maiora nicht bereden lassen wollen / und darauf dergleichen Absonderungen von den deliberationibus in zutragenden Fällen zu mehrmalen geschehen / und das Exempel anno 1582. mit den Reichsstätten / vnd anno 1594. da der Magdeburgische Sessionstreit auf der Bahn gewesen / noch in frischer Gedächtnuß ist / in deme damals von den Römisch-Catholischen Ständen eine starcke Separation gemacht / und im Fall man ohne sie verfahren würde / zum zierlichsten dargegen protestiret worden ist / wie die Reichsprotocolla mit sich bringen werden: So befindet man auch in den jenigen Craysen / da die Evangelischen die mehrere Stimme haben / daß der ander Theil sich an dieselben gar nicht binden lassen will / und wie die Erfahrung gibt / ehe selbsten sich absondern / und vnter sich selbsten sonderbare Abschied aufrichten. Wann endlichen mit den maioribus also verfahren werden solte / hätten die Evangelischen Stände des Reichs den Neuen Calender vorlängst / sonderlich bey dem anno 1603. gehaltenen Reichstag / ohne alle Widerrede annemen müssen: Were auch ohne Noht gewesen / daß am Kayserlichen Cammergericht die Verordnung geschehen / daß in Religionssachen Assessores pari numero von beyderley Religionen deputirt werden müssen: oder was bedörfte es dergestalt viel deliberationes auf Reichstägen anzustellen / weiln auch vielen vnterschiedlichen Evangelischen Ständen ihre sessiones und Stimmen im Fürstenraht gesperret werden:

Causa in comitiis non expedita quò remittantur?

LII. Restat, ut videamus, quid consultationes atque conclusiones subsequatur, atque adeò, quomodo finiantur comitia. Circa hæc potissimum advertendum est, aut ad deliberandum propositas causas expeditas esse, aut non esse expeditas. Hoc casu quæ nondum expeditæ sunt, vel ad futura generalia, vel specialia, remittuntur comitia. In comitiis Spirensibus, ut eorundem Recessus innuit *de anno* 1544. §. Wiewol auch auf diesem / debebat quoque consultari von Streitigkeit der Session, auch Stand und Stimm wegen / desgleichen von Aufrichtung einer beständigen guten Müntz / und andern mehr des H. Reichs Teutscher Nation gemeinen Obliegenheiten seind aber damals Kayserl. Majest. und dē H. Reich dermassen ehehafte und redliche Vrsachen und Verhinderungen fürgefallen / daß sie solche nicht erledigen können / sondern dieselbige auf einen künftigen Reichstag nach Worms verschreiben müssen. Cum ad hæc Wormatiensia comitia anno 1545. pauci Statuum ipsimet advolâssent, cæterorum verò legati non omnes mandato pleno & convenienti essent instructi, indecisa negotia iterum ad alia comitia Ratisponæ iudicenda remissa fuerunt. In Comitiis Augustanis de anno 1555. §. Alsdann auch / negotium compositionis religiosæ ad futura reservatum comitia; & in aliis causarum aliæ ad alia: R. A. *de anno* 1594. §. Was und so viel aber nach diesem allem. §. Als wir dann für den vierten. §. Demnach wir auch zum fünften. R. A. zu Regenspurg *de anno* 1598. §. Welcher Gestalt wir nun diesem nach. ubi aliquot articulos, nempe de dubiis Cameræ, Müntzwesen / Richtigmachung der Reichsmatricul / Moderationsachen / etc. ad conventum Deputatorum remissos percipimus.

Recessus Imperii quomodo conficiantur?

LIII. Altero casu, quando ad consultandum proposita negotia expedita sunt, vel omnia, vel aliqua, id quod conclusum fuit, à Moguntino in formam recessus [add. *quam vocem barbaram agnoscit Goldast. in Replic. pro Imper. c.* 10.] redigitur, atque publice prælegitur deputatis Imperatoris, atque Statuum, eam in finem, ut, si opus sit, emendent emendanda, & corrigenda corrigant. Ab Imperatore ad hoc unus, vel duo deputantur: Electorum quilibet unum vel duos constituit, qui tamen unicum duntaxat obtinent votum: Senatus Principum ecclesiasticorum, tres; secularium, totidem: Civitatum autem scamna duos mittunt. Horum omnium ad prælectionem exquiritur judicium, eo ferè modo, quo in senatu supplicationum fieri consuevit. [add. *An in prælectione Recessuum Commissarius Cæsaris votum conclusivum habeat, affirmativam tenet Autor* des warhaften Berichts wie es heutiges tages auf Reichs-versamlungen gehalten wird / *negativam verò sequitur Bertram de Comit. th.* 87. *cui Dn. Autor. l.* 9. *c.*1. *n.*194. *adstipulari videtur. Francisc. Irenic. in Colleg. ad Burgold. p.* 3. *pag.* 24.]

Ubi reponantur Recessus Imperii?

LIV. Hoc pacto recessus in formam redigitur authenticam, eiusque duo conficiuntur exemplaria, in charta pergamena exarata, quorum unum deponitur apud Cancellariam Imperii, des Reichs Cantzley / cuius custos Moguntinus est; alterum in des Reichs Hofcantzley: copia tantùm Cameræ Imperiali transmittitur, ea ut habeat, quod in sententiis sequatur [add. *Hic notandum Electores in Comitiis Ratisb. de an.* 1641 *sibi solis examen Recessus* (*sc.* des Concepts) *arrogasse, antequam Deputatis Imperatoris & Statuum prælegatur: Cæterum d.* 27. *Sept. Senatus Principum contradixit; ac hodie non minus in Principum, in Civitatum, quàm Electorum curia eiusmodi examen instituitur. Interdum etiam contingit, ut Recessus, quando prælegitur, non in omnibus punctis approbetur, sed, ubi ita visum rationes in contrarium allegentur.*]

Quâ linguâ conficiantur Recessus?

LV. Linguâ hodie tantùm concipitur vernaculâ, ut eò melius ab omnibus intelligatur, & ut hoc modo maiestas linguæ Germanicæ con

servetur. Antiquis temporibus Germanos capitula sua, de quibus communi consensu convenerat, latinè protulisse, scribit Goldastus (*In præfation. tom. 3 constit. Imper.*) Superstitio hæc vana illis inhæserat, sine dubio, sacra Principum rescripta, privilegia, aliaque sacri Imperij monumenta, non alia melius linguâ quam quâ reliqua ab Ecclesiasticis peragebantur sacra, confici, sed & conservari posse. Primùm hoc immutâsse dicitur Rudolphus I. Imperator, qui edicto cavit anno 1274 ut omnia mandata, privilegia, pacta dotalia, contractus, & id genus alia scripta, Teutonicâ conficerentur linguâ (Golstastus *tom. 1. constit. Imperial. pag.* 311.) quæ constitutio quoad Recessus Imperij, atque Cameræ stylum [add. *Vid. Ord. Cam. p. 2. t.* 31. §. Nachdem auch] strictè colitur. Inde cum Sabaudiæ Dux, quando ipsi lis erat cum Ioanne im Thurn, processus in Germanica lingua cassari, vel latinè verti petiisset, Camera restitit, subiectâ clausulâ, und sollen hinfüro beyde Parteien in Teutscher Sprach verfahren: (Bruning. *de var univers. specieb. thes.* 7.) [add. *Excipiuntur causa Flandriæ & Hollandiæ. Magenhorst. ad p.* 1. *Ord. Cam. Lib.* 3 *p.* 7. *An quoad Flandriam hodie illud ipsum obtineat, incertus sum: Quoad Hollandiam verò cessat, utpote quum omnes Belgæ Fœderati hodie à jurisdictione Imperij sint exempti.*]

Formulæ Recess. Imperii.

LVI. Formula Recessuum hæc est, ut exordium verba Cæsarea, quibus comitia indixit, ferè constituant, narrata ex propositione desumantur, sententia, & rerum expeditio, ea relatione ad Cæsarem facta, huiusque resolutione & approbatione depromatur. Huic accedit subscriptio & obsignatio.]

De subscriptione Imperii Recessuū.

LVII. Subscriptio varia est. [add. *Vid. novissimè Francisc. Irenic. in colleg. ad Burgold. part.* 3. *pag.* 24.] Quandoque enim solus Imperator subscribit, ut factum videmus ad (R. A. zu Worms *an.* 1545.) Subscriptiones Imperatoriæ, hodie ut moris est, nil nisi proprium Imperatoris nomen exprimunt; ex gr. Carolus, Ferdinandus. Quandoque cum Imperatore subscribit Imperij Archicancellarius, ut factum ad (R. A. zu Augspurg *de anno* 1548) Quandoque cum Imperatore & Archicancellario subscripsit quoque tertius: (*d. Reformatione* guter Policey zu Augspurg *anno* 1548.) Tertius hic aut Vicecancellarius fuit, aut Secretariorum, vel Consiliariorum alius. Quandoque rursus cum Imperatore subscripsit Vicecancellarius, & Consiliarius, sive Secretarius aliquis. (R. A. zu Augspurg anno 1564.) Nonnunquam cum Imperatore Vicecancellarius tantùm subscripsisse noscitur. (R. A. zu Regenspurg anno 1577.) Denique complures Imperii Recessus conspiciuntur, qui subscriptione prorsus carent omni v. g. R. I. August. de an. 1518. R. I. Norib: de an. 1522.

Status Imperij an subscriptione sua Recessus Imperij firment?

LVIII. Certus equidem non sum, an & Status, atque eorum Legati, præsentes, autographo subscribere sua soleant nomina; sed illud tamen non improbabile est, cum subscriptionis eorundem mentio fiat *in* (R. A. zu Regenspurg *anno* 1527. §. Als auch im Anfang/) *& aliis compluribus*. Dici tamen poterit, eorum quidem nomina subscribi aliquando manu propriâ (de quo tamen certi nihil affirmo nonnunquam verò ab illo, qui Recessus cætera scribit capita, unde subscriptio ea nuncupatur (in R. A. zu Worms *anno* 1521. §. Doch hat unser) Einschreiben der Fürstlichen Personen/ & firmat hoc, quod lego (in R. A. zu Augspurg *de anno* 1590. *in fine, ibi,* ist gesessen:) quo liquet, alium sessionis observatorem catalogum Statuum apposuisse. Quicquid sit, subscriptio ista Statuum non omnibus Imperij recessibus adiecta seculis fuit præteritis; hodie tamen solennis est.

Quæ sigilla Recessibus appons. olim.

LIX. Obsignatio, sive sigilli appositio, itidem non uniusmodi jugiter fuit. Nam quandoque Imperator solus sigillum suum apposuisse cognoscitur. Exemplo aurea Bulla Caroli IV. est, & Friderici III. Reformatio, cuius obsignatio sigillo maiestatis Regis Francofurti ad Mœnum facta esse legitur. Carolus itidem V. recessui Ratisponensi anno 1546. sigillum Imperiale tantùm apposuit. Sed videtur recessus iste potius Imperatoris, quàm Imperij esse, & inde à reliquis eius seculi quoque differens, quod nullâ Statuum Subscriptione clareat. Idem quoque Carolus *ordinationem Cameræ*, & constitutionem *de pace publica* Wormatiæ anno 1521. solo Imperatorio firmavit sigillo. Videlicet novo consensù & obligatione, quæ jam ante inter Maximilianum antecessorem, & Status omnes inita iis de rebus fuerat, non opus erat, neque idcirco novâ signorum confirmatione. Quandoque verò Imperatoris sigillo Moguntini Electoris additum legimus, id quod factum Wormatiæ anno 1495. *in Constitutione*, von Handhabung des Friedens/ und Rechtens. Eadem causa subsignationis *in decreto est*; von dem gemeinen Pfennig/ zu Worms *anno* 1495. aufgericht. Constitutioni von der Ordnung des Regiments zu Augspurg *anno* 1500. aufgericht/ non tantùm Imperator, sed & complures Status alij sigilla sua apposuerunt: ex Electoribus nempe tres; Moguntinus, Saxo, Brandeburgensis: ex Episcopis quatuor; Magdeburgensis, Herbipolensis, Eichstetensis, & Augustanus: ex Principibus secularibus tres; Palatinus Rheni atque Bavariæ Dux, Marchio Brandeburgensis, Dux Megapolitanus. Ex Abbatibus unus, nempe ille des Gotteshauses Kempten: ex Comitibus duo; Comes Werdenbergensis, & Comes Nassoviæ. Ex civitatibus, Argentoratum & Augusta. Pluralitas hæc in sequentibus recessibus non cessavit quidem, sed paululum tamen coarctata dignoscitur. Recessui enim Augustano eiusdem anni 1500. cum Imperatore sigilla apposuerunt, Electorum nomine Moguntinus, Principum Ecclesiasticorum nomine Archiepiscopus Magdeburgensis, Principum secularium nomine, Palatinus Rehni, Prælatorum nomine Abbas Schussenridensis, Comitum nomine Comes Nassoviensis, Civitatum denique nomine Augusta. Quoad Imperatorem & hoc modo variatum est, ut aliquando solum ut Imperator, aliquando verò ut Imperator, & Archidux Austriæ, sigillaverit. Prius in plerisque recessibus conspicuum est; alterum in (R. A. zu Trier und Cölln *anno* 1512. §. Alle und jede / *vers.* Des zu Urkund / etc.) Quoad Electores etiam post ea-

de

de quibus modò actum, tempora diversitas sigillandi fuit. Nonnunquam duo sigillârunt, unus Ecclesiasticus, alter Laicus (Cammergerichtsordnung zu Costentz *anno* 1507. Ordnung des Regiments zu Worms/ *anno* 1521. R. A. *eodem anno ibidem.*) Nonnunquam quatuor, duo videlicet Ecclesiastici & duo Seculares: (R. A. zu Trier und Cöln *anno* 1512.) Prior tamen numerus frequentior altero, ut ex ipsis patet Recessibus. Vbi illud occurrit notandum, quod *in Comitiorum Ratisponensium Recessu de anno* 1613. legimus, daß die Pfältzische Sigelung noch zur Zeit nicht erfolget sey. Eius autem quæ ratio fuerit, indicat die gründliche Relation desjenigen/ so bey jüngst zu Regenspurg vorgewesenem Reichstag von der Evangelischen Correspondenten Chur-Fürsten und Ständen Gesandten und Abgeordneten verhandelt worden: Scilicet, quod eiusmodi Recessus ab una tantùm fuerit confectus parte, nec à Palatino, atque cæteris Correspondentibus approbatus. Civitates quod attinet, licèt plerisque Recessibus earum nomine sigillum aliquod fuerit additum, tamen aliquando quoque omissum (Cammergerichtsordnung zu Costentz aufgericht *anno* 1507. R. A. zu Nürnberg *anno* 1524. R. A. zu Nürnberg *anno* 1542.) Præterea licet civitatum nomine illa solita sit sigillare Recessum, in qua comitia celebrata, attamen in alia omnia itum fuit anno 1530. quando non Augusta, ubi tamen ea habita comitia, sed Donawerda, civitatum nomine, sed quod maximè notabile est, earum tantùm, ut verba sonant; so diesen Abschied angenommen/ sigillâsse noscitur. Quòd si verò in varietate ista regula constitui potest, ea fortassis est, quam d. Autor des warhafftigen Berichts attulit. Ita verò ille: Wo die Käyserliche Majestät / oder gleich allein ihre Commissarien; item / Churfürsten / Fürsten / Prelaten und Grafen selbst persönlich zugegen / so wird die Sigelung erstlich auf die Käyserliche Majestät gestellet/ welche oben an eine gedoppelte Schnur unter der Käyserlichen Majestät Sigell von einander getheilt / und auf der rechten Hand sigelen die Geistlichen / nemlich / von aller Geistlichen Churfürsten wegen / der Churfürst zu Mäintz /. oder Ihr Churfürstlichen Gnaden abwesend / der Rähte einer / oder ein ander anwesender Geistlicher Churfürst. Von wegen der Geistlichen Fürsten/ welcher zugegen / und in sessione prior, oder derselben Raht einer / wo kein Geistlicher Furst zugegen: tertio loco, auf der rechten Seiten / sigelt ein Prelat. Auf der lincken Seiten unter des Käysers Sigel/ gegen Mäintz über / sigelt Pfaltz Churfurst/ oder an Ihrer Churfürstlichen Gnaden statt / wo die abwesend / ein ander Weltlicher Churfürst/ oder Ihrer Churfürstlichen Gnaden Raht einer. Nach Pfaltz / an derselben Schnur / sigelt Bäyern / oder dessen abwesend / ein ander Weltlicher Fürst / oder Ihr Gnaden Raht einer. Tertio loco, auf der lincken / Seiten sigelt ein Wetterauischer oder Schwäbischer Graf/ alternis vicibus. Letzlichen / fasset man die beyde zertheilte Schnür widerumb zusammen / wie oben bey der Käyserliche Majestät Sigel beschehen / und dareinsigelt zu Beschluß die Reichsstatt / darinnen der Reichstag gehalten. [add. *De Obsignatione Recessuum adeundus Lehmann. l. 7. Chronic. n. 115. cuius verba refert Sprenger. in Iurispr. Publ. pag.* 103. 104.]

Comitiis quo modo fines imponantur?

LX. Vt verò præsentium Statuum in notitiam ampliorem percurrat Recessus, is non modò ad calamum ad id deputatorum dictatur à Moguntini Secretario, sed & Cæsar in curiam Status convocat, jubetque illis à Cancellario Moguntino recessum clarâ voce prælegi: Ipse verò omnes ad ejusdem observantiam adhortatur, ac de suâ curâ ac sollicitudine paterna pro Imperio contestatus finem comitiis imponit. [add. *Ultra negotia ordinaria, aliquando etiam extraordinaria in comitia cadunt, quæ per Deputatos vulgò* den Supplication Raht *expediuntur. Quodsi privata querela incidat, quæ ab Imperatore vel ad Statum in genere, vel ad Electores in specie per decreta remittatur,* Cancellarius *Moguntinensis supplicationes præmisso tamen cum Statibus communi consilio recipit., sicque proponit, quem ex Electoribus ad supplicationes demandare velint, qui ubi nominati & convocati comparuerint,* Cancellarius *contenta Supplicationis recenset, aut ipsam supplicationem, si tempus patitur, prælegit. In tractandis supplicationibus id observatur, quòd supplicatione exhibitâ tempus & meritum causæ à Secretario Moguntino inscribi debeat, sciens etiam hic suum indicem in 4. columnas divisum, in primâ columnâ supplicationes exhibitas & adhuc proponendas, in alterâ propositas & deliberationi commissas, sed nondum relatas aut decisas; in tertiâ relatas & decisas describat; in in quartâ notet, in quâ causâ & quo tempore Cæsareæ Mai. decreta exhibita fuerint. Vid. Sprenger. in Iurispr. Publ. pag.* 104. & *Burgold. p. 2. ad Instr. Pac. Disc* 19 *n.* 2.] Præter Recessum primarium reperio etiam aliquoties factum fuisse recessum secundarium, ein Nebenabschied/ qui non æquè ut ille typis excusus, sed Cancellariæ Moguntinæ in custodiam traditus. Factum hoc in comitiis anno 1541. (R. A. zu Regenspurg. *dicto anno* §. und nach dem / *p.* 257. & *anno* 1559.) cujus recessus secundarii initialia hæc sunt: Diese hernach geschriebene Articul/ so durch die Röm. Käyserl. Majestät/ Unsern allergnädigsten Herrn / mit Churfürsten / Fürsten und Ständen / des H. Reichs/ und der abwesenden Rähten/ Bottschafften und Gesandten / jetzo auf dem Reichstag allhier zu Augspurg abgehandelt/ sollen bey der Mäintzischen Cantzley verwahrlich behalten werden/ dieweil sie im Abschied ausgelassen worden. Factum hoc iterum in comitiis Ratisponensibus anno 1576.

Quamdiu Comitia durent?

LXI. Durant autem eò usque comitia, quousque utilitas Reipublicæ suadet, & mensis, qui in (R. A. zu Trier und Cöln *anno* 1512. §. Item/ haben Wir/) futuris comitiis absolvendis, positus tum erat, hodie non observatur. Illud apprimè utile est, ne tractatus communis salutis & pacis per tractum & moram solatii, seu excessivam frequentiam convivii retardetur, (*arg. A. B. cap.* 12. §. *fin.*)

LXII. Peractis hoc modo comitiis, liberum est Statibus, quando ipsis visum, recedere.

Quando & quomodo Status à Comitiis recedant?

Observantia tamen, quam Imperatori debent, multa hic suadet, ut præcedant Curialia. Antequam autem finiantur comitia, si quis recedere paratus, regulariter scientia, licentiave Imperatoria præcedere solet. Hinc Carolus V. ægerrimè tulit discessum Landgravii Hassiæ, atque inde ad portas civitatis maiores posuit custodias, quas tamen, ab Electore Saxone monitus, iterum imminuit; ut Sleidanus refert (*lib. 7. pag. mihi* 110.) [add. *Vide quid idem Saxo dicat apud Sleidan. l.* 18. *Comm. pag.* 544.] Et tacita nota idem Carolus onerat Protestantium Legatos, quod omnes ferè ohn sein Wissen vnd Erlaubnüß wiederumb anheimgezogen: (R. A. zu Regenspurg *de anno* 1546. §. Dieweil Wir aber in solcher Handlung.)

Quomodo Recessus Imperii typis exscribi debeat?

LXIII. Cæterùm Recessus originalia duo sunt, quorum unum Cæsar retinet, alterum Moguntinus. Quò verò & aliorum in notitiam veniat, typis publicis excudi solet. [add. *Nonnulli sunt in ea opinione quasi hoc ipsum non sit è re Reipublicæ, dum hac ratione Imperij arcana propalentur. Cæterùm distinguendum hic inter Imperij arcana, & leges Imperij publicas statum Reipublicæ & negotia privatorum concernentes; illa nunquam propalanda; hæ verò, quæ in notitiam omnium veniant, omnino promulganda.*] Cum autem isthæc publicatio mendis aliquoties esset consputcata, publicâ lege huic malo obviam itum legimus in (R. A. zu Speyer. *anno* 1526. §. Item/ als sich 2c.)

begeben haben solten. Dann forderst zu erweisen stunde / daß sie vorher dieses Recht / so sie begeben sollen/ oder können/ gehabt / und hergebracht. Dem Herrn Churfursten aber ist mit solcher repulsa, als confirmatoria priorum suorum iurium, & obtervantiarum, und daß des der Augsp. Confess. verwandten petitum der sanction deß Reichs friedenschlusses nicht einverleibt / sondeen davon außgemustert worden/ genug. Gestaltsam nun auß obangeführten/ Sonnen klar erhellet / deß theils Augsp. Confessions verwandten Fürsten und Ständen allzustarck imprimirtes præsuppositum, ob there die angemaste conjunction auff vnbeweglichen in der Grundveste deß gantzen H. Röm. Reichs beruhenden rationibus & fundamentis bestehen / darumb sie sich auch davon nicht dimoviren lassen konten/ den stand nicht halten kan / sondern allerdings zu Grund und Boden sincken muß. So hat man sich von Recht vnd Billigkeit wegen / auch zu erhaltung deß / durch den allgemeinen Friedensschluß restabiliten guten vertrauens keines andern/ verhoffentlich / zu versehen / sie werden nach reiffer erwegung / sothanen der Sachen eigentlicher Bewandtnüs/ auch der gemachten præsuppositorum Unbestand und Baufalligkeit nicht gemeinet sein/ diese nur zur confusion und disturbation der Collegiorum gereichende newerungen zu verfechten / sondern es bey der alten löblichen observanz, formâ & modo consultandi, furhin vngeendert verbleiben lassen. Dahero dann bey so klaren Reichssatzungen und observanz, als der Gesetze bester außlegerin / zu mahl vnnöhtig sich in den Reichs-acten, oder protocollen, vmb mehren beweiß / damit gleichwol ein jeder actor, oder contradictor bereit zum stande Rechtens kommen / solle zu bewerben / und mit fernern der Sachen anstand / oder suspention biß ad defectus comitiorum, (als dahin sie zumahln nicht gehörig) zu noch mehrern der Reichs-handlungen auffenthalt/ mit beyseits setzung deren loci & sedis ordinariæ §. 18. art. 5. verlangerlich zu suchen. Beim 5. 6. 7. vnd 8. will die conjunctio auß der im Friedensschluß/ in offtangezogenen §. 18. enthaltener / vnd disponirter paritæt, nochmals eingefuhrt vnd behauptet werden/ und wird darbey abermals / in quantum pro- acceptirt vnd fur bekandt angenommen / daß in deme die Augsp. Confessions verwandte/ die conjunction auß ermeldter paritæt einführen/ und original.rei grunden wollen/ dadurch selbst bekennen mussen/das vorhin keine conjunction gewesen / massen sie dann darauff bald folgend setzen; man musse nicht auff daß sehen / was vorhin gewesen / sondern was in hoc passu, ratione paritatis im Friedensschluß versehen / vnd ist wol befrembdlich zu vernemen/ vmb willen bey denen Reichs deputations-tägen eine paritat / ratione religionis, vnter denen Reichs deputirten eingeführt werden solle / daß darumb/ vnd zu erlangung dieses Zwecks / auch der antiquus ordo, & modus consultandi darbey in dem Churfürstl. Collegio (dessen jedoch in dem instrumento pacis die geringste meldung nicht beschicht/ auch vor gantz separatos, darauß keine illation zu fuhren/ zuhalten) zu invertiren, vnd das Churfürstl. Collegium denen übrigen Reichs-deputatis, oder diese demselben zu adæquiren, vnd zu adjungiren seyen. Daß aber durch besagte parität ein Churfurstl. Collegium auß der vorigen observanz, vnd forma consultandi gesetzt/ oder wider dasselbe ein anders specialiter statuirt worden / daß wird von den Augsp. Confess. Verwanten darauß nit erzwungen werden/ ist auch bereits hieroben bedeutet/ daß die general introductio paritatis dem Churfürstl. Collegio seine hergebrachte / vnd in instrumento pacis corroborirte jura zu benehmen/ nicht sufficient vnd in so hochwichtigen Sachen anderweite speciales derogationes darzu gehörig/ welches / weil es nicht geschehen / noch denselben daruber das geringste nicht movirt, oder zugemuhtet worden/ so hat man auch nicht von nöthen / noch Vrsach gehabt / wider solche parität / als eine dritte/ daß Churfürstl. Collegium nicht concernirende Sache / sich mit vnbedörfftigen protestationen zu verwahren / da bevorab/ noch kurtz vorhero/ in mehr angeregter repulsa & rejectoria, bey den tractaten erfolgt/ vnd würden ja freylich die Herrn Churfürsten/ da dergleichen vorgangen / darzu nicht still geschwiegen haben. Was es sonsten mit der parification der Reichs deputirten, sampt dem ex instrum. pacis adjungendis, vor eine beschaffenheit / vnd ob vnter derselben Anzahl ein Churfürstl. Collegium ex dispositione instrum. pacis, begriffen oder nicht / daß ist hieroben ex ipso textu, und anderer auß deren Reichs-abschieden / vnd vblicher Reichs observanz, vnd herkommen festiglich gegründeten rationibus, zu genügen außgefuhrt: es bringet auch der klare Buchstaben deß instrum. pacis kein widriges mit sich/ dann ob man wol ein solches auß deren der regulæ generali in §. 18. gesetzter Verordnung *vers.* in horum conventibus, itemque comitiis universalibus, sive ex uno, sive ex duobus, aut tribus Imperii Collegiis, quacunque occasione, aut ad quæcunque negotia, deputandi veniant, æquatur deputatorum numerus ex utriusque religionis proceribus, zu erzwingen vermeint: So kan jedoch ein solches noch weniger auff die Herrn Churfürsten / vnd das Churfurstl. Collegium applicirt / oder verstanden werden / weil darbey die geringste meldung nicht beschicht / daß die Zahl der Churfürsten zu adæquiren, zu vermehren / oder zu adjungiren. 2. Weil dieser versicul, nicht von deren ordinari Reichs deputirten/ sondern horum conventibus, ut comitiis universalibus, vnd deren absonderlichen deputationen meldung thut / vnd bey jenen nur zwey / bey diesen aber drey Collegia constituirt werden; dahero dann 3. diese deputationes nur allein von denen jenigen / welche ex ipsorum Collegiorum, in præfatis ordinariis deputationibus Imperii, vel comitiis generalibus, jam ante constitutorum, uno vel altero, vel etiam tribus beschehen / zuverstehen. Inmassen dann bey denen Reichs deputationen sich dern nur zwey/ bey den Reichstägen aber drey befinden;

befinden; vnd wann auß denselben / quacunque occasione, einige deputationes anzurichten / der parification halber / ratione istorum deputandorum wol keine difficultät / oder bedenckens haben wird / so sich bey ermeldten deputationibus, so auß den Rähten bräuchlich / doch salvia semper, dignitate, juribus & præeminentiis omnium Collegiorum, personarum, & numeri, wohl vnd füglich thun läst. Jnmassen allbereit bey gegenwärtiger allgemeiner Reichs versamblung / in den schwersten puncten justitiæ, gravaminum, & restituendorum, darauff deß H. Reichs Wolfarth gegründet / diese parität / ohne einige Widerrede / Werckstellig gemacht worden. Man ist auch mit denen dick ernanten Augsp. Confess. verwandten gantz einig in deme / daß man sich gleich in andern puncten / articuln / vnd inhaltung deß instrum. pacis, also auch in diesen bey dessen klarer dispositition vnd Worten vest zu halten / vnd keine anderwerte interpretation zu gestatten / vnd zielen zu solchem Zweck wenigers nicht alle der Herrn Churfürsten consilia & actiones / daß aber im Churfürstl. Collegio (gleichwie bey der deputation der Reichs deputirten) als auch die exæquatio personarum geschehen solle / oder könne / vnd müste / daran wird nicht das geringste Wort gedacht / lässet sich auch de tacita paciscentium intentione vmb so weniger præsumiren, alldieweil die Herrn Churfürsten / neben andern Ständen / deren partem non minimam bey den tractaten constituirt, vnd res plena periculi, novorum motuum, rupturarum, & diffidentiarum sein würde / wann dergleichen so theuer vnd mühsamlich / fide publicâ erworbene pacta, transactiones & pacificationes, hernacher erst ex unius, vel alterius partis posthumis intentionibus, & mentalibus reservationibus, regulirt, vnd contravenirt werden solte; vnd werden die jenige / welche den general fürders tractaten ohnauß gesetzt beygewohnet / vnd das instrum. pacis auffrichten helffen / mit bestand berichten vnd bezeugen können / daß die adæquatio deß Churfürstl. Collegii, vnd Personen / niemaln in offentliche berathschlagung kommen; vnd müssen in allem deme / was der Friedenschluß nicht klar / vnd außtrücklich geendert / oder gantz von newem verordnet / bey dem alten vblichen deß H. Reichs herkommen vnd observanz vestiglich verbleiben. Jn noch mehrer betrachtung / daß darumb octavus Electoratus all schon stabilirt gewesen / vnd wann auch theils der paciscentium absonderliche intention dahin gangen were / daß die newe disposition auch das Churfürstl. Collegium mit begreiffen solte / in einer so hochwichtigen Sachen / darauß / wann sie nicht decidirt, bey künfftigen Comitiis motus zu befahren / ohne Zweiffel offene absonderliche tractaten vorgangen / vnd special erwehnung beschehen seyn würde / ja es würde ein Churfürstl. Collegium, respectu aliorum collegiorum, geringer æstimirt / deterioris conditionis gehalten / vnd vmb willen dasselbe collegialiter auff Deputations-tägen erscheinet / an statt seiner competirenden vnd hergebrachter prærogativ, dispendium & diminutionem status, durch solche adæquation über sich gehen lassen müssen / dergleichen noch keinem andern Collegio in Comitiis universalibus, dem Friedensschluß nach zugemuthet / noch zuzumuthen begehret worden. So ist auch hieroben allbereit / vnd in den Churfürstlichen Rahtschlussen / so wol wol als dem Reichs-gutachten / zu genügen remonstrirt worden / auß was Vrsachen sich solche parificatio deß Churfürstlichen Collegii in ipso nicht practiciren lasset / vnd welcher gestalt / zu auffhebung alles mißtrawens / vnd diffidenz / in vorfallenden religions, vnd andern Sachen / da die Stände / als ein corpus nicht mögen considerirt werden / ein solch expediens in ipso Collegio Electorali vnter sich selbsten ergriffen / vnd von jhrer Keyserl. Mayst. selbsten vor gut befunden worden / daß sich dargegen mit fugen niemand zu beschweren. Es ist auch ein Churfürstl. Collegium ohne einrede / oder zuthun / der vbrigen Collegien dem gemeinen wesen zum besten / dergleichen ohne der Stände zuthun / vnter sich zu verordnen vnd zu vergleichen / vermög vhralten rechten vnd herkommens / vnd ex ipsa aurea bulla, in alle wege berechtiget / vnd bemächtiget / vnd thut / der Augsp. Confess. verwandten meinung nach / der Friedenschluß hierinnen keinen weg adæquatè zeigen / wie solche vergleichung / der Personen (auch auff gesetztem / doch nicht gestandenem Fall) nemblich ex utriusque religionis Proceribus, in Collegio Electorali zu adæquiren, ja diese beede qualitäten allein nicht sufficient, sondern es würde die tertia & maxima habilitas nimirum personæ adjungendæ, daß dieselbe ein Churfürst deß Reichs seye / erfordert; ehe aber / vnd bevor diese qualitas erfüllet / so ist vnmüglich / auff diese parität einen festen Fuß / oder Gedancken zu setzen. Zugeschweigen vor dißmal / daß die parification, welche ex sæpè dicto §. 18. art. 5. instrum. pacis behaubtet werden / will nicht de augendis deputatis, sondern allein de adjungendis, & adæquandis disponirt, welches ja einmal ohne auction der subjecten im Churfürstl. Collegio nicht beschehen könte / so dem Buchstablichen inhalt deß instrum. pacis abermal nicht gemäß / vnd ist das jenige / was wegen gewinnung der Zeit / vnd ersparung der Unkosten beym sechsten subjectirt wird / ein argumentum valde extrinsecum, & longè remotum, kan auch in casum conversum, wann ein jedes Collegium in den hergebrachten consultationibus schlein[illegible]rfahret / vnd die materias deliberandas z[illegible]chluß / vermittels der hergebrachten [illegible]te: & correlation, maturirt / eadem facilitate vmbgewendet werden; vnd lassen sich durch dergleichen vngewisse contingentia & accidentia die Reichs herkommen vnd satzungen nicht vmb / vnd in einen andern Model giessen / zumaln sich nicht finden wird / das bey dem Churfurstlichen Collegio, die Handlung jemals verzögert worden. Bey dem 9. hat man sich nicht viel auffzuhalten / vnd strebet wider die allegaten selbsten / in erwegung / da Churfürsten vnd Stände dem vorgeben nach / den mediat

Reichs-unterthanen / ratione beneficii paritatis, so man zwar in specie secundū terminos instrum. pacis dahin gestellet sein läst / prospicirt haben sollen / warumb wolt dann ein solches nicht ebenmässig bey diesem Chufürstl. höhern Collegio auch absonderlich beschehen sein. Bey dem 10. folget mit keiner rechtlichen consequenz / daß Instrum. pacis rede de paritate omnium deputatorum Imperii, ergò etiam de Collegio Electorali: sintemal die discrepanz und unterschied deß Churfürstl. Collegii gegen die ordinari Reichs deputirte, und deren adjungendis hieroben an verschiedenen Orten ad nauseam deducirt worden. In deme die Herren Churfürsten nicht auff solche weise per deputatos, wie der Fürsten und Stádt Ráth / sondern in corpore, & coriatim erscheinen / und solches wie Paurmeister schreibt / per prærogativâ tractandi de negotiis Imperii, in aurea bulla concessam, & observantiâ confirmatam, dahero dann auch der disposition der deputatorum nicht untergeben. Ein gleichmässige Beschaffenheit hat es bey dem 11. und ist das darinnen angeführte argumentum von den Städten / eben so wenig concludens, und lässet sich auß oberzehlten / wegen der collegien, und der deputirten auß derselben diversität mit dem Churfürstl. Collegio gar nicht appliciren / so kan auch das Wort (proceres) in hac subjecta materia paritatis numeri, personarum, anderst nicht als auf die jenige verstanden werden / welche deputati proceres seyn / quique reliquis deputatis adjungendi veniunt, und durch welche im Feiedenschluß enthaltene parität zu effectuiren / und werckstellig zu machen / in welcher Anzahl weil die Heern Churfürsten nicht begriffen / dahero auch sub dispositione istius novæ legis nicht comprehendirt, noch denen selben einiges onus probandi exceptionem à regula, auffgebürdet werden / welches als dann erst zugeschehen / wann foederst eine solche regula, dargethan / so sich aber auß dem textu, & novâ lege Instrum. pacis einmal nicht erzwingen läst; Immassen dann solches hieroben zu genügen bedeutet / daß die Wort / sive ex uno, sive ex duobus, sive tribus Imperii Collegiis deputandi veniant, dahin / und zu solchem Verstand nicht gezogen werden können. Ist auch gar nicht zu vermuthen / daß der paciscentium mens, & intentio dahin gangen / dem Churfürstl. Collegio, ein so hochschädlichs / unwiderbringliches præjudiz und nachtheil / insciis ipsis Electoribus, & sine ipsorum consensu, zu zuziehen. Beym 12. und 14. lässet man zwar die causam moventem finalem, warumb die parität introducirt worden / auch was zu bevorgewesenen Krieg / und Blutstürtzung / Ursach gegeben / dahin / und an seinen Ort gestellet sein; daß aber derselbe umb deß willen / weil der Churfürsten Raht von denen andern abgesondert / oder das sich in denselben keine gleichheit von beyden Religions Personen befunden / nicht entstanden / daß bezeuget ipsa rei notorietas, Mann kan / und will sich auch / auff seiten eines Churfürstl. Collegii nicht versehen / dieweil darin die gesuchte paritas personarum gar nit zu erheben / die vorgeschriebene media mentalia, ohne læsion eins und andern Churfürsten / und ohne einführung vorhero im Reich unerhörter Form / und newerung / auch nicht practicirlich / und gleichwol der Reichs-Frieden darüber in specie nichts disponirt, daß die Herrn contradicirende Augsp. Confess. verwandte Ursach und gefallens haben werden / ihre Gedancken auff schädliches / im Friedenschluß auffgehobenes Mißtrawen / und andere beschwerliche Reichs inconvenientien zuschlagen; dahero dann dieses argumentum, à diffidentia, viel zu general, in deme sonsten ein jeder gar leicht anlaß gewinnen wurde / gegen einen andern / deme nicht eben gelegen / auch nicht schuldig seiner prætension und willen ein genügen zu thun / allerhand Mißtrawen zu schöpffen / cum ex vulgata iuris regula, iure suo utens nemini iniuriam facere censeatur: das argumentum auch wohl gegentheils der Augsp. Confess. verwandten im Fürsten-Rath umbzuwenden: in deme ja den Herrn Churfürsten / und dero unverruckt hergebrachten separirten absonderlichen Collegio ein unersetzlich nachtheil / und unerträgliches gravamen zugefügt würde / wann denselben so unerhörte newerung / contra antiquum suæ dignitatis statum, auffgetrungen werden solte / deß vorsehens / es werden die Herrn Augsp. Confess. verwandten obernandt / vielmehr dahin bedacht seyn / damit / zu abschneidung aller diffidenz, ein Churfürstl. Collegium bey seinen hergebrachten Rechten und Gewonheiten / modo & formâ consulandi, und den kundtbaren Reichs herkommen / fürders nicht betrübet / noch gegen klare dispositiones deß Instrum. pacis nichts widriges zu gemuhtet / und durch dieses remedium adæquatum, einen jeden bey dem seinen / auch was nicht expresse geendert / in seinem alten Stand zu lassen / und alles Unheil / und Mißverständnüs zwischen denen Reichs-Collegiis præcavirt, und verhütet werden möge. Daß dann beym 13. und bey einführung der parität / die Stände ihre reflexion nicht allein auff die Religion / sondern auch zugleich auff die politica genommen / läst man es vor dißmal daselbsten beruhen / die opponirende Augspurgische Confessions-verwandte können und werden gleichwol nicht in Abrede seyn / daß bey gedachter parität das Absehen nicht principaliter & primariò, auff die Religion gerichtet gewesen / und weil der Friedenschluß in beyden gnugsame præcantion gibt / hieroben auch bereits angeführet / was für Sachen und Gewalt zu den ordinari Reichs deputationen gehörig / man sich auch im Churfürstlichen Collegio eines gewissen modi, wie in den Consultationibus, nach ereigneten Fällen zu verfahren / sich untereinander eines gewissen adæquirten mittels verglichen / von der Römischen Keyserlichen Majestät auch in dero allergnädigsten resolution, mehrmals bedeuter massen / ratificirt und approbirt worden / so wird es darbey auch verhoffentlich seyn bewenden haben / und der Fürsten-Rath dem Churfürsten-Rath hierinnen daß jenige gern zu geben / was sie ihnen allein / wegen

wegen deren in denselben gemachten peræquation attribuirt / vnd auch ohne das / nullâ dictante lege, nicht verwehren können. Welchem allen nach / so erscheinet auß obangeführten rationibus & refutationibus contrariorum, daß die contradicirende Augsp. Confession verwandte gar nicht Vrsach haben / dergleichen nachtheilige newerung so wol in puncto conjunctionis, als parificationis Collegii Electoralis, einem Churfürstlichen Collegio zu zumuthen / noch der Römischen Keyserlichen Majestät aller vnterthänigst / daß dieselbe dem Churfürstlichen Collegio zureden lassen wollen / andere temperamenta, als deren sich dasselbe schon vorhero / nach vnterschiedlichen reiffen berathschlagungen / oblauts verglichen / vnd von ihrer Käyserlichen Majestät der Billigkeit gemäß befunden worden / vorzuschlagen / da insonderheit im Friedenschluß darvon in specie nichts / in dem art. 8. aber deutlich gnugsam verordnet / daß die Herrn Churfürsten bey ihren alten Rechten / Würden / vnd prærogativen / nicht weniger als andere Fürsten vnd Stände / zu erhalten seyn; die Augsp. Confess. verwandten aber einige disposition, oder Gesätz / wodurch die vralten Churfürstl. Gebräuch / separationis, & imparitatis, in specie vernichtiget / vnd auffgehoben / auch ihrer eigenen Bekantnüs nach / keine einseitige außdeutungen vnd extensiones deß Instrum. pacis zugelassen / vnd bey deme / was nich mutirt / sein vngeendertes verbleiben zu haben. Vnd dieses ist was ein Churfürstl. Collegium, auff eingangs angezogene rationes der Augsp. Confession-Verwandten / jedoch mit dieser außtrücklichen bedingung / daß man an seiten eines Churfürstl. Collegii gar nicht gemeint / hiedurch sich in einige weitere Schrifftwechßelung einzulassen / vielmehr aber der zuversichtlichen Hoffnung geleben / die Herren Augsp. Confess. Verwanten werden die Sachen ferner reiflich überlegen / den angeführten Churfürstl. rationibus statt geben / vnd den übrigen im Fürsten-rath sich gleicher gestalt bequemen / auch nach nun verflossenen / vnd in diesen Puncten zugebrachten 3. Monaten zu fernerer Kostspiliger Zeit verlierung / keine fernere Vrsach / noch anlaß geben [add: *Vid Burgold. p. 2. ad Instr. Pac. Disc. 19. n. 4. in fin.*] Commissarii Cæsaris in his conventibus proponunt. Deinde in singulis classibus singuli viritim sententiam dicunt, jus tamen omne suffragiorum inter eosdem hoc deinceps modo dividitur, ut Electores unam, cæteri Principes & Status alteram constituant partem. Cumque deputati isti quasi per compendium totum Statuum ordinem repræsentent, quod ab iisdem in forma recessus relatum est, æqualem cum Imperii decretis illis, quibus, in comitiis universalibus, omnes interfuerunt Status, obtinent vigorem; wird als ein gemeiner des H. Reichs Beschluß geachtet (*d.* R. A. *anno* 1594. §. Was vnd so viel aber.). [add: *In Instr. Pac. art. 5. §. 18. constitutum, ut in conventibus Deputatorum ordinariis numerus ex Catholica & Augustana Conf. addictis Proceribus æquetur*].

De Conventibus Visitatorum Cameræ.

XVII. III. Conventus visitatorum Cameræ. De hoc loquitur Ordinatio Cameræ (*part. 1. tit.* 50. Fürter vnd zu mehrer Beständigkeit dieses Cammer gerichts etc. [add: *Hodie proh dolor, hi utilissimi Conventus intermittuntur, cum maximo justitiæ detrimento. In conventu Visitationum directorium habet Elector Moguntinus: Qui verò sint Visitatores vid. R. Imp. de an. 1654. in fin.*]

De conventibus Circulorum.

LXVIII. IV. Circulorum Conventus, die Cräystäge. Hi triplices potissimum sunt: aut enim omnium Circulorum conveniunt Duces, alle des H. Reichs Cräysoberste / ut factum Erphordiæ, anno 1567. aut aliquot duntaxat conveniunt circuli, aut unius membra tantùm: (R. A. zu Augspurg / *de anno* 1555. §. Im Fall aber berührter.) Ejusmodi conventibus partim certus est datus terminus. Ordinariè singulis annis, quilibet circulus celebrare debet zween Probationtäge / vel unum tantũ (Käysers Ferdin. neue Müntzordnung *de anno* 1559 §. Vnd damit diese vnsere. R. A. zu Speyer *anno* 1570. §. Als wollen wir nachmal.) in quo suscipi debet die Rechtsfertigung der gemeinen Reichsmüntzen. (*dict.* §. Vnd damit diese.) (R. A. zu Regenspurg. *anno* 1576. §. Setzen also demnach.) Partim verò alius hisce conventibus terminus datus non est à lege, nisi quem necessitas ipsa, aut utilitas circulis præscribit. In iisdem agitur de contributionibus, de præsentatione Assessorum Cameræ, executionibus contra contumaces, & pace publicâ conservandâ. [add. *Si seorsim regioni alicui immineat quicquam mali, nec ab universo Imperii corpore remedium facilè queat expectari, licet singulis regionibus prospicere rebus suis; quo ipso aliquid majestatis exerceri certissimum est.*] *An autem in hisce, & similibus causis, circulorum aliqua sit jurisdictio?* dubitandi ansam aliis præbuit Thuanus (*lib. 2. histor. pag. mihi* 41.) Sed dubitandum non est, in quibusdam, si non ordinariæ, saltem delegatæ jurisdictionis exercitionem habere circulos: (Bertram *th.* 15.) [add. *Superiori seculo etiam ex universo Imperii Collegio quidam selecti, quorum conventus dicebatur Regimentum Imperii, à Maximiliano I. in Comitiis an. 1500 institutum, à Carolo V. verò rursus labefactatum. De aliis etiam conventibus Principum, flagrante civili Germania bello institutis, v. g. Smalcaldiæ, Hala Suevorum, Heilbrunnæ, Lipsiæ &c. Vid. Burgold. p. 3. ad Instr. Pac. Disc. 3. n. 1. De defectibus Comitiorum disserit idem Autor l. cit. n. 4. & ibi Irenic not pag. 28 29. Plura de Comitiis Imperii juxta hodiernam praxin videri poterunt apud Dn. de* Herden in der Grundvest des H. Reichs / *& Sprengerum, in Lucerna Imperii; quibus jungendus Francisc. Irenic. in Colleg. ad Burgold. p. 3. Disc. 3 pag. 19. & seqq.*]

LXIX. De conventibus circularibus (quos epitomen comitiorum vocat Vietor, *de caus. exemt. th. ult.* hic uberiùs quædam annotanda.) 1. In Circulo Franconico & aliis in usu fuerunt, & partim adhuc sunt, conventus statarii anniversarii, & non-statarii. Ad statarios & anniversarios pertinent die Probation-täge / rem monetariam concernentes, de quibus allegati recessus in textu, verba faciunt. Hoc negotium tanti momenti visum fuit, ut anno 1603. Imperatori placuerit, conventum omnium Circulorum aliquando propterea habendũ esse: R. A. zu Regenspurg *anno* 1603. §. worauf Wir als dann / *p.* 785.

Et legibus, in Abschied des Deputation-tags zu Franckfurt *anno* 1571. §. ferners/ *&* §. *seq.* *p.* 649.) Circulos vicinitate se attingentes quotannis monetæ probandæ causâ convenire, vel aliàs invicem de eodem negotio correspondere debere: Vnde nomen der correspondirenden Cräise ortum est, qui in tres classes distributi: in una sunt Electoralis Rhenensis, Rhenensis superior, & Westphalicus; in altera, superioris & inferioris Saxoniæ (cui tamen integrum esse debet, seine alte correspondenz mit dem Westphälischen Craise zu continuiren) in tertia Franconiæ, Bavariæ, Sueviæ & Austriæ Circuli. Præthereà ad hanc classem etiam referri debet, quod in conventu Circuli Franconici, anno 1619. Norimbergæ, Wertheimense votum innuit, daß *anno* 1584. und 89. durch dieses Cräises Abschied versehen/ das alle Jahr im Sept. ein Cräistag gehalten werden solle/ wegen der Rechnung und ersetzung der Craißämpter. Non-statarii, qui scilicet indicuntur, & habentur, quoties utilitas, vel necessitas id efflagitat, sunt vel omnium Circuli Statuum, vel non omnium. Non omnium, sunt, vel ecclesiasticorum tantùm, vel secularium tantùm, vel nonnullorum ex utriusque.

Qui indicant conventus Circulares?

LXX. II. Ad conventum omnium unius Circuli Statuum, & eos qui contractiores, die engere dicuntur, convocare vocandos solent Principes, qui proptereà dicuntur die Ausschreibende Cräisfürsten/ nomine, usu & stylo Imperii recepto: (R. A. zu Augspurg A. 1566. §. und sollen/ *p.* 575. Horum duo cujusque fere (nam in nonnullo unus tantùm, Circuli sunt, quorum unus Princeps ecclesiasticus, alter secularis; Credibile fit, post institutionem Circulorum, eum, qui in quolibet eorum dirigendi, convocandi, denunciandive potestatem, præ cæteris ejusdem membris haberet, lege Imperii in specie determinatum non fuisse, inde factum, ut major autoritate, dignitate, vel potentiâ, hanc licentiam sibi adscripserit, vel adscribere attentaverit. Fortassis etiam ab Imperatore literis, uni, vel alteri, qui inter Circuli Status excellebat, quandoque mandatum, ut cæteros collegas convocaret, quod posteà in ius conferri cœptum Hisce in conjecturis me adjuvat (R. A. zu Regenspurg anno 1532. *tit.* Ringerung der Anschläg/ *vers.* Es sol auch der Obrist xc.) quod exemplum denunciationis est: Convocationis autem illud, quando legimus in (R. A. zu Speyer *anno* 1542. §.) daneben mögen vnd sollen auch die Cräiß/ Chur- und Fürsten/ die es in ihren Cräissen von nöthen zu seyn erachtē/ alle jedes Craises verwandte Stände/ zum förderlichsten an eine gelegene Mahlstatt beschreibē xc. In Circulo Franconico, Episcopus Bambergensis jus convocandi Status, tam ecclesiasticos, quàm seculares, sibi soli, tanquam primum locum inter Status Circuli tenenti, competere affirmavit; sed eidem, inter ecclesiasticos Herbipolensis Episcopus, inter seculares autem Marchio Brandeburgensis, contradixerunt, Anno 1544. in conventu Circuli, Winshemii hæc disputatio, majori conatu quàm anteà erupit; quando Episcopus Bambergensis usu invaluisse affirmavit, si ecclesiastici & seculares Circuli Status simul cōvocandi sint, suarum esse partium utrosque convocare, nec ullas Marchioni hìc partes dari: ubi autem seculares tantùm convenire debeant, tunc soli Marchioni eos convocandi jus esse. A Marchione Brandeb. verò propugnatum fuit, sibi competere utroque casu seculares Status ad conventus evocare. Protestationibus, & reprotestationibus, ut antea & tunc, ita & postea sæpius, integritatem juris sui quisque tutatus est; tandem verò in comitiis Augustanis, anno 1559. 11. Aug. ita composita lis fuit, ut futuris temporibus perpetuò uterque, Episcopus sc. & Marchio Brandeburgensis conjunctâ operâ & indivisim hoc convocandi munus exercerent, quod hucusque ita continuatum. Nonnunquam quidem Episcopus Bambergensis plusculum hoc in negotio sibi vindicare ausus fuit, sed Marchio Brandeburgensis attentatis in tempore se opposuit. In Circulo Electorali convocandi munus explet Moguntinus Elector, in Rhenensi superiori, Episcopus Wormatiensis, una cum Landgravio Hassiæ Darmstadiensi; (hactenus scilicet tempore belli intestini Germaniæ, explevit hoc munus Darmstadiensis; anteà verò Comes Palatinus Rheni Simmerensis, vel Elector Palatinus hujus respectu: atq; secundum pacis conditiones idem munus ad Simmerensem rediisse arbitrari licet.) In Saxonico superiori, Elector Saxoniæ; in Saxonico inferiori, huc usque Administrator Archiepiscopatus Magdeburgensis, (imposterum inter Magdeburgensem, sive Administratorem sive Ducem, & Bremensem Ducem, directorium hujus Circuli alternari debet. *Vide Instrum. pacis Cæsareo-Suecica art.* 10. §. *quartò ratione suprà dictarum, & art.* 11. §. *similiter concedatur*) & Dux Brunsuicensis; in Westphalico, Archiepiscopus Coloniensis, nomine Episcopatus Monasteriensis, quem administrat, & Dux Iuliacensis, in Suevico, Episcopus Constantiensis, & cum eo Dux Würtembergensis; in Circulo Bavarico, Archiepiscopus Salisburgensis, & Dux Bavariæ. Cæterum in Circulo Franconico, quando pro negotii qualitate soli ecclesiastici Status conveniunt, solus Episcopus Bambergensis convocandi jus & directorium exercet, quod solus quoq; Marchio Brandeb. quando seculares Status separatim convenire debent, inter illos habet.

An inscio Imperatore conventus Circulares possint indici?

LXXI. III. Potestatem hanc convocandi exercent illi quibus ea competit, vel legis ob dispositionem, ut in statariis, vel motu proprio, vel ad instantiam alterius. An verò illis hoc liceat insalutato Imperatore, nec petitâ licentiâ, nec denunciatione factâ, disputatum fuisse memini in conventu Circuli Franconici Norimbergæ, anno 1619. Mense Iulio & Augusto habito. Ibi enim Commissarii Cæsarei nomine Cæsaris proposuerunt, & reiterato ad deputatos Circuli dixerunt, nullum conventum Circularem inscio Imperatore instituendum vel habendum, vnd ob wol Ihre Majestät die Cräiß convocationes nicht zu hindern begehrten/ sey es doch herkommen/ vnd müsse man Ihrer Majest. solches zu dem Ende notificiren/ auf den Fall Sie was bey den Cräissen zu erinnern/ daß sie Commissarien verordnen/ vnd die Nohtdurft mit gutem Raht bedencken heisen mögen. Contradictum hisce positionibus a Statibus fuit, & in memoriam rei in recessum

eiusdem

ejusdem conventus, de dato 4. 14. August. dicti anni, hæc inserta formalia: Furs ander/demnach etzlicher vornemer Stände Gesandten / so wol das hievor wegen dieses Craißtags prorogation, einkommene Käyserliche Schreiben / als auch jetzige Käyserliche proposition dahin ansehen wollen / als solten die Käys. Majestät/die convocationes Circulares dahin restringiren wollen/ daß solche ohne vorwissen und willen Ihrer Majestät / nicht sollen angestelt / auch ohne beyordnung jedesmals seiner Majestät sonderbaren Commissarien gehalten / und wann schon moræ periculum mitunterlaufft / dannoch unter sechs Wochen nicht der Termin benannt werden solle/ und dafür gehalten / dieses möchte / da es ungeandt gelassen/nicht allein diesem Crayß/ sondern auch andern zu præjudicirlicher sequel gelangen / so ist durch die mehrere beschlossen worden / man solle durch den Ausschuß die Herrē Commissarien dessen erinneren / und dieselben ersuchen / daß sie es bey der Römischen Kayserlichen Majestät in Ihrer Relation allerunterthänigst dahin wollen ingedenck seyn/damit dieser löblicher Crayß dieser neuerung möchte geubrigt/ auch bey den Reichsverfassungen/und bekannten herkommen gelassen werden: welches dann nicht allein durch den Ausschuß den Herren Käyserlichen Commissarien vor- und angebracht/sondern auf derselben begehren Ihnen auch schrifftlich zugestellt worden. [*add: Quid Status Circuli Inferioris Saxoniæ hac de re senserint: vid. Theat. Europæ ad an. 1652. pag. 303. ubi egregiè Circulus libertatem Circularem asserit.*]

Terminus comparendi in ejusmodi conventibus.

LXXII. IV. De termino res ita se habet, ut in Circulo Franconiæ, ordinariè quidem à tempore denunciationis usq; ad conventus initium, sex septimanarum intervallum esse debeat, quò Status, eos, quos eò ablegare volunt, eò meliùs informare de mente sua possint; sed utilitate, ac necessitate suadente, sæpissimè aliud observatum fuisse, quandoque etiam prorogationem termini factam, experientia testis est [add: *In conventu Circuli Inferioris Saxoniæ An. 1654. 4. Dec. Statibus placuit, ut imposterum literæ Convocatoriæ quatuor hebdomadibus ante terminum unicuiq; mitterentur (excepto tamen casu necessitatis, & quando periculum in mora) illisq; speciatim, quantum fieri possit, inserentur principaliora puncta, de quibus consultandum. Dn. Autor T. 5. I. P. l. 9. c. 5. pag. 589.*]

Locus horum conventuum.

LXXIII. V. Locus, ubi conventus Circuli haberi debeant, à voluntate Principum convocantium, quæ tamen commoditatis rationem habere solet, dependet. Hinc in Circulo Franconico quandoque Bambergæ, Norimbergæ, Windshemii, Forchemii, Suinfurdi, Ochsenfurdi, & alibi, quandoque Status convenisse notum est.

De literis convocatoriis ad ejusmodi conventus.

LXXIV. VI. Literæ convocationis, non solùm terminum, & locum, sed etiam regulariter causam, propter quam conveniendum, exprimunt, & Statum ad quem scribuntur, ut eo mandatarios suos ad consultandum & concludendum ablegare velit, amicè, vel benignè, vel clementer hortantur. Literæ convocationis ad Status diriguntur, & iisdem insinuantur. Qui verò cæteros ad conventum vocant, ipsi alio non vocantur modo, quàm ductu officii sui, obligatione, quâ Circulo devincti; & ratione ipsâ, quæ eos admonet, cum è re Circuli æstiment, cæteros Status convenire, ipsi quoque id, quod ab aliis fieri expetunt, faciant.

De Recessu conventuum Circularium.

LXXV. VII. Hucusque de votis, sequitur (5) ut de Recessu dicamus, qui, quid in conventu actum, breviter exponit, cætera protocolla habent. Solet quandoque fieri, certas ob causas, ut præter recessum, qui principalis dici potest, etiam alius minus principalis, qui Neben-abschied dicitur, redigatur in scripturam, uterque autem ad curam directorii pertinet, quod in conficiendis recessibus occupatum esse debet. Postquam scripto comprehensus recessus est, in Senatu Statuum mandatariis prælegitur, eo fine, ut si quid addendum vel demendum, aut corrigendum videatur, fiat quod placuerit. Tandem firmatur subscriptione, & signaculis præsentium.

CAPUT LXXIII.

De Camera Imperiali.

ADDITIO.

[*QUum sequentia Dn. Autoris capita de Camerâ Imperiali, De Iudicio Aulico Cæsareo, Austregis mirùm quantum illustret Nobiliss. Dn. D. Conringii Dissert. de Iudiciis Imperii Germanici, hic non potuimus non eam præmittere. Est autem talis.*

Cum tanta sit humani cordis à teneris perversitas, tantaque malitia, ut citra contentionem cohabitare humanum genus non possit, ut civis civi, vicinus vicino, sæpissimè adversetur, ac fratrum quoque gratia rara sit, imò & parentes liberos, liberique parentes sæpe persequantur, ac injuriâ afficiant, fieri non potest quin lites & controversiæ permultæ in omni societate convictuque civili oboriantur, adeoque nulla possit existere civitas, nullaque Respublica, quæ non perpetuis flagraret factionibus ac motibus, in quâ non grassarentur homicidia, spolia, multa denique violentiæ & truculentiæ ederentur exempla, nisi ejusmodi litigiis pacatè dirimendis commodis occurratur remediis. Ejusmodi autem in omni paulò rectiùs constituta Republica non tantùm supremæ Majestatis terror, Magistratusque civilis potestas est, sed & Iudiciorum publicorum vigor. Talium scilicet institutio virorum, qui, & publica litigia arcêre, & privatis civium controversiis dijudicandis vacare, queant. Siquidem parùm videatur esse, vel ipsos rectè traditos cordi mentique hominum impressos, parùm quoque sit Ius legitimum, legumque civilium sanctiones in Civitate esse, nisi sint, qui iura regant & iuri dicundo præsint. (L. 2. §. 13. ff. de Orig. Iur.)

In omnibus itaque omnium gentium Rebuspublicis Iudicia fuisse constituta ex variis antiquitatis monumentis liquet: In quorum omnium antiquissimum & optimum est illud in populo Iudaico à Mose, ex consilio Iethronis soceri eius, institutum: Exod. 18. & sequ. *Quantâ verò severitate Iudiciorum rectitudinem Cambyses Persarum Monarcha imperaverit, vel illud testatur de iudice malè iudicante, cuius pelle cæteris in terrorem, tribunal iudiciarium obducere*

iussit. Quomodo queque Iudicia in Civitatibus Græcia constituta fuerint, recenset præter alios summus ille philosophiæ princeps Aristoteles lib. 2. pol. cap. 10. Romani in Iudiciis constituendis quam seduli fuerint, vel ex uno discere est ICto Pomponio in l. 2. ff. de Orig. Iur. Eodem verò modo non ullam facilè reperies alicuius Gentis accuratius consignatam historiam, ubi jurisdicendi ratio non simul celebretur.

Cæterùm jam nostrum non est propositum, de universa Iudiciorum natura, Iudicumque & Magistratuum in jure dicendo officio agere. Quod unicè ad civilem doctrinam pertinet, sive agendum sit de beata Reipub. simpliciter, sive seorsim de aliarum, ut oligarchiarum, democratiarum, aristocratiarum, (singula enim etiam Iudiciorum ratione differunt, ut præclarè docet Aristoteles lib. 4. pol. c. 26.) Iudicijs rectè atque ex usu publico constituendis. Sed nec animus modò est omnium Gentium in hac re mores describere, verùm de Iudicijs duntaxat Germaniæ agere. Atque id quidem eo modo aggrediendum ducimus, ut ex iis quæ de hoc exstant monumentis paucis adducamus, quæ apud Germanos ab antiquissimis seculis ad nostra usque tempora iudicandi ratio viguerit, quasque mutationes tot seculis unà cum ipsa sæpius mutata Republica Iudiciorum illa ratio perpessa sit. porrò quæ eius conditio hodie sit, subiecto ad ultimum modo, qui hodie statui Imperij nostri quàm maximè in ordinandis supremis eius Iudicijs possit videri commodus.

Atque antiquissimam quidem Germanicarum rerum memoriam consulentibus duo cumprimis licet observare quæ ad nostrum negotium spectant. Alterum est Germanicos populos, ut ut unius fuerint originis, & linguæ propè eiusdem, imò verò unam Germaniam propè omnes habitaverint, proximâ mutuò vicinitate iuncti, tamen in unam Rempublicam non nisi admodum serò, & quidem demum vix ante hos octingentos annos, felicibus Francorum armis, coaluisse. Alterum etiam sic tamen singulis populis suas fuisse Respublicas, & quidem non multùm (si formam regiminis spectes) inter sese diversas: monarchiæ scilicet nullam: omnes verò propemodum populares, non quidem omnino, magna tamen ex parte. Quod ipsum vel ex unico Taciti de morib. German. libello facilimum est discere.

Hinc verò consequens statim est: primùm eâ quidem ætate non fuisse toti Germaniæ unum aliquod commune Iudicium, utpote quæ unam tum Rempublicam non obtinuerit: Secundò singulis populis Iudicia sua haud defuisse, quum nulla societas absque Iudiciis vel brevissimo tempore possit consistere: Tertiò ut totius Reipublicæ ita nec Iudiciorum magnam tum fuisse in Germania populis diversitatem, & quidem procul dubio observatam illam formam Iudiciorum quidem constituendorum quæ statui ex populari & aristocratico commixto maximè est idonea.

Cæsar lib. 6. de bell. Gall. narrat aliam belli tempore, aliam in pace fuisse Iudiciorum rationem. Cùm bellum, inquit, Civitas aut illatum defendit aut infert, Magistratus qui ei bello præsint, ot vitæ necisque habeant potestatem, deliguntur, in pace nullus communis est magistratus, sed Principes regionum atque pagorum inter suos Ius dicunt, controversiasque minuunt. Sanè omnibus penè his populis in usu, aliam foris ac belli, aliam domi ac pacis tempore, Iudiciorum formam constituere. Et verò exigit hoc ipsum diversus ille vivendi modus. Vnde procul dubio usitatum idem apud veteres Germanos. Porrò in hoc quod Cæsar ait, in pace nullum fuisse communem magistratum, consentiunt & alij Scriptores qui res Germanicas memoriæ prodiderunt, modò accipias verba illa de uno homine qui toti Reipublicæ præfuerit, qualis est Rex aliquis propriè sic dictus. Namque alibi totum concilium Gentis meritò dixeris communem fuisse magistratum, alibi etiam Reges præfuère, verùm ut Tacitus loquitur, non infinitâ aut liberâ potestate, quod verè regium est.

Illud verò quod scribit Cæsar bellico illi magistratui vitæ & necis concessam potestatem, prorsus est adversum Taciti monitionibus. Duces, ait ille (hi verè sunt magistratus belli Cæsaris) exemplo potiùs quàm Imperio, si prompti, si conspicui, si ante aciem agant, administratione præsunt. Cæterùm neque animadvertere, neque vincire, neq; verberare quidem nisi sacerdotibus permissum: non quasi in pœnam, nec Ducis iussu, sed velut Deo imperante, quem adesse bellantibus credunt. Videntur autem cum Tacito facere potiùs quàm cum Cæsare etiam quæ ab aliis Scriptoribus memorantur. Vnde liquet aut Cæsarem minùs comperta tum nostra habuisse, aut verò paulò post eius ætatem imminutam fuisse Ducum potestatem libertatis popularis incremento.

Dixeris verò ex Tacito, controversias militares finitas demum post prælium in concilio populi. Cùm enim dixisset, Licet apud concilium accusare quoque & capitis discrimen intendere: addit, Distinctio pœnarum ex delicto: Proditores & transfugas arboribus suspendunt, ignavos & imbelles & corpore infames, cæno ac palude, iniectâ insuper crate, immergunt: sed & levioribus delictis pro modo pœnarum, equorum pecorumque numero convicti mulctantur, pars mulctæ Regi vel Civitati, pars ipsi qui vindicatur vel propinquis eius exolvitur. Proditio sanè, transfugium, ignavia, delicta sunt bello maximè propria, & videntur hæc punita potissimùm in Concilio. Quanquam n. & alibi cumprimis minoris ordinis hominum delicta hujusmodi disceptata ac judicata fuisse minimè negaverim: tamen si quid Primores deliquerunt, id tum potissimùm in concilijs Iudicio definitum fuisse, vel est ex eo colligere, quòd idem mos floruerit Francici regni tempestate, ut ex iis, quæ infrà adducemus erit manifestum.

Henricus Meibomius V. C. Irmensulæ Saxonicæ c. 4. in hæc verba loquitur de sacerdotibus Irmensulæ Eresbergensis: Iidem quoties præliandum erat, statuam sui Deastri columnæ detractam in aciem ferre, & à pugna captivos, quique ex suis segniter rem gessissent vinctos verberatosque pœnis afficere solebant. Cuius rei meminit vetus cantilena, in qua regis cuiusdam filius propter infœlix quoddam prælium sacerdoti se mactandum tradi miserabilibus conqueritur modis. Adjungit verò quidem versiculos aliquot Meibomius, sed inde haud est colligere iudicio sacerdotum illum qui in victimam erat mactandus damnatum esse. Dubito etiam, num possit veris historiis ostendi

ullo

vllo in p[...] [...]manico tam animadvertendi potestatem sacerdotali Ordini olim fuisse aliquando concessam, non accedente populi consensu. Neque enim id Tacitus dicit, etsi affirmet in bello sacerdotibus permissum fuisse non verberare tantum & vincire, sed etiam animadvertere.

Cæsar sane lib. 6. magnam narrat Druidum fuisse apud Gallos autoritatem, verum & apud eos sacrificiis interdicere pœnam gravissimam inquit fuisse: & Germanos neque Druides habuisse qui rebus divinis præsint, neque studuisse sacrificiis, in modum scilicet Gallorum. Ecquis ergo crediderit supplicio quẽ afficiendi vim apud Germanos tum sacerdotes fuisse? Fatendum tamen coercendi aliquam vim iis in bello, ut in ipso quoque concilio, quod clarè Tacitus refert.

Quocunque verò modo habuerint sese ætate illa belli tempore Iudicia, quid in pace obtinuerit facilius est cognitu. Cæsar indicat regionibus & pagis principes præfuisse, eosque inter suos dixisse Ius, & minuisse controversias. Sunt autem regionum & pagorum principes fortè iidem, utpote quum pagus significet regionem. Sanè Tacitus qui res Germanicas propiùs conspectas habet, agnoscit quidem & ipse Principes, non alios tamen quàm qui iura per pagos vicosque reddunt, ut proinde eorum alii quidem fuerint pagorum, alii vicorum Principes & Iudices, præter hos autem nulli. Omnes verò illos ex nobilissimo fuisse ordine liquet vel ex eo, quod hisce Principibus datos ex plebe comites idẽ Tacitus testetur, item insignem nobilitatem principis dignationem etiam adolescentulis assignâsse: alibi tamen ab eodem Principes plebi opponantur.

Ex eodem porrò Tacito etiam hoc discimus, Iudices istos ad dignitatem illam pervenisse per electionem, & quidem concilii: in quo cum & nobilitas & plebs habuerit locum, adeoque cum penes illud concilium summa tum fuerit Reipublicæ autoritas, manifestum fit, non factione quadam plebis aut populi singulorum pagorũ, nec cæcâ forte, sed totius Reipublicæ autoritate Principes illos Iudices electos esse. Disertè Tacitus: Eliguntur in iisdem Conciliis & Principes qui iura per pagos vicosque reddunt. Etiam ita tamen nonnunquam factum esse, ut ad defunctorum liberos dignitas parentum redierit, non est quod dubitemus, præsertim quum, Tacito teste, magna patrum merita iam tum etiam adolescentulis principis dignationem assignaverint. Est autem talis Iudicum constitutio inter aristocratica instituta. Namque ipsa electio per meliores instituta aristocraticum quid sapit: ac multò magis si electio fiat non ex omnibus promiscuè, sed ex paucis iisdem optimatibus.

Quamvis verò penes hosce electos ex primaria nobilitate fuerint tum præcipuæ citra dubium partes Iudiciorũ: etiam ex plebe tamẽ nonnullos iis datos Assessores itidem ex Tacito discimus. Centeni, ait, singulis principibus ex plebe comites cõsiliũ simul & autoritas adsunt. Quilibet itaq; pagus centenos ex plebe habuit (nisi fortè legẽdũ sit centeni) qui in iudiciis, aliisq; pagi illius negotiis publicis principi fuêre in consiliũ pariter & autoritatem. Fuerintne autem ab ipso principe, an verò à plebe, in id tum selecti, cum nemo eius temporis notaverit, dictu fortè difficilior est. Tantum nõ abest à verisimilitudine partitam eâ in re fuisse operam utriusque, quoniam Francorum quoque ætate simile quid fuit observatum.

Illud nequaquam videtur in dubitationem vocandum, quod plebeii illi comites, non tantùm non serviles, sed ne quidem libertini fuerint sanguinis, qualibet in civitate libera Germaniæ. Clarè enim Tacitus: Liberti non multùm supra servos sunt, rarò aliquod momentum in domo, nunquam in civitate, exceptis duntaxat iis Gentibus quæ regnãtur. Apud cæteros impares libertini libertatis argumentum sunt. Et verò etiam posteris seculis nusquam non fuit observatũ, ut in plebejorum illum Assessorum ordinem non nisi primores plebis sint adsciti: quid? igitur ita solitum florente plebis libertate? Notandum verò etiam hoc institutum adsciscendi ex plebe Iudiciorum Assessores, ad leges esse veræ ἀριστοκρατίας: veræ inquam, non eius quæ cum sit oligarchia ex solis nobilibus constans, speciem mẽtitur & nomen solet accipere aristocratiæ. Enimvero magna semper etiam plebis antiquis temporibus autoritas, utut prima fuerit dignitas Edelingorum, cuiusmodi hodie quoque sunt qui veteri Ducum Comitumque prosapiâ sunt geniti.

Porrò hi Iudices an simpliciter omnes controversias potuerint decidere, an non, numve ab illis provocatum interdum fuerit, neq; Cæsar neque Tacitus, neque alius ævi illius quisquam memoravit. Verisimile tamen est, tantùm quæ inter singulos Pagorum incolas intercesserunt lites finiri ab illis potuisse, quæ autem ortæ fuerunt, aut inter ipsos principes diversorum Pagorum, aut inter principem & populum unius Pagi, ad comitia totius populi tum pertinuisse. Patet hoc ex parte ex ipso Cæsare & Tacito. Ille enim scribit: Principes regionum atque Vicorum inter suos Ius dixisse. Tacitus verò principes Iura per pagos vicosque reddidisse. Quibus verbis haud obscurè definitur, lites non alias ad principem delatas quàm privatorum quorumlibet civium. Res ipsa verò idem etiam illis tacentibus edocet. Neque enim principibus absolutum fuit Ius in suos ut nulla intercedere potuerit inter principem & plebem lis, quæ Iudicio fuerit componenda: neque enim principum in alterum fuit Ius, nec tamen semper inter illos controversias potuerunt cavere. Necessariò itaque etiam tum maius fuit Iudicium, ubi illæ maioris momenti lites sunt decisæ. Et sanè verosimile est, factum illud in comitiis populi. Hic enim convocatus potissimum habuit totius Reipublicæ auctoritatem. Enimvero hoc ipsum etiamnum ætate Francici Imperii obtinuisse mox demonstrabitur: quantò magis igitur valuerit hac tempestate, quâ maiori libertate populus omnis fruebatur? Audivimus verò iam tum paulo antè dicentem Tacitum: Licèt apud Concilium accusare quoq; & capitis discrimen intendere. Quod de maioris momenti negotiis accipiendum esse diximus. Num per appellationem à Iudicio Principis assessorumque potuerint causæ ad comitia videtur devolvi, aut num aliquis locus tum fuerit appellationi, quoniam haud perinde liquet, nec fas est inanibus coniecturis indulgere, in medio relinquimus.

Hoc non difficili ratiocinatione licet colligere, fieri vix potuisse, imò non potuisse, ut omnibus Iudiciis princeps ipse interfuerit: cum quòd integræ regionis, aut integri pagi unus tantùm fuerit Princeps, huiusmodi autem tractus sat amplis limitibus constiterit, tum quòd in eâ hominum multitudine non potuerint non in dies variæ enasci controversiæ præsentibus Iudicibus minuendæ. Verosimile igitur fit, iam tum singulorum Pagorum Principes vicariis hìc aut alibi usos: quemodo sequentibus seculis semper mos fuit præponere Iudiciis Sculketum quem appellant, qui Principis vice curet Iudicia. Procul dubio verò etiam tum pedanei quidam

fuêre Iudices; qualest tunc in agris supersunt passim per Germaniam.

An lucri quicquam Principes reliquiq; Iudices ex Iudiciis tum ceperint, præter mulctæ partem, nullibi memoratur. De mulcta videtur constare ex Tacito. Sed & levioribus delictis: pro modo pœnarum, equorum pecorumque numero convicti mulctantur: pars mulcta regi vel civitati (*ubi nempe nullus Rex fuit, in plerisque tum Germaniæ populis*) pars ipsi qui vindicatur vel propinquis eius exsolvitur. *Non præfractè tamen negaverim, Tacitũ maximè loqui hic de Iudiciis publicis communibus, non autem singulorum pagorum: utpote quum dicat mulctam cessisse non Principi, sed Regi, aut toti civitati, hoc est toti Reipublicæ, quod de omni mulcta haud temere, pronunciaveris. Cæterùm etiam in singulis Pagis fortassis partem mulctæ aliquam Rex aut Respublica accepit in nonnullis delictis: quod satè in Francorum regno solêre infrà patebit. Heribannum vocare mos vetus fuit. Cur verò fiet verò simile, nihil mulctæ etiam Principi & reliquis Iudicibus in laborum solatium datum esse?*

Porrò simplici ratione processum in Iudiciis tum esse, vetant nos dubitare simplices tum mores populi, neq; legum multitudine, neque malitiâ advocatorum; neque lucri cupidine lites protelante. Argumento est: quod ipsa etiam gravissima inimicitia cito tum fuerint composita: quanto magis ergo controversia alia. Testatur id disertè Tacitus: Nec implacabiles durant inimicitiæ, luitur enim etiam homicidium certo armentorũ ac pecorum numero, recipitq; satisfactionem universa domus. *Qui more suo prudentissime addit:* utiliter in publicum, quia periculosiores sunt inimicitiæ iuxta libertatem. *Et sanè libertati nihil æque noxium luxum diuturnitate, maximè si inter primores sint & factiosos. Inde enim intestina commotio, & publici boni neglectus, in tumultus, imò bella civilia, tandem erumpens malum. Eâ de causa procul dubio factum, ut cum Romano more Quintilius Varus cœpisset in Cheruscis Iudicia instituere, illi tum illi conjurarint, ac cæso Varo, tribusq; Legionibus obrutis, præcipuè in causarum patronos sævierint. Rem ita narrat L. Ann. Florus l. 4. cap. 12.* Nihil illa cæde per paludes, perq; sylvas cruentius, nihil insultatione Barbarorum intolerantius, præcipuè tamen in causarũ patronos. Aliis oculos, aliis manus amputabant, unius os sutum, recisâ priùs linguâ, quam in manu tenens Barbarus, tandem, inquit, vipera sibilare desiste.

Iidem præterea mores Populi haud obscuro sunt indicio lites tum perfusse raras. Tota enim Gens non astuta non callida fuit: *adhuc affectavit aperiro secreta pectoris, consalutationibus omnibus etiam maioris momenti plerumque inter convivia institutis, tanquam nullo magis tempore ad simplices cogitationes pateat animus. Iam fide nulli tum mortalium ante Germanos, quod in publico theatro Romæ merito clamaverunt Frisiorum Legati. Matrimonia olim severa: imò nulla morum pars magis laudata: paucissima in tam numerosa Gente adulteria. Hæredes successoresque sui cuique liberi, & nullum testamentum. Aurum & argentum apud paucos aliquo in pretio: pecorum numero gavisi sunt: eaque & sola gratissima opes fuerunt. Proximis Romanorum commercia aliqua instituentibus, interiores populi simplicius & antiquius permutatione mercium sunt usi. Alij securi adversus homines, securi adversus fata, rem difficillimam assecuti sunt, ut illis nec voto quidem opus fuerit.* In universum plus in Germania boni mores valuêre quàm alibi bonæ leges. *Quæ omnia penè ipsissima sunt Cornelij Taciti verba. Iis autẽ moribus atque institutis ad mores translatis, raras admodum lites & compositu faciles habere locum, nemo paulò prudentior ignorat.*

Atque hæc quidem fuit ratio Iudiciorum Germaniæ veteris antea quàm in Francorum Imperium tota transivit. Etsi enim nonnullis Gentibus Reges fuerint: tamen nomen id potiùs fuit, quàm verè regia potestas. Hinc Tacitus cùm Frisiorum, minorum nempe & maiorum (ut tunc divisum fuisse populum ex libro de moribus German. constat) duos Reges memorâsset lib. 13. Annal. *statim addit:* in quantum Germani regnantur. *Disertè Idem:* Nec Regibus libera & infinita potestas: *Idem de conciliis:* mox Rex vel princeps prout ætas cuique, prout nobilitas, prout decus bellorũ, prout facundia est, audiuntur, autoritate suadendi magis quàm iubendi potestate. *Item:* Trans Lygios Gothones regnantur, paulò iam addictiùs quàm cæteræ Germanorum Gentes, nondum tamen supra libertatem. *Etiam in regnis itaque non alia fuit, quam alibi, forma Iudiciorum, & in his quoque Principes & eorum ex plebe assessores, per pagos & vicos ius dixerunt, nisi quod fortassis in constituendis illis Principibus, vel autus Regis, vel saltus unà cum concilio maior aliqua authoritas fuerit. Fortè etiam licuerit tum Regibus in sententiarum à Principibus latarum æquitatem advertere: quæ sanè omnia Francorum Imperio obtinuerunt.*

Haud negaverim tamen in quibusdam populis ab illa antiqua ratione recessum esse: ut solet longo temporis tractu mutari Respublica. Nec tamen id certò licet affirmare, quum monumenta nulla suppetant unde discas. Meibomius tamen lib. de Irmensula c. 4. *narrat pagorum Saxonicorum præsides, aut Gravios, ut & Iudices pedaneos per agros à Collegio sacerdotum Eresbergensi ultimis Reipub. illius liberæ temporibus ante Caroli Magni ætatem fuisse constitutos. Verùm nescio an hæc sine fama nullius eius tempestatis scriptis subnixa, fidem tutò liceat commendare. Et verò ex iis quæ Witikindus Corbeiensis & Francici Annales memorant, liquet, Saxoniæ tres populos Ostphalos, Westphalos, & Angrivarios, tum temporis antiquissimo Germanico more per concilium Rempublicam suam administrâsse, belli tempore uno aliquo in ducem electo, qui pace restitutâ pari iterum fuerit cum reliquis loco. Certè in scriptis illius avi de Saxonum Republ. nihil legas quod à maiorum institutis vel leviter abeat.*

Verùm de his plus satis. QUOMODO autem Francorum magno illo in regno, quod præter Italiam, Galliam, eximiam Hispaniæ partem, totam quoque Germaniam comprehendit, Iudicia sese habuerint maxime est pretium operæ enarrare: maximè quoniam Caroli demum Magni auspiciis, in unum corpus coalitâ Germaniâ, initia eius vastæ Reipublicæ cuius reliquiæ etiamnum supersunt, cœperunt. Et verò tantum docebimus quæ facies fuerit Iudiciorum ipsa illâ Carolinâ ætate, Merovvingorum regnum tempora non attingentes. Ut autem brevibus rem omnem comprehendamus, videntur illâ ætate Iudiciis præfuisse, partim concilium Ordinum omnium, partim Rex ipse, partim à Regibus constituti varij Duces &

Gravio-

& Graviones (vt mos tulit Romanorum sequioris avi titulos vsurpare) Comites cum Scabinis Assessoribus, partim Episcopi, partim denique Legati, vel vt tū loquebantur, Missi Regii. De negotiis porrò maximis, opsi mum Regum, vt & Principum, aut primariæ nobilitatis, fas fuit soli Consilio iudicare, non Regi sine concilio: De sacris, aut sacrarum vel rerum vel personarum causis minoribus, Iudicium fuit penes Episcopos, Legatos Regios, & Regem ipsum. De aliis Duces, Comites, Legati Regii extra aulam, in aula Rex ipse & Comes Palatinus iudicaverunt. Porrò Regum ipsorum & Ducum constituendorum potestas præcipua ex parte Concilii fuit: Episcopos Comites, Legatos creare ad regiam pertinuit dignitatem, vt Scabinorum electio ad Missos & Plebem. Quæ cuncta accuratè scire omnino oportet eum, cui de Iudiciis Germanicis illius avi scribere animus est.

Possunt autem hæc omnia cùm plurimis historiis tū aliis monumentis haud difficulter ostendi. Et quidem regia familia vel inter sese, vel cum aliis, causas in Concilio tantùm fuisse definitas luculenter patet ex iis quæ notavit Franciscus Hottomannus Franco galliæ cap. 11. & 15. *Historia Caroli Magni & Ludovici pii exempla multa suppeditant. Post huius obitum controversia ortâ inter Filios in Concilio nonsemel illa agitata est. De Carolo Calvo cum Legatis Lotharii fratris agente ita Nithardus.* In conventum in quod communi consensu statuerant venire se velle, mandavit, vt si communem vtilitatem, vti promiserat, statuere vellet, sibi placere: sin aliter, de regno quod Deus paterq; suus suorum consensu illi dederat, consilio suorum fidelium in omnibus, secundum Dei voluntatem, parère sese constituisse. *Ipsos Reges Concilii iudicio vsque adeò fuisse etiam tum subiectos, vt Republica perperam administrata causâ, regiâ potuerint dignitate exui, testimonio est exemplum Ludovici pii, & Caroli Crassi, quorum ille anno 838. hic anno 887. Concilij autoritate regno pulsi sunt. Quale quid ex Merovingis passi erant Childerici tres, vnus Theodoricus, alter Chilpericus, vt alios taceam.*

Porrò primorum populi (quales tum fuêre Duces, Episcopi & Comitum præcipui) causam aliquam magnam extra Concilium in Iudicium vocatam nullo eius avi exemplo licet demonstrare. Ex adverso cùm Brunechildis regina multorum capitalium criminum rea esset, negotio ad Concilium delato, Regem ita loquutum refert Aimonius lib 4.c.1. Vos dulcissimi Commilitones & præeminentes Franciæ primores, decernite cui subiaceat supplicio, tanti obnoxia sceleris: Ea autem tum, *inquit A.* in præsentia Regis, iudicantibus Francis, indomitis equis religata, discinditur. *Tassilonis quoq; Boiariæ Ducis causa in conventu populi fuit diiudicata anno 788.* Noxæ convictus, *aiunt Annales Francici*, vno omnium assensu, vt læsæ maiestatis reus, capitali sententiâ damnatus est. Sed clementia regis, licet morti addictum, liberari curavit. *Rhegino l.2.* Cùm omnes capitalem sententiā proclamarent, Rex misericordiâ motus, eò quòd consanguineus eius esset, obtinuit ab ipsis Dei & suis fidelibus (*i.e. regni ordinibus*) ne moreretur. *Anno 818. coniurationis adversus Cæsarem Ludovicum Pium inita auctores primariæ nobilitatis, cumque iis Bernhardum regem*, iudicio Francorum capitali sententiâ condemnatos Episcopos *v. eiusdem coniurationis complices* synodali decreto depositos fuisse, *scribunt Annales Francici. Theganus in vita Ludovici Cæsaris de negotio:* Bernhardum hactenus Regem eiusque fautores, cùm in suprà dicto scelere deberent puniri, suppressâ tristiori sententiâ luminibus orbari (*Cæsar*) consensit; licèt multis obnitentibus, & animadverti in eos totâ severitate legali cupientibus. Episcopis vel quis depositos monasteriis mācipavit. *Ad eundem modum anno 829. in rebelles pronunciata fuit sententia in Concilio, vt anno 28. de Concilii sententia Dux Foroiuliensis ignavia convictus Ducatu pulsus. Non alibi damnati sunt Ernestus aliique Comites perduelliones rei anno 861. ætate Ludovici secundi Germaniæ Regis: aut Erchengerus & Bartoldus Comites fractæ pacis publicæ rei anno 916. Conrado vltimo Francici sanguinis rege. De quo Echardus:* Concilio de hinc habito primo colloquium publicum Moguntiæ, postea generale edixit concilium: vbi tribus illis lege abiuratis & proscriptis, prædiisque eorum in fiscum redactis, maiestatis reis, capita damnata sunt.

Ex quibus testimoniis vtique manifestum est, causas Principum saltem illas, quæ rempubl. attinent & commune civitatis bonum haud alibi quam in Concilio decisas fuisse. Neque enim verum est quod scribit Trithemius lib. de orig. Francor. *anno* 742. In singulis provinciis aut Duces aut Comites rempubl. sub potestate Francorum administrabant, Regum nutu amobiles. *De aliis tamen omnibus minoris momenti Principum controversiis, haud temerè dixerim tantùm illas in concilio publico decisas fuisse. Videntur enim illæ regis e usque Missorum iudicio tum commisse. Pertinet huc Caroli Magni lex l.3. c. 77. apud Ansegisum:* Vt Episcopi, Abbates, Comites & potentiores quique, si causam inter se habuerint, ac se pacificare noluerint, ad nostram iubeantur venire præsentiam neque illorum contentio alicubi diiudicetur, ne propter hoc pauperum & minùs potentium iustitiæ remaneant. Neque vllus Comes palatii nostri potentiorum causas sine nostra iussione finire præsumat, sed tantùm ad pauperum & minùs potentiū iustitias faciendas sibi sciat esse vacandum. *Scilicet obtinebat tum illa universalis regula quæ conficit capitulum 243 l. 5.* Maior à minore non potest iudicari. *Itaque Principum lites seu contentiones ad Iudicium regium pertinuerunt. Quibus tamen decidendis Reges Concilij sæpe autoritate vsos liquet ex Hincmari epist. ad reg. Ludovic. de regni Francici statu. Aliqua ex parte verè Comites, Episcopos, Abbates, iudicio Missorum regiorum fuisse etiā obstrictos docet c.66 lib.4* Vbicūq; Missi, aut Episcopum, aut Abbatem, aut alium quemlibet quocūque honore præditum invenerint, qui iustitiam facere vel noluit, vel prohibuit, de ipsius rebus vivāt, quâm diu in eo loco iustitias facere debē. *Itē l.4.c. 183.* Si Comes in suo ministerio iustitias non fecerit, Missis nostris de sua casa vel suis xeniis serviat, vsque dum iustitiæ ibi factæ fuerint. Et si vassus noster iustitias non fecerit, tunc & Comes & Missus noster ad ipsius casam sedeant, & de suo curent quousque iustitias faciant.

Alia prorsus ratio fuit litium & controversiarum minorum, aut inter minoris sortis homines exortarum. Vt enim de profanis primùm dicamus, in singulis quidem Pagis ordinarii harum litium Iudices fuere, qui Graviones, aut ex more Romano Comites sunt dicti, vnà cum Assessoribus. Nimirum more ab antiquissimis vsq; temporibus servato, in

Pagos quos Gavas dicebant etiam tum dividebatur Germania, & unicuique Pago aliquis ex primaria nobilitate Gravio præficiebatur litibus finiendis. Officium Comitis aut Gravionis optimè referunt literæ Caroli Magni, quas ex archivis Tremonia urbis recitat in vindiciis Billinganis Henricus Meibomius. Quapropter in illa parte Saxonia Trutmanuum virum illustrem ibidem Comitem ordinamus, vt si resideat in curte ad campos, in malleo publico, ad vniversorum causas audiendas, vel recta iudicia terminanda, iisque advocatum omnium presbyterorum in tota Saxonia fideliter agat, superque, vicarios & Scabinos, quos sub se habet, diligenter inquirat & animadvertat, ita vt officia sua sedulò peragant. *Formulam aliam Comitatuum aut Ducatuum committendorum habet Marculphus* n. 32. *Insigniter hanc rem illustrat admonitio Ludovici Cæsaris ad Comites pro vtilitate sanctæ Dei Ecclesiæ*, *quam* cap. 6. l. 2. *habet Ansegisus, vt alia nunc testimonia non laudemus. Constitutos autem hosce Comites fuisse à solis Regibus, cum ipsa illa quas attuli formula probant, tum ex historia Francica monumentis passim Sole elucet clarius. Hinc inter leges in quas superates à sese Saxones accepit Carolus, legas à rege præpositos iri Iudices, h. e. Graviones, qui nempe antehac Concilio populi autoritate constituebantur, Poëtaster Saxo vita Carolina ad Arnolphum Cæsarem scriptor:*

Tum sub *Iudicibus*, quos rex imponeret ipsis,
Legatisque suis, permissi legibus vti
Saxones patriis, & libertatis honore.

Assessores Comitum quosnam elegerint, & quales debuerint esse eligendi, constat item ex capitulis Ansegisi, vbi lib. 3. cap. 33. *ita legitur*: Missi nostri Scabinos (*hi verè sunt illi Assessores*) per singula loca eligant, & eorum nomina quando reversi fuerint, secum deferant. *& cap.* 56. vt Iudices, Advocati, Scabinos quales meliores invenire possint & Deum timentes, constituant ad sua mysteria exercenda. Cum Comite & populo eligantur mansueti & boni. *Capit. Ad lib.* IV. *cap.* 73. Missi nostri vbicunque malos scabinos inveniunt, eiiciant, & totius populi consensu in locum eorum bonos eligant, & cùm electi fuerint, iurare faciant, vt scienter iniuste iudicare non debeant. *Ibidem cap.* 74. *Vt* in omni Comitatu hi, qui meliores & veraciores inveniri possunt, eligantur à Missis nostris ad inquisitiones faciendas & rei veritatem dicendum, & adiutores Comitum sint ad iustitias faciendas. *Ex quibus omnibus patet, hos esse illos Scabinos, quos Tacitus olim narraverat Principibus qui per Pagos Ius dicebant ex plebe comites fuisse datos, adeoque fuisse homines ingenuos & ex plebe optimos. Huc sanè spectat & illud c. 47. l. 3. de homine ad mortem damnato cui post vita sit donata,* ne ille inter scabinos ad legem iudicandam teneatur. *Numerum horum definire non licet: septem tamen fuisse dixeris ex capit. 40. lib. 3.* Vt nullus ad placitum banniatur, nisi qui causam suam quærit, aut si aliter ei quærere debet: exceptis scabinis septem qui ad omnia placita esse debent. *Quomodo illi vnà cum Comite sententias dixerint liquet ex charta vet. Alemannica apud Goldastum t. 2. n. 99.* Interrogavit ipse Comes illos scabinos, quia illi de hac causâ iudicare voluissent. *Alibi legas:* Ante illustrem virum Hildogarium Comitem seu iudices, quos scabineos vocant, venerunt &c. Tunc ipsi Scabinei vnanimiter iudicârunt. *Hinc Glossarium vetus:* Scabini, auditores Comitum.

Porrò cùm Goua seu Pagi plerumque satis latè paterent, neque adeò cuivis Gravioni (præsertim cùm illi & alia reipubl. negotia incumberent; sæpè etiam vel valetudine vel negotiis rei familiaris detineretur) licuerit Iudiciis interesse, hinc iam tum Comites vicarios instituisse qui Iudiciis Comitum vice præessent, nullum est dubium. Hi iam tum videntur dicti Sculthesii aut Sculdesii, Schulten/Schultzen. *Frequens sanè mentio harum vocum est in antiquis legibus Germaniæ. In diplomate Ottonis Imperatoris apud Baronium* tom. 9. p. 5. *disertè officium horum exprimitur:* Nullus Marchio, Comes, aut vicecomes Sculdesius, vel quilibet ex iudicaria potestate. *Paulus Warnefredus* Histor. Longobardor. l. 6. c. 24. *ait*: Rector loci quem Scultheis vocant. *Secutis sanè temporibus prætura eiusmodi vicariam Comitum potestatem designârunt per omnem Germaniam, quod imprimis ex Speculo iuris Saxonici manifestum est.*

Fuit autem penes hoc Iudicium tam criminalium quàm civilium actionum diiudicatio. Vt liquet ex præcepto remissionis sive concessionis quod fecit Ludovicus Imper. Hispanis. Ipsi pro maioribus causis, sicut sunt homicidia, raptus, incendia, deprædationes, membrorum amputationes, furta, latrocinia, alienarum rerum invasiones, & vndecunque à vicino suo criminaliter fuerint accusati & ad placitũ venire iussi, ad Comitis sui malleũ omnimodis venire non recusent. *Item ex cap.* 48. *l.* 3. Si alicui post iudicium Scabinorum fuerit orta controversia. *Item c.* 50. Vt Comes qui latronem in forbannum miserit (*i. e. proscripserit*) vicinis suis & aliis Comitibus notum fecerit illum latronem à sese esse forbannitum, vt illi eum non recipiant. *Vbi notandum mallum tunc dici solitum locum Iudicii publici, qui cùm antiquo more sub dio esset, tectum illi addi voluit Carolus Magnus* l. 3. capitulo 57 *neque enim passus est Carolus in atriis Ecclesiarum iudicia exerceri: quod malo more alicubè cœperat inolescere, vt constat ex* cap. 60. l. 3. Additionũ.

Operæ fortè fuerit pretium nonnulla hæc capitula recitare ex Capitulari Ansegisi, unde ratio Iudiciorum illorum, de quibus iam agimus, illustratur. Capitul. l. 3. c. 53. Nullus missus noster neque Comes neque Scabinus, cujuslibet justitiam dilatare præsumat si statim adimpleta esse potuerit secundum certitudinem: neque præmia pro hoc à quolibet homine per aliquod ingenium malum præsumat accipere. *Cap. 3. tit.* 2. Iudex partem suam accipiat de causa quam judicat, de septem solidis tremissem, de novem solidis unum. De omni compositione semper novem partes accipiat dum rectum iudicat. *Cap. 3. c.* 4. Iudex si acceptâ pecuniâ malè iudicaverit damnum datum cogitur in duplum solvere & 40. solidos in fisco. *Capit. l. v. cap.* 251. Iniustum iudicium & definitio iniusta regio metu vel iussu à iudicibus ordinata, non valeat. *L. 4. c.* 39. Primitus ad placita eorum, orphanorum, viduarum, nec non pauperum causæ deliberetur, nec propter aliquam dilationem eorum iustitia à iudicibus dilaretur. Comes illos adiuvet dando eis talem hominem, qui rationem eorum teneat & pro iis loquatur. *Sunt autem patroni illi causarum dicti tum advocati, causidici, & clamatores. De quibus itidem multa sunt capi-*

tula.

tula. *Vtl. 2. cap. 114.* Si advocatus in causa susceptâ iniquâ cupiditate fuerit repertus, à cõventu honestorum & à iudiciorum cõmunione separetur. *Item:* si quis hominem in judicio iniustè contra alium altercantem adiuvare per malum ingenium præsumserit, atque inde coram judicibus vel Comitibus incusatus fuerit, & negare non potest, quindecim solidis culpabilis judicetur. *L. 3. c. 7.* Declamatoribus vel causidicis, qui nec judicio scabinorum acquiescere, nec blasphemare volunt, antiqua consuetudo observetur, id est; ut in custodia recludantur, donec unum è duobus faciant. Et si ad palatium pro hac re clamaverint & literas detulerint, non quidem iis credatur, nectamen in carcere ponantur, sed cum custodia & cum ipsis literis pariter ad palatium nostrum remittantur, ut ibi discutiantur sicut dignum est. *In quibus postremis verbis quid sit blasphemare praclarè docet clariss. Lindenbrogius in doctissimo glossario.*

Præter hæc Iudicia fuerunt tum temporis & Iudicia sacra. Primùm *enim in vitam & mores Christianorum civium usque adeò licuit advertere sacerdotibus, ut sontes potuerint cum aliis canonicis pœnis, tum etiam excommunicatione plectere. Habuit autem tunc excommunicatio effectum longè maximum. Hinc capitulum.* 42. *l. 5.* Vt sciatis qualis sit modus istius excommunicationis: in Ecclesiam non debet intrare, nec cum ullo Christiano cibum vel potum sumere, nec ejus munera quisquam accipere debet, nec ei osculum porrigere, nec ei in oratione se iungere, nec salutare, antequam ab Episcopo suo sit reconciliatus. *Capitul.* 130. *l. 6.* Si quis à communione sacerdotali fuerit auctoritate suspensus, hunc non solùm à clericorum, sed etiam à totius populi colloquio atque convivio placuit excludi, donec resipiscens ad sanitatem redire festinet. *In hanc duram pœnam verè incurrit non tantùm ipse excommunicatus, sed qui contra legem cum illo quid habebat commune. Disertè id decernitur capitulo 42. l. 5. ante laudato. Si quis noluit sententia illi Excommunicatoria parere, de illo idem capitulum:* Quod si aliquis ista omnia contempserit, & Episcopus hoc minimè emendare potuerit, Regis judicio exilio condemnetur. *Pars verò eorum qui refragabantur pœnitentiam à sacerdotibus iniunctam suscipere, eorum bona à Comite aut Misso regio Episcopis tradebantur donec resipiscerent: ut habet cap. 330. l. 7. vel verè incarcerem à Comite protrudebantur.* Quod si porrò Comes (*verba sunt Capitulis*) vel qui minister hoc adimplere distulerit, canonicè ab Episcopo vel à suo ministro excommunicetur, & usque dum hac pleniter adimpleat semper communione Catholicorum careat, usque dum ipsi Episcopo humanius erga eum aliquid agere placuerit. Si verò ipse Comes, aut de prædictis causis, aut de ipsa excommunicatione, inobediens aut negligens apparuerit, honore Comitatus pariter & communione careat, usque dum ambo in nostram præsentiam veniant, ut nos illum Episcopali autoritate, atque Imperiali motu, ita corrigamus, ut cæteri timorem habeant, ut deinceps talia committere nullatenus audeant. *Ab eiusmodi porrò sententia Excommunicatoria non fuit provocatio admissa alia quàm ad Metropolitanum Episcopum. Hinc capitulum* 42. *l. 5.* Quod si aliquis reclamaverit quod iniustè sit excommunicatus, licentiam habet ad metropolitanum Episcopum venire, ut ibidem secundum canonicam institutionem iudicetur, & interim suam excommunicationem custodiat. *Tam latè verò patebat hoc iudicium sacrum ut nihil neu criminum illuc sensim traheretur, quod ex multis capitularium locis percipere est. Seorsim de perfidis capitulum* 141. *l. 6. ita decernit:* Ne iudices quicquam de perfidorum excessibus extra sacerdotum cohibentiam iudicare præsumant. *Quæ omnia potestatem sacerdotalem supra modum & morem Germanicarum gentium auxerunt. Etsi enim iam alibi idem effectus Excommunicationis dudum obtinuisset, ceu liquet ex epist. 58. Synesii quâ excommunicatur Andronicus Pentapolitanus præses, tamen non passim hactenus is rigor invaluerat: certè apud Germanicas gentes tale quid erat insolitum.*

Secundò *concessa quoque est Episcopis omnis in clericos & monachos iurisdictio. Capit.* 39. *l. 5.* Vt omnes presbyteri, diaconi & subdiaconi sub potestate Episcopi maneant. *Cap. 25. eiusdem libri:* Monachos decet per unamquamque civitatem aut regionem subjectos esse Episcopo suo, & quietem diligere, & intentos esse tantummodò ieiuniis & orationi, in locis quibus renunciaverint seculo permanentes. *Clarius huc facit capitulum* CCXXXVII. *l.* V. Sancitum est ut nullus Episcopum aut sacerdotem vel clericum apud iudices publicos accusare præsumat, sed apud Episcopos. *Item capitulum* CVII. *l.* VII. Clericus cuiuslibet gradus sine Pontificis sui permissu nullum ad seculare iudicium præsumat adtrahere, nec laico quemlibet clericum in seculari iudicio liceat accusare: cùm etiam privatorum Christianorum causas Apostolus ad Ecclesias deferri atq; ibidem terminari præcipiat. *Item capitul.* CCCLXIX. Vt clerici qui iudices seculares appetunt, excommunicentur. *Item alibi.* Nemo audeat clericum aut sanctimonialem fœminam ad civile iudicium accusare, sed ad Episcopum, & ipse ex lege vel canonibus consentaneam & iustam sententiam proferat. Si quis hanc constitutionem violaverit, in magistratu positus X. libris auri pœnâ multabitur: Si executor est in catenis Ecclesiarum recludatur, pœnas luiturus, & officium perdat. *Item:* volumus primò, ut neque Abbates, neque presbyteri & diaconi & subdiaconi, neque quilibet de clero, de personis suis ad publica vel secularia Iudicia trahantur, sed à suis Episcopis adiudicati iustitias faciant. Si autem de possessionibus suis seu Ecclesiasticis seu propriis clamor ad iudicem venerit, mittat iudex clamantem cum misso suo ad Episcopum, ut faciat eum per Advocatum accipere. *Facit huc illud Flodoardi ex epistola Hincmari:* Quia de presbytero & Ecclesia ad Episcopum & Synodum definitio pertineat, non ad mallum vel civilium iudicum dispositionem.

Vt autem Episcopus fuit Iudex constitutus omnium eiusmodi negotiorum, ita ipsius Episcopi causa in synodo vel apud Metropolitanum agitata fuit. Eam in rem tum alia sunt capitula tum præcipuè CCXXXIV. *l.* VII. Nullus Episcopus extra suam provinciam ad Iudiciũ devocetur, sed vocato eo canonicè in loco omnibus cõgruo tẽpore synodali ab omnibus cõprovincialibus Episcopis audiatur, qui concordẽ

super eum canonicamq; proferre debent sententiã: quia si hoc minoribus tam clericis quàm laicis concessum est, quantò magis de Episcopis servare convenit? Nam si ipse Metropolitanum aut iudicea suspectos habuerit, aut infestos senserit, apud Primatem diœceseos, aut apud Romanæ sedis Pontificem iudicetur. *Vbi notandum Primò aliud secundum leges tum fuisse Metropolitanum & aliud Primatem. Qua de re legendum caput* CCCXLI. *&* CCCLX. *libri septimi. Secundò id cum primis observandum, datam Episcopis pariter & actoribus aliis provocandi ad Papam licentiam. Quod ipsum confirmat capitulum* CCXXXV. *eiusdem libri*: Placuit vt si Episcopus accusatus appellaverit ad Romanum pontificem, id statuendum quod ipse censuerit. *Et* CCXLI. Quod si adversus provinciæ Metropolitanum Episcopus vel clericus habuerit querelam, petat Primatem diœceseos, & apud ipsum iudicetur, aut apud Sedem Apostolicam. *Item cap.* CCCXLIX: Si fortè (quod non optamus) aliquem Episcoporum contra proprium Metropolitanum, vel contra alios quoque contingat aliquid habere causæ, decrevimus ut ab hoc ad sedis Apostolicæ Iudicium is qui petere festinat, licentiam habeat, quod scitis canonum antiquorum patrum institutione permissum. *Nec non capit.* CCCXXIII Vt iudicatus Episcopus ad Apostolicam sedem, si voluerit, appellet. Ex concilio Sardicensi tit. *V*. Quod si appellaverit, in cathedra ipsius alter non ordinetur. *Observandum autem iterum est, talem provocationem ad Papam extra diœcesin reorum, antiquis canonibus minimè esse consentaneam. Vetustissimi enim canones, etiam Nicæni ipsi, volunt, vt causa quæque in suis provinciis & diœcesibus finiantur. nec Sardicensis canon permittit appellationem in futurum ad omnes Episcopos Romanos, sed ad solum Iulium Papam, qui tum vivebat. Vt taceam, canones illius concilii Sardicensis primis & melioribus temporibus parùm vel nihil habuisse auctoritatis in multis etiam Occidentalis Ecclesiæ diœcesibus, ceu liquet ex certamine Paparum cum Episcopis Africanis. Ipsa Gallia videtur ante tempora hæc Carolina iis caruisse, vt quæ antehac fuerit vsa proprio libro Canonum, non verò illo Romano Dionysii Exigui, qui Caroli demum ætate in Galliam penetravit, vt rectè observatum Iac. Leschassierio* l. de libertatib. Ecclesiæ Gallicanæ *Neque verò temerè legas, in Gallia obtinuisse antehac appellatione ad Romanum Papam, nisi semel atq; iterum, & reclamantibus quidem Episcopis. Cùm post hæc Hincmarus Laudunensis illuc provocâsset, opposuit nova isti rei Rhemensis Hincmarus veteres canones Gallicanos. Et sanè primus Dionysius videtur in Codicem canonum in universa Ecclesia pòst receptum hosce Sardicenses transtulisse. Hinc ait in præfat.*: Et ne quid præterea notitiæ vestræ videar velle subtrahere, statuta quoque Sardicensis Concilii atque Africani, quæ Latinè sunt edita, suis à nobis numeris cernuntur esse distincta. *Quod ipsum pòst & Græci non improbârunt, vt liquet ex canone 2. synodi quinisexiæ Trullanæ: quòd nempe sua satis de autoritate sibi cautum putârent, Constantinopolitana sede Romanæ æquatâ, nec minùs hæc atque illa ad summum Ecclesiæ regimen variis conatibus adspiraret.* Cæterùm hæc obiter. *Quantumvis verò certum sit in illo concilio demum iacta esse fundamenta Papalis in omnem Ecclesiam maiestatis: imò eiusmodi canones omnes, tanquam leges merè positivas & sæpe tantum ad rempublicam Romanam veterem accommodatas, meritò non debuisse attendi, mutatâ dudum republ. Romanâ, adeoque nihil bona rationis subfuerit: hac tamen ratione Papalem autoritatem in regimen Ecclesiasticum Germaniæ traductum esse certum est.*

Quamvis verò novo exemplo cœperit tum provocatio Episcoporum ad Papam à Iudicio suspecti Metropolitani, tamen si in synodo causa eorum iam fuerit acta & regiâ auctoritate decisa, non licuit provocare. Sanè ausus id fuit Hincmarus Laudunensis Episcopus, neque minùs avidè id arreptum ab Hadriano secundo Papa circa annum 871. *qui non veritus est à Carolo Calvo poscere, vt Hincmarum illum sisteret Romano Iudicio. Verùm acerrimè restiterunt hisce conatibus non tantùm Episcopi illius ævi, sed & ipse Rex Carolus, ex cuius epistola ad Papam quædam hîc recitare opera fuerit pretium.* Sed valdè mirati sumus, vt rex correctot iniquorum & districtor reorum, ac secundum leges Ecclesiasticas ac mundanas vltor criminum, reum legaliter pro excessibus suis damnatum, suâ fretum potentiâ Romam dirigat, maximè autem illum qui & ante dispositionem, contra custodiam publicam & contra quietem moliri in tribus synodis extitit deprehensus. *Item*: Vnde sicut vobis rescripsimus, & nunc iterum vobis scribere non piguit, sed exigente causâ necessarium est, quia Reges Francorum ex regio genere nati, non Episcoporum vicedomini, sed terræ domini hactenus fuimus computati. Et, vt Leo ac Romana synodus scripsit: Reges & Imperatores, quos terris divina potentia præcepit præesse, ius distinguendorum negotiorum Episcopis sanctis iuxta divalia constituta permiserunt, non verò Episcoporum villici extiterunt. *Quæ omnia longè sunt verissima; vtunque & vbi valuit Sardicensis canon, haud licuit à regio iudicio ad Papam appellare: vtut simile quid insolito exemplo ausum aliquando Athanasium videri possit. Regno porrò Francorum durante non minùs verecundando Regibus devincti erant Episcopi atque subditorum alii. Ipsemet Laudunensis Hincmarus libro purificationis quem synodo obtulit, ita scribit*: Ego Hincmarus Ecclesiæ Laudunensis à modò & deinceps Domino seniori meo Carolo Regi fidelis & obediens secundùm meum ministerium ero, sicut homo suo seniori & Episcopus piè victuro suo Regi esse debet. *Vt taceam, illâ ætate Papas ipsosmet iudicio Cæsareo obtemperare coactos esse.*

Tertium *munus Episcopalis sacri Iudicii fuit decisio quarumvis litium ad id perlatarum. In eam rem facit capitulum* CCLXXXI. *libri sexti apud Benedictum Levitam*: Volumus atque præcipimus, vt omnes ditioni nostræ Deo auxiliante subiecti, tam Romani quàm Franci, Alemani, Baiovarii, Saxones, Thuringii, Fresones, Galli, Burgundiones, Brittones, Longobardi, VVascones, Beneventani, Gothi, Hispani, cæterique nobis subiecti omnes, licet quocunque videantur vinculo constricti, vel consuetudinario more connexi, hanc sententiam quam ex XVI. Theodosii Imperatoris libro, capitulo videlicet XI. ad interrogata Ablavii Ducis illi & omnibus rescriptam, sumpsimus, & inter nostra Capitula pro lege te-

sendam, consultis omnium fidelium nostrorum, tam clericorum quàm & laicorum, posuimus, lege cunctis perpetuâ tenendam, id est, Quicunque litem habens, sive possessor, sive petitor fuerit, vel in initio litis, vel decursis temporum curriculis, sive cùm negotium peroratur, sive cùm iam cœperit promi sententia, si Iudicium elegerit sacrosanctæ legis antistitis, illicò sine aliqua dubitatione, etiamsi alia pars refragatur, ad Episcoporum Iudicium cum sermone litigantium dirigatur. Multa enim quæ in iudicio captiosæ præscriptionis vincula promi non patiuntur, investigat & promit sacrosanctæ religionis auctoritas. Omnes itaque causæ, quæ vel Prætorio iure vel civili tractantur, Episcoporum sententiis terminatæ, perpetuò stabilitatis iure firmentur. Nec liceat ulterius retractari negotium, quod Episcoporum sententia deciderit. *Hactenus capitulum Carolinum. Manifestum verè est, cùm tam multa & varia fuerint Episcopali Iudicio commissa, longè hoc Iudicium Iudicio Comitum præstitisse, cùm multitudine negotiorum, tum auctoritate & dignitate. Nulla autem reipubl. bono, vel certè perexiguo, multa horum ita esse constituta docuit eventus, Episcopis nonnullis in tyrannos propè degenerantibus, & dum alienis incumbunt curis, sui quod erat muneris negligentibus, summo Ecclesiæ Germanicæ damno. Quod latiùs exponere non est huius loci.*

Proximè post sacra illa Iudicia ordine eadem tempestate fuêre Iudicia de bonis sacris cùm Episcoporum & Monasteriorum, tum singularum etiam minorum Ecclesiarum. Neque enim harum rerum Iudicium fuit penes ipsos clericos aut monachos, sed alios singulatim à Regibus in id constitutos, qui Vicedomini, Advocati aut Kastenvögte *audiebant. Quamvis enim horum curatio etiam ad multa alia pertineret, tamen nostri instituti non est, reliqua nunc tangere. Advocatorum verè fuisse iudicare de Abbatum, Presbyterorum, Diaconorum, Subdiaconorum & reliqui minoris ordinis cleri controversiis bonis clarè liquet ex verbis capitular. antè adductis:* Si autem de possessionibus suis, seu Ecclesiasticis seu propriis clamor ad Iudicem (*secularem scil.*) venerit, mittat iudex clamantem cum Misso suo ad Episcopum, ut faciat eum iustitiam per advocatum accipere. *Capitular. l. 3. c. 11.* De Vicedominis, vicariis & centenariis pravis, ut tollantur & tales eligantur, quales & sciant & velint iustè causas discernere & terminare. *De Episcopalibus bonis eadem fuit ratio. Hinc libro v. capite 234. legitur:* Hoc statuimus, ubicunque Episcopi substantiam habuerint, Advocatum habeant in ipso comitatu, qui absque tarditate iustitiam faciat & suscipiat. *Igitur tametsi causæ personales cleri omnes non nisi ad cleri Iudicium pertinuerint, bonorum tamen sacrorum prorsus alia fuit conditio, utpote, quum horum etiam omnis administratio optimo consilio Advocatis (hominibus utique non ex clero) fuerit commissa. Unde Hincmarus ep. 7. c. 31.* Decretum est, ut Episcopi, universique sacerdotes habeant Advocatos: quia Episcopi universique sacerdotes ad solam laudem Dei bonorumque operum actionem constituuntur. Debet ergo unusquisque eorum, tam pro Ecclesiasticis quam etiam propriis suis actionibus, habere advocatum non malè suspectum, sed bonæ opinionis, ne dum humana lucra attendunt, æterna perdant.

Quamvis verò ea quam proximè narravimus fuerit ratio Iudiciorum statorum per omnem Germaniam de causis minoribus; illa tamen eadem negotia non ita fuere hisce Iudiciis astricta, ut nullus fuerit locus relictus provocationi ad Regem, tanquam Iudicem supremum. Imò superfuit eiuscemodi provocatio, quantùm videtur, altera ad Missos aut legatos regios, altera ad ipsum Regis Palatium. Non quasi in qualibet causa tale quid licuerit, sed in nonnullis, & quidem cùm Comites, Episcopi, Abbates, & alii officio suo minùs rectè fungerentur. Hinc verè Vadianus l. de collegiis & monastes. Germaniæ veteribus: Ad Missos provocare adversus Comitum vel negligentiam vel illatam iniuriam etiam plebi licebat, actione hinc data concessaque, qui se neglectum fraudatumve aut iniquiùs à Comite tractatum quereretur. *Et verè Missis illis inquirendi potestas in omnes mores eorum qui populi rectores erat constituti, committitur multis verbis l. 2.* capitul. 28. *Seorsim ut in Episcoporum & Comitum vitam inquirant iniungitur* l. 2. capit. 12. *Nec verò tantùm inquisitio illa Missis fuit commissa, sed ex parte etiam animadvertendi in sontes potestas. Huc sane faciunt illa l. 4. c. 66.* Ubicunque Missi aut Episcopum aut Abbatem, aut quemlibet quocunque honore præditum invenerint, qui iustitiam facere vel noluit vel prohibuit, de ipsius rebus vivant, quamdiu in eo loco iustitias facere debent. *Nec non illa l. 5. c. 183.* Si Comes in suo ministerio iustitias non fecerit, Missis nostris de sua casa vel de suis xeniis serviat, usque dum iustitiæ ibi factæ fuerint. Et si Vassus noster iustitias non fecerit, tunc & Comes & Missus noster ad ipsius casam sedeant, & de suo curent, quousque iustitias faciant. *Nec verò à Iudicio Missi regii cuiquam Comitum, Abbatum, Episcoporum licuit abesse, ut disertè cavetur l. 4. cap. 17.* Ut omnis Episcopus, Abbas & Comes, exceptâ infirmitate vel nostrâ iussione, nullam excusationem habeant, quin ad placitum Missorum nostrorum veniat, aut talem vicarium suum mittat, qui in omni causa pro illo reddere rationem possit. *Hinc porrò non licuit Missi Iudicium instituere eo loci ubi Comes reipub. causâ aberat; quod decernitur l. 4. capit. 68. ut nec moram ducere, ubi Comes benè fuit officio functus.*

Libet addere in maiorem huius rei lucem. Capitulum 26. l. 2. de Missorum officio.) Primò, ut conventum in locis duobus aut tribus congregent, ubi omnes ad eorum legationem pertinentes convenire possint, & omnibus generaliter notum faciant, quasi sit eorum legatio. Scilicet ad hoc esse se à nobis Missos constitutos, ut si quilibet Episcopus aut Comes ministerium suum propter quodlibet impedimentum implere non possit, ad eos recurrat, & cum eorum adiutorio ministerium suum adimpleat, & si talis causa fuerit, quæ per eorum admonitionem emendari non possit, per eos ad nostram notitiam deferatur; & si fortè Episcopus aut Comes aliquid negligentiùs in suo ministerio egerit, per istorum admonitionem corrigatur: & omnis populus sciat, ad hoc eos esse constitutos, cuicunque per negligentiam, aut incuriam, vel impossibilitatem Comitis, iu-

stitiam suam acquirere non potuerit, ad eos primùm querelam suam possit deferre, & per eorum auxilium iustitiam acquirere, & quando aliquis ad nos necessitatis causâ reclamaverit, ad eos possimus relatorum querelas ad definiendum remittere. Ipsi verò Missi non sine certissima causa vel necessitate huc illucque discurrant, nisi fortè quando tale aliquid in cuiuslibet ministerio, ad legationem suam pertinente, ortum esse cognoverint, quod eorum præsentiâ indigeat, & sine illorum consilio vel adiutorio emendari non possit. Inde tamen debent esse solliciti, ut propter illorum negligentiam nihil in sua legatione incorrectum remaneat: sed vbi certam & veram necessitatem cognoverint, nostram iussionem adimplere non negligant. *Opera etiam fuerit pretium hic legere* Capitulum 83. l. 3. *de tempore Iudiciorum à Missis illis instituendorum.* Volumus ut propter iustitias, quæ usque modò de parte Comitum remanserint, quatuor tantùm mensibus in anno Missi nostri legationes suas exerceant: id est, in hyeme, Ianuario: in verno, Aprili: in æstate, Iulio: in autumno, Octobri. Cæteris verò mensibus unusquisque Comitum placitum nostri quater in uno mense, & in quatuor locis habeant placita sua cum illis Comitibus, quibus congruum fuerit, ut ad eum locum possint convenire. *Denique cùm publico sumptu regu illi Missi vixerint, dignum quoque lectu est capitulum 74. l. 4. ut pateat simul illius avi frugalitas.* De dispensa Missorum nostrorum, qualiter unicuique, id est, propter coniugem ac demum eius custodiendam, iuxta suam qualitatem dandum vel accipiendum sit. Videlicet Episcopo panes xl. friscingæ III. de potu modii tres, porcellus unus, pulli tres, ova xv. annonæ ad caballos modii quatuor. Abbati, Comiti, atque ministeriali nostro, vnicuique dentur quotidiè panes triginta, friscingæ duæ, de potu modij duo, porcellus vnus, pulli tres, ova xv. annonæ ad caballos modij tres. Vassallo nostro panes x. & VII. friscinga voa, porcellus unus, de potu modius unus, pulli duo, ova decem, annonæ ad caballos modii duo.

In ipsomet Regio palatio itidem fuere causa iudicata, & quidem partim per ipsum Regem, partim per Comitem Palatij. De illo iudicio agit additio l. 4. Capitul. Hoc Missi nostri notum faciant Comitibus & populo, quod nos in omni hebdomade unum diem ad causas audiendas & iudicandas sedere volumus. *Videntur autem ad Regem delata causa potissimum per appellationem, nec eam quamlibet. Id enim apertè fuit constitutum:* Populo autem dicatur, ut caveat de alijs causis ad nos reclamare, nisi de quibus aut Missi nostri aut Comites iis iustitias facere noluerint. *Item:* si aliquis voluerit dicere, quòd iustè ei non iudicetur, tunc in præsentiam nostram veniat: aliter verò non præsumat in præsentiam nostram venire pro alterius iustitia dilatanda. *Præter hæc tamen ad Regis ipsum Iudicium pertinuerunt omnes causæ minores inter Episcopos, Abbates, Comites, & potentiores quosque controversiæ, ut suprà iam demonstravimus. De Carolo Magno Eginhardus in vita:* Cùm calcearetur & amiciretur non tantùm Comites admittebat, verùm etiam si Comes palatij litem aliquam esse diceret, quæ sine eius iussu definiri non posset, statim litigantes introduci iussit, & veluti pro tribunali sederet, lite cognitâ sententiam dixit.

Ad Comitem Palatii videntur delata duorum generum causæ: alia quæ alibi decidi non potuerunt per provocationem partium litigantium: alia circa ipsum palatium regium, aut in aula ipsamet enata. Memoratu digna sunt de officio Comitis illius verba Hincmari Rhemensis Archiepiscopi, hominis ut dignitate summi, ita rerum regni Francici suo ævo peritissimi, habentur autem illa cap. 19. & 21. Epistola ad Ludovicum Balbum regem. Comes Palatij, de omnibus secularibus causis, vel iudiciis suscipiendis curam instanter habebat (ut nec seculares priùs Dominum Regem absque eius consultu inquietare necesse haberent, quousque ille prævideret, si necessitas esset, ut causa ante regem meritò venire deberet. *Capit.* 21 Comitis autem palatii, inter cætera penè innumerabilia, in hoc maximè sollicitudo erat, ut omnes contentiones legales, quæ alibi ortæ, propter æquitatis iudicium, Palatium aggrediebantur, iustè & rationabiliter determinaret, seu perversa iudicata ad æquitatis tramitem reduceret, ut & coram hominibus propter legum observationem, cunctis placeret. *Audivimus verò iam tum etiam supra capitulum Caroli Magni, quo prohibetur Comes palatii potentiorum causas nisi mandato regio decidere:* tantùm (*inquit*) ad pauperum & minùs potentum iustitias faciendas sibi sciat esse vacandum.

In hunc modum fuere constituta omnia Iudicia cùm alibi quà patebat regnum Francorum, tum etiam per Germaniam, quo tempore floruit maximè illa respublica sub Carolo Magno & Ludovico Pio. Omnia perinde ita observata fuisse etiam ne potum ætate haud dixerim. Fuit enim tandem turbulenta admodum respublica per intestinos motus, & Normannorum incursiones, & sensim dignitas regia plurimùm decrevit, maximè post creatos Duces quasi hæreditarios. Cæterum eo quo diximus modo legibus & consuetudinibus publicis Iudicia tum fuisse instituta certum est. Sunt qui ab eodem Carolo deducant & Iudicium illud VVestphalicum, quod vetitum nuncupa: Æneas Sylvius de statu Europæ. c. 29. *alijs occultum, alijs Vemicum iudicium appellatur. Quanquam verò haud negem trecentis ab hinc annis ita creditum esse, tamen dubitare me iubet de fama fide silentium omnium, tum Caroli testium ævi sed multorum post seculorum, ut pote quum nemo ante Sylvium illum de hoc iudicio istiusmodi quicquam memoriæ verisimile, vero simile autem non sit interim temporis tale quid dictum à nemine illorum qui minima maxima solent narrare. Ad hoc ea fuit Iudicij illius iniquitas & barbaries, ut à Carolo, rege & prudente, & pio, illud esse institutum prorsus abhorreat à fide. Nec vere insolens est avorum ævo in Carolum auctorem referre constituta etiam novissima. Quale vero fuerit illud Iudicij genus narrant post Aeneam Sylvium, Felix Faber* Histor. Suevorum l. 1. c. 7. *sed adductis verbis Sylvij, Wernerus Rolevinkius* Saxoniæ antiquæ p. 2. c. 6. *Ioannes Aventinus* l. 4. Annal. ad annum 794. *Crantzius* Saxoniæ l. 2. c. 21. *Letznerus* de vita Caroli Magni cap. 15. *addens eius Iudicij usum superfuisse in provincia Welpensi Ducatus Brunsvicensis, adhuc ætate Erici senioris Ducis, verum hunc ex consilio Iustini Gobleri ICti*

omne

omne illud abolevisse. Non est nostrum eius formam recensere, aut hîc ba sem multis perstringere.

Considerantibus autem omnem illam Iudiciorum constitutionem, haud difficilè liquet, optimè illam convenisse popul. moribus & integro reipubl. statui. Neque vero in regno legitimo, & ubi respublica summa non debet esse penes unum regem, & plebs ingenuè ac liberaliter habenda est, meliorem Iudiciorum rationem possis inire. Qui enim rectiùs caveris Optimatum libertati, quàm si causa, illorum famam, vitam, dignitatem, & maxima bona atinentes, non nisi in Optimatum concilio decidantur? Quomodo plebi meliùs, quàm si & illi liceat ex suo ordine Iudiciorum assessores dare, & à Iudicum iniquis sententijs appellatio ad legatos regios & regem ipsum in promptu sit? Quomodo denique cum optimatum & populi libertate accuratiùs temperaveris regiam potestatem, quàm si maximarum litium Iudicia ipsimet regi ex parte committantur, si ille possit per se & suos legatos iniquitius regni Iudicia ex parte advertere: si potissimi Iudices ipsius auctoritate constituantur, nulli porrò admittantur nisi de ipsius consensu? Liquet porrò ex iis quæ adduximus, controversias obortas non sic longum protelatas, sed obtinuisse tum processum simplicem, facilem, & brevi tempore circumscriptum. Est autem & hoc maximè in republica commodum. Quàm utilis præterea fuit litium paucitas! cùm singuli ex plebe intelligere possent leges secundum quas esse sibi vivendum, nec processus simplex pateretur litium diuturnitatem, & causidicorum malitia non pateret forum. Vnum tamen illud meritò reprehendas, quòd lege permissum sit causas Episcoporum ad Papam extra diœcesin Germaniæ deferre. Quantumvis enim initiò idipsum non fuminè nocuerit, quamdiu Papa ipse unum cum Germaniæ regem reverenter coleret, tamen damnosum fuit reipubl. extra regni limites Iudicem aliquem admittere, qui posset non esse subditus Germaniæ regi, qualis utique fuit Papa statim ab obitu Ludovici Pij, quo tempore & Germania fuit distincta à republ. Romani Imperii, & Papa hierarchiam suam caput sti nere, evilescente Francici regni autoritate.

Quemadmodum post tempora Francorum aliquot proximis seculis habuerint sese Germaniæ Iudicia difficilius explicatu est, eò quòd nullæ extent, vel certè paucissimæ leges temporibus illis in republ. latæ quæ id ipsum significent, Historici quoque eius ævi reipubl. omnes imperiti & negligentes paucissima memoraverint, quæ huc faciant. Etiam sic tamen revocare pereuntem memoriam Iudiciorum forsassis fuerit operæ pretium. Initium verò faciemus de causis Regum ipsorummet, utpote qui & ipsi moribus antiquis iurisdictioni alicui rationa regiminis fuerint subiecti. Inde dicemus de Iudicio causarum maiorum pertinentium ad Principes seculares quos vocant: pòst de Iudiciis Episcoporum differemus, utpote qui etiam ipsi Principibus in republ. nostra accensentur: adiecturi denique de Iudiciis magis plebeiarum rerum nonnulla. Quibus perspectis demum licebit decernere quam bene quàmve malè Iudiciorum omnium ratio sese habeat, & quomodo vitiis si qua sint possimus mederi.

Regum igitur causa pertinentes ad reipubl. administrationem, ut olim ita & pòst, agitata sunt frequenter in comitiis regni. Ita Henricus IV. Cæsar malè administrata republ. aliquoties in comitiis postulatus fuit, eorundemque auctoritate regiâ dignitate exutus. Accidit idem & Ottoni IV. & Friderico II. non enim iam disputo, sint ne in horum causis ex iure aut æquo omnia gesta: Comitiorum auctoritatem etiam tum in tanti momenti negociis observatam esse satis est si eam attendamus.

Duo tamen acciderunt nonnunquam multùm à priscis moribus dissidentia. Alterum est quod Concilij omnium ordinum illa vis ad solos Electores transire caperit post evectam mul...um nove more, Septemvirorum dignitatem à Carolo IV. Hoc iure equidem VVenceslaus Cæsar tantùm ex Electorum sententia depositus fuit, & pòst in Septemviralibus comitiis penè solis de causis istis regiis fuit actum. Alterum quod Papa Romanus caperit non tantùm arrogare sibi, ceu aliquis feudi dominus, imò verò tanquam vicedeus, orbis Christiani, iurisdictionem in Cæsares & Reges Germaniæ, sed etiam illos immorigeres communicatione sacrâ in tantum excludere, ut omnes cives & Ordines iuramento fidelitatis solverentur. Sanè (ut de sacra potentia quam Papa sibi arrogat prius dicamus.) etiam Carolinâ ætate est creditum, quòd excommunicatio habeat effectum civilem aliquem, ratione socialis vitæ: verùm nemo illud quidem ad Reges excommunicatos pertinere censuit. Vt nunc taceam, in reges excommunicationis fulmen vibrare planè fuisse factum insolens. Certè cùm fama esset Papam Gregorium qui sese rebellium partibus addiderat excommunicaturum Ludovicum Pium Cæsarem, vox hæc fuit vulgaris Episcoporum Galliæ & Germaniæ: Si Papa venit excommunicaturus, discedat, quia aliter se habet antiquorum auctoritas canonum, ut est in vita Ludovici. In Lotharium regni Lotharingici Regem adulterii causâ Nicolaus itidem excommunicationem intendit, sed minæ effectu caruerunt. Carolum Calvum occupantem regnum Lotharii ex Ordinum tamen sententia, per Episcopos regni illius voluit excommunicari Papa Hadrianus II. ipsumet fulmen illud forte non ausus sæculari: nec tamen de alio effectu civili quicquam memorat quàm ut sese abstineant à convictu & societate familiari Regis. Frustra enim est Bellarminus l. contra Barclaium c. 4. quando hunc collocat inter eos qui Gregorio VII. plateam fecerunt, Subditis sacramento solutis, quanquam prælusisse haud negaverim. Quid verò responsum sit ab Ordinibus tùm aliis tum Episcopis, patet ex epistola Hincmari Rhemensis Archiepiscopi, adeoque inter Episcopos illos tum primi, ad Papam. Nunquam (scribit dictum vulgo) huiusmodi præceptionem ab illa sede ulli decessorum meorum missam fuisse, etiam si inter reges non tantùm sacramentis confœderatos, sed inter patrem ac filios, ac inter fratres, prælia ac seditiones eorum temporibus fuisse noscantur. Item. Nec etiam ad hæreticorum vel schismaticorum sive tyrannicorum Imperatorum ac Regum, quales fuerunt Constantius Arianus ac Apostata Iulianus & Maximus tyrannus, præsentiâ & salutatione sive collocutione, sedis Apostolicæ Pontifices vel alii magnæ auctoritatis atque sanctitatis Episcopi, cùm locus & ratio & causa exegit, se subtraxisse leguntur. Item: Et dicunt secularem scripturam dicere, quia omne regnum seculi huius bellis quæritur, victoriis propagatur, & non Apostolici vel Episcoporum excommunicationibus obtinetur. Item. Petire dominum Apostolicum, ut quia Rex & Episcopus esse non potest, & sui

antecessores Ecclesiasticum ordinem, quod suum est, & non rempublicam, quod Regum est, disposuerunt, non præcipiat nobis habere Regem, qui nos in sic longinquis partibus adiuvare non possit contra subitaneos & frequentes Paganorum impetus, & nos Francos non iubeat servire, cui nolumus servire, quia istud iugum sui antecessores nostris antecessoribus non imposuerunt, & nos illud portare non possumus, qui scriptum esse in sanctis libris audimus, vt pro libertate & hæreditate nostra vsque ad mortem certare debeamus. Et, si aliquis Episcopus aliquem Christianum contra legem excommunicat, sibi potestatem ligandi tollit. Et, nulli vitam æternam potest tollere, si sua peccata illi eam non tollunt. Et non convenit vlli Episcopo dicere, vt Christianum, qui non est incorrigibilis, non propter propria crimina, sed pro terreno regno alicui tollendo vel acquirendo, nomine Christianitatis debeat privare, & cum diabolo collocare quem Christus sua morte & suo sanguine de potestate diaboli venit redimere, & Christianos pro fratribus suis animas suas docuit ponere. Propterea si dominus Apostolicus vult pacem quærere, sic pacem quærat vt rixam non moveat: quia nos non credimus, vt aliter ad regnum Dei pervenire non possimus, si illum quem ipse commendat terrenum Regem non habuerimus. *Plura ex epistola Hincmari adducere non vacat: tota verò meretur hac de legi.*

Post hæc de regibus excommunicandis in Papali aula videtur altum silentium fuisse vsque ad Gregor. VII. aut Hildebrandum. Hic primus omnium non dubitavit Cæsarem Henricum IV. cuius erat subditus, civilium delictorum nomine, & Romam ad dicendam coram sese causam vocare, & non comparentem statim excommunicare, simulque subditos sacramento iurata fidelitatis exsolvere, perduelles denique ad novum regem sibi creandum omnibus modis impellere. Quorum nihil omnibus retrò seculis in Christiano orbe auditum est. Bene enim Otto Frisingensis l. 6. c. 35 Lege & relego Romanorum regum & Imperatorum gesta, & nusquam invenio quenquam ante hunc Henricum à Romano Pontifice excommunicatum & regno privatum. *Bene item Onuphrius Panvinius* l. 4. de var. creatione Romanorum Pontificum, *quem edidit Iesuita Gretzerus, factum illud Hildebrandi appellat*, rem ante ea secula inauditam: nam (*inquit*) fabulas, quæ de Arcadio, Anastasio & Leone Iconomacho circumferuntur, non moror. *Eodem tamen modo tonarunt alij Hildebrandini successores in Henricum V. Fridericum I. Philippum II. Fridericum II. Ludovicum IV.*

Quamvis autem omnibus illis Papis non perinde omnia ex voto successerint, iniquitatem illius sententiæ prudentioribus quibusque & æqui studiosis, superstitionis si pario nonnihil sublato, animadvertentibus: attamen certum est nunquam defuisse qui Papalia illa fulmina, tanquam cœlitus profecta, venerarentur, certum est etiam, non tam in dubium vocatum, numquid tale possit Papa, quàm vtrum iustè de caussis diram eiusmodi sententiam in hunc aut illum tulerit. Pauci sanè cum VValtramo Naumburgensi, cum Sigeberto, cum Marsilio Patavino, Ianduno & OcKamo, ipsam met illam Papæ potestatem iniuriæ postulaverunt. Autor Speculi Saxonici limitat *quidem illam, vt tamen non tollat.* Papa (*inquit*) non potest, nec aliquis alius, dominum Imperatorem excommunicare postquam consecratus est & vnctus, nisi solùm in tribus casibus: si dubius sit in fide: si repudiet vxorem suam legitimam: si destruat Ecclesiam. *Nec alia fortassis fuit sententia multorum aliorum, etiam qui visi sunt maximè facere pro dignitate regia. Abbas Trithemius nihil aliud quàm hoc ausus est dicere* in Chron. monasterii Hirsaugiensis ad annum 1106. Scholastici certant & adhuc sub iudice lis est, vtrum Papa possit Imperatorem deponere? *Quo tamen manifestum fit non accensitam tum temporis catholicæ fidei articulis doctrinam Hildebrandinam, verùm extra Hæresios infamiam adversam sententiam solere tum defendi. A Lutheri ætate tam vltra centum annos, ab omnibus Protestantibus damnatus est Hildebrandismus. & asserta Reipublicæ libertas: neque dubito etiam in numero illorum qui Protestantium partibus non accesserunt (vt in Gallia, Italia & alibi factum) satis multos hactenus sensisse, & etiamnum iam sentire paria. Fortè tamen illorum nemo publico scripto docere id ausus fuerit. Ex adverso quasi Regnum aliquod occupârunt inter illos Loyolæ socij, quibus nihil videtur prius quàm Hildebrandismum propagare, adversarius atheorum, hæreticorum & politicorum titulo traductis. Vt itaque Respublica inter has opiniones etiamnum fluctuet.*

Non tantùm verò iure ille sacro, verùm etiam quòd Cæsar sit Papæ Vasallus, & omnia quæ Imperij Romani titulo veniunt, feudum sint papale, iurisdictione arrogant sibi Pontifices in Cæsares nostros & omnem Rempublicam. Auditum autem primò omnium tale quicquam fuit Friderico I. Cæsare: nisi malis ad Lotharij Saxonis tempora originem referre, quòd tum primum pictum eiusmodi quid sit in Reipublicæ ignominiam subscriptis illis versiculis:

Rex venit ante fores, iurans priùs Vrbis honores:
Mox Homo fit Papæ, sumit quo dante coronam.

Verùm Fridericus quidem aliam Papis confessionem extorsit: tamen in Decretum Gratiani distinct. 63. *irrepsit tum nescio quod iuramentum Ottonis* Tibi Domino, *quod Glossa appellat* iuramentum fidelitatis. *Paulò post Innocentij III. capitulum* Venerabilem *scriptum est, quo dicitur:* quod ius & autoritas examinandi personam electam in Regem Romanorum, & promovendam ad Imperium, ad Papam spectat, qui eum inungit, consecrat & coronat: *primò fortassis Henrico obiectum est, quasi præstiterit* iuramentum fidelitatis: *quod cùm ille masculè negaret, prodiit illa Clementina vnica* de iureiurando, *Reipublicæ maximè ignominiosa. Longè maiori importunitate eiusmodi quid ausus est adversus Ludov. IV. Ioannes XXII. Pontifex: cui tamen fortiter tota Respublica restitit. Et sanè si hæc concedenda essent, necessariò consequeretur Imperium in feudis Papalibus esse numerandum, & Papam habere in Cæsarem & Rempublicam ius tanquam in suos Vasallos. Verùm enimvero alibi de eo Papali conatu latè egimus. Vtque verum fuerit Imperium Romanum propriè ita dictum feudum esse Papale, non tamen eapropter Papis devinctum ita est vel Italicum regnum vel Germania, vtpote quæ sint libera Respublica, ab Imperio Romano prorsus distincta. Adeoque hoc quidem nomine nihil habuerit iuris Papa in Germaniæ regnum de cuius Iudiciis nunc agimus.*

Hinc

Hinc in Cæsarum nostrorum excommunicationibus Papa ipsi non hoc suum feudale ius solent urgere, sed illam quam coelitus sibi credunt collatam omnipotentiam, quam etiam antè sibi adscripserunt quàm de dominio feudali in Cæsares quicquam mutierint. Neque enim verum est quod contendit Grotius, ex hoc illam esse natam, ut ex iam antè dictis manifestum est. Quicquid autem sit, nemo Cæsarum vasallum sese agnovit Papa, iam a Ferdinandi I. ætate nemo vel obedientiæ sacramento sese velati Papis obstringere ad modum aliorum Regum, frustrà contranitente Pontificiâ curiâ. Interim tamen negari nequit in media Germania haberi ac coli hodieque à multis Codicem Legum Papalium, non expunctis illis quæ in ignominiam Reipublica perscripta esse diximus.

Verùm quomodo habere sese paulatim caverit, & nunc adeò sese habeat iurisdictio in ipsum Regem facta est dictum: consequens est de PRINCIPUM LAICORUM CAUSIS agere.

Videtur autem in illis Iudicijs aliquid quidem mansisse per omnia secuta secula, usque ad institutam Cameram Spirensem, pristini moris, aliquid verò mutatum. Mansit scilicet illud quod eiusmodi controversiæ nunquam fuerint permissa unius Regis Iudicio, sed semper earum diiudicandarum potestas fuerit simul penes Ordines. Patet autem hoc triplici modo. Primò, quòd nullis monumentis memoretur adversi aliquid unquam accidisse: Secundò, quòd in historijs nostris, quæ paulò clarius controversias huiusmodi narrant, semper memoretur id observatum esse quod nos diximus: Tertiò, quòd supersint in omnium seculorum scriptis testimonia quæ demonstrant hoc ipsum non tantùm ita tum observatum, sed etiam inter leges publicas fuisse habitum.

Prius unicuivis apparebit excutienti scripta eius ævi. Alterum satis est si nonnullis tantùm exemplis nunc demonstremus. Cùm Eberhardus magna authoritatis Comes pacem publicam intestinis bellis fregisset, ab Ottone Magno Cæsare non nisi in Regni Comitijs & accusatus & damnatus fuit, teste Witichindo l. 2. Henricus II. Cæsar Conradum Bavariæ Ducem itidem in comitijs Merseburgensibus quorundam Principum judicio Ducali dignitate exuit, ut scribit Hermannus Contractus in Chronico ann. 1052. Huius filius Henricus IV. Ottonis, Bavariæ Ducis læsæ maiestatis rei causam itidem non nisi in Comitijs regni agitavit. Lambertus Schafneburgensis scribit Ottonem iam citatum respondisse, paratum sese eò venire, & conditione quam Principes regni æquam judicâssent crimen cuius insimulatus fuerat, refellere. Eiusdem verba sunt: Rex Principes Saxoniæ sententiam super eo rogavit, qui eum tanquam manifesti criminis deprehensum reum maiestatis iudicaverunt. Aventinus l. 5. Annal. narrat in Glosfariensibus illis Comitijs Henricum Cæsarem primò legem Salicam de coniurationibus in Regem iussisse recitari, universos inde Principes iurisiurandi sui admonuisse, sententiamque de Ottone rogasse. Omnes (inquit) in sententiam Regis pedibus iverunt: factum est Senatus consultum, Otto hostis iudicatus & proscriptus. Eodem Cæsare quum Principes Saxoniæ rebellâssent, scribit Lambertus missos ab illis legatos ad Cæsarem: Se iuxta jurisdictionem omnium regni Principum de omni iniuria quâ se rex læsum diceret, paratos ei ad votum satisfacere, omnia, salva modò vitâ & libertate, libenter passuros. His porrò responsum à Cæsare: Se nec iis nec cuiquam iustam satisfactionem de colpa proponenti veniam negaturum: de tanto autem tamque atroci negocio præcipitanter sententiam ferre nec velle nec debere, donec Principes regni in unum convenirent, in quorum communem ignominiam læsæ regiæ maiestatis iniuria redundaret, & quorum tam virtute bellum transigendum quàm concilio pax reparanda esset. Eodem tempore scripsit ad Archiepiscopum Moguntinum Magdeburgensis, adducere sese voluisse Principes quos Cæsar credebat sibi inimicos: quatenus (inquit) vestro aliorumque Principum iudicio vel in crimine deprehensi iusto supplicio subiacerent, vel innocentes invenienti vobis intercedentibus gratiam eius reciperent. Item: Domino nostro legationem sicut humiles servi sæpe facimus, supplicantes ut nos in crimine deprehensos Iudicio Principum palam damnaret, vel sine crimine repertos gratiæ tuæ securitate donaret. Addit Lambertus: in Comitiis regni consensisse in hoc omnes regni principes, de Usurpato in republ. hoc novo & multis retro seculis inaudito facinore non aliter regi vel reipubl. posse satisfieri, quàm ut se absque ulla exceptione dedant. Huic verò Senatus consulto Saxones obtemperâsse. Contigerunt autem hæc seculo Undecimo. Duodecimo sequente seculo ab Henrico V. Cæsare proscriptus est Dux Lotharingiæ, factum autem id in frequenti Principum conventu, Iudicio optimatum & concilij decreto, uti loquitur Urspergensis. Conrado III. rege proscriptus est & Henricus Superbus, verùm in frequenti senatu, & sententia edictoque Principum, ut ait Aventinus l. 6. Henrici Leonis causam quoque non nisi in comitiis regni agitatam à Friderico I. Cæsare, nec nisi de communi Principum sententia illum esse proscriptum, locupletissimè testantur omnes eius rei historiæ. Idem Henricus supplex, à Cæsare cur non potuerit in integrum restitui, causam disertè hanc adducit Arnoldus Lubecensis l. 2. c. 29. Non absque consensu Principum imperator restituere illum poterat, quem omnium consensu ditionibus suis privârat. Non multò ante eiusdem Henrici Leonis controversiam cum vitrico Henrico Bavaro, de ducatu Bavariæ, Fridericus Cæsar decidit, non nisi in Comitijs regni & ex decreto Principum, ut narrat Otto Frisingensis de gestis Friderici l. 2. c. 10. & post hunc ab alijs omnibus traditur. Tertio decimo seculo ab Ottone IV. Cæsare proscriptus est Otto Witelsbachius, cum alijs complicibus, verùm & hoc ad voluntatem omnium, & in Comitijs regni factum scribit Arnoldus. Huius successor Fridericus II. Cæsar damnavit filium, at non nisi ex sententia septuaginta Principum in Comitijs, teste Aventino l. 7. Annal. Eodem Cæsare in Italia absente, Ottonem Bavariæ Ducem maiestatis læsæ reum Principes Imperij statuerunt, teste eod. l. c. Ubi notandum, quæ hactenus narravimus accidisse maximè apud nos florentibus Regum rebus. Multò minùs ergo ab eo discessum fractâ Cæsarum auctoritate, post longum illud & perniciosum interregnum. Negotium Ottocari Bohemiæ regis non uni Rudolpho Cæsari, sed simul & Principum senatui permissum est, scribente Gerhardo de Roo l. 2. hist. Austr. Idem

Cesar Austriam aliasque provincias repetente Bavaro, Senatu Imperij convocato, retulit quid fieri placeret de hisce provinciis: ex Senatus-consulto & Consilij decreto igitur Austriam ac Stiriam filiis suis, Carnos, Liburnos, Istros, Tarolis Principe concessis, teste Aventino l. 7. Adolphus Cesar anno 1296. Noricorum Ducis filios proscripsit, sed in concilio atque ex sententia Principum, eodem Aventino teste. Seculo decimo quarto Henricus VII. contra Bohemum promulgavit decretum itidem ex sententia Principum vt Parium curia, quod est apud Goldastum parte alt. Reichsſatz p. 29. Carolus IV. controversiam de Electorali dignitate inter Palatinum & Bavarum non nisi in consensu omnium Electorum decidit. Rescripti Cæsarei hæc verba sunt: Jſt mit allen Churfürſten Geiſtlichen vnd Weltlichen / vnd ſie mit ihme / mit gemeinen Raht / einmütiglich zu Raht worden vnd über einkommen. Seculo XV to inuno filius Sigismundus Imperator sententiam in Ludovicum Bavarum Ducem, vt hostem reipublica dicturus, ex Senatus decreto idessi ere voluit, teste Aventino l. 7. Cum Friderici Austriaco ope Ioannes Papa à concilio Constantiensi sese subduxisset anno 1415. nec ad causam dicendam vocatus Dux comparuisset, publico Principum Iudicio condemnatus est, scribente Hulderico Mutio l. 27. Chron. Germ. Cum controverterent inter sese Henricus & Ludovicus Palatini, Sigismundus Cæsar iſt zu gericht geſeſſen / vnd bey ihm etwa viel ſeine vnd des Reichs Geiſtliche vnd Weltliche Fürſten/ quæ verba sunt sententia lata Constantia 1417. Idem Cæsar litem inter Ducem Bergensem & Archiepiscopum Coloniensem de novo ad Rhenum vectigali exortam decidit assumptis in consilium multis Episcopis Principibus, & aliis optimatibus. Idem Cæsar sententiam patris Caroli de Palatino Electoratu, tam Ecclesiasticorum quàm secularium Principum sacri Romani Imperij Electorum consilio & consensu accedente, aliorum etiam Principum plurimorum Ecclesiasticorum & secularium, Baronum, nobilium & Procerum suorum ac sacri Imperi fidelium, maturè communicato consilio, confirmavit: vt loquitur ipsa Bulla Cæsaris apud Goldastum. Idem Cæsar contentionem Erici Lavenburgici & Misnensis de Electorali Saxonia dignitate, itidem non nisi in conventu Electorum decidit. Anno 1440. Ludovico Bavaria Duci cum filio litiganti respondit in hæc verba Cæsar Fridericus III. Wir wollen die Sache mit ſampt vnſeren vnd des Reichs Churfürſten vnd andern Fürſten für vns nehmen / vnd euch zu beyderſeits mit der freundſchafft oder mit dem Recht entſcheiden.

Ex hisce omnibus vtique manifestò liquet, verum esse quod diximus: saltem ad Maximiliani tempora controversias Principum in Parium Principum concilio coram Rege aut Cæsare vel agitatas vel decisas vulgò esse: vt vel hoc modo non liceat dubitare lege publicâ id ita fuisse constitutum. Possunt tamen illius legis & alia indicia afferri in medium Ottonis Frisingensis de Ungarorum rege l. 1. de gestis Friderici I. c. 31. hæc verba sunt: Quod si aliquis ex Comitum ordine Regem vel in modico offenderit, vel etiam de hoc quandoque non iustè infamatus fuerit, quilibet infimæ conditionis lixa à curia missus eum, licèt satellitibus suis stipatum, solus comprehendit, in vinculis ponit, ad diversa tormentorum genera trahit. Nulla sententia à Principe, sicut apud nos moris est, per Pares suos exposcitur, sed sola voluntas Principis apud omnes pro ratione habetur. Ergo Ottone teste Cæsar tum sententiam non tulit de Comitibus & Ducibus nisi de consensu Parium h. e. de consensu Ducum & Comitum: his solis enim Ducibus & Comitibus sunt Pares. Et verò hoc obtinuit tum temporis in omnibus negotiis feudalibus, quâ de re omnino legenda constitutio Conradi Imperatoris l. 5. feud. Longobardi. In Friderici II. Cæsaris constitutione anno 1236. in Comitiis regni frequentissimis lata hæc verba leguntur c. 24. Das der Hoffrichter ſolle die Leute richten die ihm klagen von allen Leuten / ohne Fürſten und andere hohe Leute / wo es gehet an ihr Leibe / oder an ihr Recht / oder an ihr Erbe / oder an ihr Ehre / daß wollen wir ſelber richten. Eadem verba habentur in constitutione Rudolphi I. lata anno 1287. quæ legitur apud Lehman. l. V. Chronici Spirens. c. 108. Alberti I. apud Goldastum p. 2. Reichsſatz p. 27. Unde liquet seculo decimo tertio etiam scripta lege regia à iudicandis causis Principum aula Cæsarea palatinum Iudicem fuisse seclusum & ad ipsummet Cæsarem hasce causas delatas esse. Quanquam verò verba legis nullam mentionem faciant Ordinum, sed solius Cæsaris, non tamen hos quis credat exclusos, vtpote quum Iudiciorum ordo revocatus tum sit ad morem priscum, qui qualis fuerit, audivimus. Anno 1408. in tabulis pacis inter Ioannem & Ludovicum Bavaros, inquit Ioannes: Daß ſein Vatter bey vns Rechtens nicht bekommen mög vnd ſein vätterlich Erbe oder durch andere ſprüche / dann durch den Römiſchen König und vor den Fürſten da ſolche Sachen billig für gehören. Eiusdem seculi anno 17. oborta lite inter Ludovicum & Henricum Palatinos, quorum ille causam suam volebat Iudice Ecclesiastico decidi, re cum Principibus communicatâ, testatur Cæsar Sigismundus sic pronunciatum Hierauff war nach vnſerer Frage von den Fürſten allen einhelliglich zum Rechten geſprochen / nach dem und wir hier in Teutſchen Landen zum rechten ſeſſen / als ein Römiſcher König / und Hertzog Ludewig und Hertzog Heinrich vorgenante beide Teutſche Fürſten weren / und zum Reich gehörende / und die Sache Teutſch und vmb des Reichs Lehen were / die in Teutſchen Landen gelegen weren / und wir ihnen beyderſeits ein Teutſch Recht mit Teutſchen Fürſten beſetzt hetten / und beyde Theil mit Teutſchen fürgeſtanden / und ihr Sache nach Teutſchen Rechtens gewonheit fürgeleget hetten / ſo ſprechen ſie zum Rechten / was ieglicher Theil fürlegen wolte / es were Brieffe / worte oder andere redliche Kundſchafften / daß er daß in Teutſchen und nach Teutſchen Rechtens gewonheit durch ſeinen Fürſprecher thun und fürlegen ſolte. Cùm Ericus Lavvenburgicus Fridericum Misnensem super Electorali dignitate in iudicium ad Concilium Basiliense trahere niteretur, idem Sigismundus Cæsar in hæc verba publicè est protestatus coram Imperij Ordinibus anno 1434. Cùm Principatus officium ac ius supra dicta à nobis ac Imperio nostro in feudum immediatè descendant,

ac

ac secundum Iuris communis dispositionem, nec non usum, morem, stylum & consuetudinem sacri Romani Imperii, feudalis contentio per Dominum feudi, ac Pares curiæ terminanda sit, liquet, hanc quæstionem, si qua prætendi poterit; ad nostram & illustrium Archiprincipum nostrorum sacri Romani Imperii Electorum pertinere notionem. *Item*: Nos eidem Erico semper ultraneos præbuimus iustitia complementum ministrare legitimè, quod aliter expediri nequit, nisi Parium nostræ Curiæ arbitrio, respectu feudi memorati. Quos utique Pares, legitimè requisiti, prompti sumus, more Imperialis Maiestatis intra fines Alemanniæ vocare, ubi de causis & quæstionibus Principum Alemanniæ ex stilo Imperii nos cõvenit iudicare. *Item*: Quam insuper protestationem sacræ Basil. Synodo intimare curabimus, ac ipsam requirere, quatenus causam ipsam à se penitus abdicet, & ad forum nostrum remittat, more, stylo, & consuetudine Imperij nostri & Parium Curiæ nostræ terminandam. *Hujus successor Fridericus III. Henrico Bavaro opinanti sese citatum ad Judicium aulicum vulgare, respondit anno* 1448. So ist doch unsere Meinung nicht gewesen / und noch unsere Meinung nicht / das solch Recht in unserm Cammergericht / das wir mit den Personen / wann Fürsten und umb Sache die unser und des Reichs Obristen Ehre / Leib oder Leben nicht betretten / besetzen / zwischen euch sol oder solte ausgetragen werden.

Nullum itaque dubium est antiquissimum illum morem Germanicum, quique etiam sub Carolina familia observatus est, de Principum causis non nisi de sententia Principum eiusdem ordinis judicandis, usque ad Maximilianum Cæsarem, servatum integrum. Quod eò minùs quis mirabitur quò certiùs est etiam in Occidentali Francorum regno diu idem obtinuisse. Namque & ibi non tantùm in primario qoovis feudo certus vasallorum numerus qui Pares aut Liberi Feudales dicebantur, curiam domini sui colentes, & de feudalibus causis, iudicantes, (*verba sunt Tily* l. de reb. Gallicis) *verùm etiam in ipsis Regni negotijs Pares aliqui constituti sunt.* Non ferebat nobilitas (*inquit Tilius*) de feudis ab ignobili ullo iudicari. In consessu Biturigum Iudicia fiebant civibus & equitibus Septimaniæ, assistentibus quatuor è summo templo & binis ex aliis cænobiis cum Abbatibus. Nec tamen voluit Sanserranus Comes in eo consessu indicari, quia cives permixti erant, dicens Baronatus causam non aliorum Iudicio quàm nobilium terminandam esse. *Item*: Hæc Iudiciorum ratio, ut de causis feudalibus iudicent feudales Pares, in Gallia est perantiqua. *Et verò ne in Gallys quidem arbitror id mutatum, antequam Parlamentorum quæ appellantur potestas cœpit novo more sese asserere. Neque enim abs re est quod scribit Hottomannus* Francogall. c. XII. *per illa Iudicia omnem Ordinum vim atque auctoritatem à Capetanis regibus conculcatam.*

Cæterùm hæc obiter. *Iudicia verò illa Principum etiam hoc ex prisco ævo ad eundem Maximilianum usque traxerunt, quod causæ quamvis maxima in Iudicijs illis citò finem consecuta sint, quodque simplici ratione, & ex æquo ac bono, Principum conventus illas deciderit. Neque verò aliter fieri potuit, utpote cùm Principes procul esse ab ingenio rabulario, & ipsimet præsentes causas suas per procuratorem proponerent, & Iudicijs unà cum Cæsare præsiderent. Et verò infinitis penè exemplis demonstrare est: gravissimas Principum controversias, uno, altero aut tertio conventu iudiciali intra breve temporis spatium decisas esse. Cum voluptate & summo commodo quis legat in hujus rei accuratam notitiam, saltem Henrici VII. contra Henricum Bohemiæ regem anno* 1310. *& Caroli IV. in causa Ruperti Palatini anno* 1353. *editum decretum, quorum utrumque extat apud Goldastum* p. 2. Reichssatzung p. 29. & 42. *Sigismundi item sententiam alteram Constantiæ* 1417. *alteram Noribergæ latam* 1431. *apud auctorem* Informat. in negocio Donauuerdensi.

Et hæc quidem remanserunt usque ad Maximilianum. In nonnullis tamen Iudicia illa à priscis moribus multùm recesserunt. Primùm *enim cum familiæ integra aliquot Principum alij nonnulli, arbitraria sibi cœperunt Iudicia constituere, non attentâ Regum sententiâ: quæ hodieque* Austrege, *aut* gewilkührte Austrege *nuncupantur. Origo rei in obscuro est. Fortassis tamen meritò illam retuleris in longum illud interregnum seculi* XIII. *& ultimos Friderici II. Cæsaris annos. Namque omni illo tempore nulla fuerunt Iudicia publica, neque potuerunt non interea controversiæ inter Principes oriri. Sed & post interregnum usque ad Maximilianum ea fuit Cæsarum imbecillitas, ut principum multi ab eorum Iudicijs causas suas suspendere noluerint. Rara quoque ex eo fuerunt regni comitia, sæpe etiam satis diu Cæsarea dignitas penes quem esset incertum fuit, contendentibus inter sese de illa dignitate haud paucis ante Carolinam Bullam: ut proinde tam turbulento reipubl. statu etiam coacti fuerint nonnulli Principes alia sibi Iudicia quærere. Certè hisce temporibus inducta sunt & civitates multa in similia Iudicia coniurare, ut post dicemus.*

Adhuc magìs ab ætatis Carolinæ moribus in eo recessum est, quòd plurima Principum controversiæ & causæ sensim non tam Iudicijs illis, quàm armis & bellis fuerint agitata: indicatum quoque pauci solverint, nisi vi & armis reipubl. coacti. Cœpit autem utrumque statim ex quo Germanica provinciæ fuere Ducibus commissa, Comitatus quoque & Ducatus tantùm merè hæreditarij sunt facti. Ex eo enim munimenta & arces in Germania plurima à singulis Principibus, Comitibus & alijs exstrui cœperunt, & domi aucta est singulorum potentia, usque adeò, ut viribus suis freti æqua Iudicia ampliùs vix admitterent. Cumprimis verò invaluit post labefactam per Hildebrandum regiam potestatem, multò magìs verò ab ætate Friderici II. Cæsaris: cum quo Regia auctoritas tantùm non tota concidit. Loquuntur sanè Historia Germanica iam à multis seculis penè nihil aliud quàm bella civilia Principum, summo argumento contempta Iudiciorum auctoritatis.

Non minùs illud quoque novum est quod, ut in Reges ac Cæsares nostres, ita & in Principes seculares, profanorum negotiorum causâ iurisdictionem aliquam Papa coperunt exercere. Sensim id ortum est, postquam Hildebrando auctore in immensum auctoritas Papalis excrevit. Ex eo enim in Principes illos non minùs atque in Cæsares excommunicationis fulmen ad causas prorsus alienas, ut & effectus antehac inauditos translatum est. Præterea verò & alijs occultis artibus tracta sunt Principum causa ad forum Papale, quarum meminit jam Fridericus II. Cæsar in epistola ad proceres & populum Galliæ, quam suis pro patre Guilielmo Vindiciis contra Bellarminum *inseruit Ioannes Barclaius* in epilogo. *Recensens enim illas iniurias quibus sese & alios Principes atque Reges credebat Cæsar iniquè affectos, mox addit.* Quodque quæstione sive dissensione, inter dominos & vasallos, seu inter duos nobiles & vicinos invicem contendentes, prout assolet, emergente, prædicti summi Pontifices ad petitionem vnius partis tantummodò partes suas temporaliter interponunt, volendo ipsos invitos in se compromittere, vel aliter ad concordiam coercere: & alligando se fidelibus contra dominos, aut uni de partibus suprà dictis, quod non priùs pacem cum aliis faciant, quàm alligatos sibi ponant in pace: recipiendo similiter promissionem de non faciendo pacem cum dominis à vasallis. Item in eo quod prædicti summi Pontifices, in præiudicium iurisdictionis, & honoris Regum, & Principum prædictorum, ad petitionem Clericorum, seu Laicorum, cognitionem causarum de rebus temporalibus, possessionibus feudalibus, seu burgensaticis, in Ecclesiastico foro tractandas recipiunt, & committunt *Hæc Cæsar. Durâsse verò illas artes etiam ad Maximiliani Cæsaris ævum, adeoque per multa secula, manifestum fit ex Gravaminibus secularium Principum Carolo V. Cæsare in comitiis Noribergensibus Adriano Papa transmissis. Nonnunquam eiusmodi quid factum est & ipsorum Principum culpâ verentium ne in Cæsareo Iudicio causâ caderent, ut liquet exemplis Ludovici Palatini & Erici Lauvenburgici antè commemoratis.*

Atque hæc quidem ita contigerunt. Non difficile autem est dictu etiam quare in hunc modum omnia evenerint, perpendentibus post regiam dignitatem & potentiam collabentem, ex adverso increscentem magis magisque Principum aliorumque Ordinum vim domesticam, quàm parùm habita fuerit ratio publici boni per multa secula, quamve fuerit exigua Cæsarum existimatio. Tantùm nempe abfuit ut per Cæsares potuerit deliberari qua ab antiquo Principibus competiit libertas, (cuius haud levis pars fuit illa qua de nunc agimus Iudiciorum ratio) ut Cæsaribus nisi reluctantibus aut parùm, potentiores quique Principum omnia Iudicia quasi everterint bello & armis, sibi quidvis pro lubitu vindicantes, alij in arbitraria Iudicia consenserint, non imploratâ auctoritate reipublica. Quorum ut nihil ferendum est in republica bene constituta, ita nec in Germania contigisset unquam, si reipublicæ, ut olim, sua auctoritas & vis mansisset salva. Eodem porrò vitio nutrita est Pontificum Romanorum audacia, republ. tot modis scissâ & lacerâ.

Quamvis autem hactenus ita sese hæc habuerint, Maximiliani tamen, Caroli V. & sequente ætate multùm mutaverunt. Vt enim primùm attingamus Papales conatus, non faciles quidem illi desierunt, dixeris tamen hodie fortassis illos è medio sublatos esse. Quæ felicitas Reipublicæ Protestantibus unicè, vel certè potissimùm, ferenda est accepta. Nam quod etiam antehac factum diximus, Maximilianus quidem haud temerè permisit Principum laicorum causas ad Iudicium curiæ Romanæ trahi, quemadmodum liquet etiam ex rescripto ad Ordines Imperij anno 1505. cuius verba sunt : Wir geben euch zuvernehmen / daß wir den Probst / Dechant und Capitel des Thumstiffts zu Trier gebeten haben/ die Rechtsfertigung / damit sie dem Edlen unsern und des Reichs neben getrewen Philips Graffen zu Firnburg zu Rom furgenommen / abzustellen und des heiligen Reichs Cammer richtern / als seinen ordentlichen Gericht begnügen zu lassen: *Tamen ex querelis aut Gravaminibus, ut vocant, Principum laicorum Germaniæ ex comitiis Noribergensibus curiæ Papali transmissorum anno 1522. manifestum est, quanium ausi fuerint hac in re etiam tum Pontifices. Omninò merentur legi gravamina (ceu appellantur) nonum, decimum, undecimum & duodecimum. Nec verò fuit horum finis antè quàm Laici Principes Protestantes, ut in aliis, ita & in hisce negotiis Papali dominationi colla tandem subduxerunt. Quorum cùm numerus sit per Germaniam maior nec levis potentia, fortassis ex eo jam & reliqui Protestantium partibus haud adscripti, vel ab ipsa Papali curia caperunt mitiùs haberi atque equiùs, aut verò ipsimet illi Principes libertati suæ aliorum exemplo rectiùs caverunt.*

Magno etiam Germaniæ bono factum secundò *est (ut sublata Principum illa χειροδικία, ab eo usque tempore controversiæ legitimis Iudiciis passim commissa sint. Quamvis enim inveteratum malum, publicâ reipublicæ impotentiâ, atque singulorum Ordinum domi constituto robore submixum, non ex voto potuerit eradicari, attamen & rectiùs quàm antehac aliquot seculis in Iudicia, Principibus consensum, & per bonas leges bellicis illis motibus obviam itum est. Causam, quâ impulsi multi Principum ferocia pristina nonnihil remiserunt, fortassis haud immeritò dixeris Vrbium Germanicarum vires, ut æmulas Principibus ita suppares, illa Maximiliani tempestate. Neque verò belligerantibus pro exspectatione fructus cedebat, quod à mœnnis meniùs valerent, & munimenta potissima in potestate essent oppidanorum, valde pro incremento libertatis suæ laborantium. Ad hoc non potuit non prudentiores & æquiores quoque Principum tædium capere tot bellorum civilium, quibus per aliquot centum annos miserè Germania omnis hic alibi eversa est. Flexi indubiè ad humaniora hæc instituta Principum animi haud leviter fuerunt per Romani atque Canonici iuris peritos, qui à Maximiliani ætate consilijs reipublicæ passim per Germaniam sunt admoti: in aulis Principum antea regnantibus penè solis illiteratis ac militaris ordinis hominibus. Ut solet respublica sese habere ad ingenium regentium.*

Tertium *id quoque planè novo more cœpit, quod ipsimet Principes aut Cæsar ipsemet non ampliùs*

vacent

vacent dijudicandis controversiis suis, vt antehac, sed omnem hanc curam in Romanorum legum peritos, plebeij licèt generis, ministros suos soleant reijcere. Cui rei mos patrius ab omni retro ævo hactenus servatus plurimum adversatur. Non potuit verò non hoc obtinere ex quo pro legibus patriis Romanæ atque Pontificiæ in Germania invaluerunt: quod ab ætate vsque Maximiliani quàm maximè cœpit. Neque vero fieri temerè poterit, vt Principes ipsi Romanum & Canonicum ius addiscant, quæ huius doctrinæ est prolixitas, & aulicæ educationis indulgentia. Vt taceam ingeniorum quæ nonnunquam est ruditatem, & alia studia, ad quæ cùm Principes omnino debeant instrui, præcipitur tempus addiscendo juri Romano impendendum. Igitur ex quo non potuit in Principibus esse juris peritia, ex eo coacti quoque ijdem sunt Iudicia etiam maxima aliis committere. Secus quàm antehac solitum, cùm leges & consuetudines patrias nemo paulò intelligentior ignoraret, & pleraque ex æquo & bono componerentur.

Huic rei consequens est quarta mutatio circa diuturnitatem litium. Namque multùm profectò lites illæ Principum solito facta sunt diuturniores, ex quo per alios & coram aliis quàm qui sunt sui ordinis litigare cœperunt. Quod ipsum ex parte accidit quasi necessitate quâdam, partim vi novarum legum, partim denique malitiâ causidicorum. Fieri etenim non potest, vt qui ministerio funguntur: possint perinde atque Principes ipsimet finire controversias: quippe quibus circumscripta variis modis est agendi potestas, quæ in Principum litigantium ipsorummet liberrimo est arbitratu. Illud quoque ferè est ingenium aulæ, vt qui cupiditati subservit dominantium primo loco sit, certè sit acceptior illo qui æqua consulit & moderata. Hinc adiguntur ministri tanquam vi quâdam, ne gratiâ excidant, vt non tam quæ sunt æqua suadeant ac velint, quàm illa quæ placent; quamvis improbis, dominorum affectibus. Atqui æquitatis & moderationis viâ interclusâ necessum est justo longiùs lites protrahi. Porrò vnà cum legibus Romanis, simul etiam ea in foro procedendi ratio, quæ Papali curia laudatur, opinionem accepit in Germania eximiæ prudentiæ pariter & æquitatis: eoque vt ad alias ita & ad Principum controversias ceptam illam admoveri non est mirum. Est autem illa prolixa admodum, & plurimùm a prisca tot seculis receptâ simplicitate diversa. Iam verò constat quoque tùm aliunde tum ex querelis Ordinum Imperij publicis, jam tum seculo quinto decimo effusis, eo tempore quo leges Romanæ cœperunt pedem in Germaniam inferre, artis rabulariæ quoque sparsam in mores nostros sementem, uberrimâ fruge brevi ditatem: vt ne caveri quidem potuerit, quin & in Principum lites frequenter dispergerent sese pessima radicis surculi. Enim verò nonnunquam à sola illa malâ arte, vt vulgò aliàs, ita & Principum controversias maximas penè in infinitum protractas esse, nemo Germanicarum rerum peritior negaverit.

Quinta mutatio contigit circa arbitraria Iudicia, quæ à nonnullis Principum fuisse constituta suprà diximus. Est autem illa non vniusmodi. Quum enim antehac non nisi apud paucos fortassis illa obtinuissent. nec tam auctoritate reipublicæ quàm ex Principum quorundam privato instituto, quando Maximiliano Cæsare nova Iudiciorum ratio instituereture, & Principes quidem iudicarent sua interesse ut arbitraria Iudicia perirent, Cæsar verò restitutam nonnihil vellet suam, quam in summis illis causis dijudicandis obtinuerat quondam auctoritatem, placuit vt omnes Principum causæ, siquidem reus ita velit, coram arbitrariis Iudicibus à Cæsare in id confirmatis agerentur: data tamen venia appellandi à sententia ad summum Iudicium quod appellant Camerale. Itaque & leges multæ sunt conscriptæ de Iudiciis illis arbitrariis, quæ semigermanicâ voce vulgò austregæ nuncupantur. Neque enim Principes primarij, & illi quos Comites aut Barones dicimus, eandem vsurpant rationem Austregarum. Imò alia illa est atque alia, prout actor est aut summi aut medij, aut infimi ordinis aliquis. Qua de re legenda Ordinatio Cameræ parte 2. tit. à. & seqq. ne alia nunc laudem in testimonium Comitiorum decreta.

Quamvis verò hoc modo possint videri Principes more antiquo experiri coram sui ordinis Iudicibus, reapse tamen nihil tale fit, quòd illi qui arbitrarij Iudices sunt lecti soleant delegare Iudicium suis ministris. Porrò etsi initiò omnes Principum causæ ad Austregas sint delatæ, tamen postea placuit coram hoc Iudicio non experiri circa omnes controversias, sed pleraque negotia statim ad Cameram referre. Enumerantur illa parte secundâ Ordinationis cameralis hoc ordine: Causæ fractæ pacis, causæ fiscales, causæ de constitutione religiosa, litigiosæ possessionis, pignorationum, mandatorum sine clausula, relaxationis ad effectum agendi, legis diffamari, denegatæ vel protractæ iustitiæ, appellationum denique omnes causæ hactenus coram austregis non agitari solitæ. Quo ipso liquet Austregis paucissima negotia relicta esse. Notandum præterea, definitum esse legibus, vt Iudicium Austregæ intra semestre, aut annale tempus finiatur, quo spacio (vt nunc sunt mores) lites paulò maioris momenti non possunt, certè non solent, expediri. Itaque etiam hoc modo fit vt Iudicium illud parùm vsus habeat. Accedit vlteriùs, magnis sumtibus Iudicium illud constare, ob munera in ministros iudicantium Principum ex more conferenda. Vt adeò in vniversum Austregarum Iudicium expendens, vix possit aliter iudicare, quam vel nihil vel admodum parum reipublicæ prodesse. Et verò falsum est quod nonnulli aiunt, institutum hoc Iudicium, quo etiam Principes habeant in suis negotijs multas instantias forenses, quoniam pleraque negotia etiam lege publica illi Iudicio sunt subducta.

Hinc sextò etiam hoc jam est novo more introductum, vt tametsi Principes in prima instantia coram austregis experiantur, ferè nunquam ibi componantur controversiæ, sed cùm alias, tum per appellationem ad Cameram Spirensem aut etiam ad Iudicium aulicum Cæsaris trahantur. Quod sanè multum abit à pristinis moribus. Neque enim legas temerè, controversiam aliquam Principum ab arbitrarijs Iudicijs illis translatam olim fuisse ad Iudicium Cæsareum. Multo minùs legas talem aliquam controversiam agitatam coram illo Cæsaris Iudicio

quod Assessores habet, qui non tantùm plebeii generis, imò ne quidem Principum auctoritate constituti, quales tamen sunt Assessores Cameræ Spirensis. Observandum præterea est, quod legibus publicis & consensu omnium Ordinum sit quidem constitutum illud de Principum causis, vel statim in prima instantia, vel per provocationem ad Iudicium Camerale deferendis, de iisdem autem Aulico Cæsaris tribunali committendis nunquam quicquam in Comitiys lege sit decretum. Vt ita hoc posterius tantùm consuetudine quâdam, possit videri. Et sanè multùm hac de re, tanquam minùs legibus consentaneâ, conquesti sunt tum alij tum omnes illi qui in fœdus Correspondentiæ, quod appellârunt, fuere uniti.

Nova quoque septimò est illa, quam leges definiunt latas sententias exequendi ratio, si partes nolint iis ultrò obtemperare. Actum de ea primò omnium est in Coloniensibus Comitiys anno seculi superioris duodecimo, & pòst in sequentibus multis. Visum verò est expedire, si, in decem circulos distributa Germaniâ, cuilibet exequendi illa auctoritas deferatur. Huc faciunt Comitiorum Coloniensium anni 1512. paragraphus: Vnd ob iemand: Wormatiensium anno 21. §. Ob aber zu frischer That. Anno 22. So zu frischer ꝛc. Hinc in singulis circulis leges postea latæ sunt de modo executionum, quæ num perinde omnes reipublicæ expediant haud abs re fortassis quis dubitet. Cæterùm nec afferre huc licet illas, nec hæc sub examen vocare, ob multitudinem & varietatem. Quamvis verò hæc ita sint definita, attamen legibus illis sese non teneri Cæsarum nonnulli sunt professi. Sic iam anno 1607. Rudolphus Cæsar rescribi fecit: Daß ihre Mai. weder an des Reichs Executions. Ordnung oder Kreiß verfassung / noch sonsten dahin gebunden sein / daß zu Exequirung der Käy. Vrtheil sonsten kein Mittel vorgenommen werden möge / dann allein mit des ienigen Kreiß Obristen zuthun / darunter die condemnirte gesessen / sonder sie hetten zu erhaltung Rechtens auch wohl auff andere weis in alweg zuschliessen. Idem Cæsar proscriptionem Donavvertensis Vrbis non per Suevici circuli Ordines sed per Bavariæ Ducem executioni mandavit. Ex adverso tamen hoc tanquam iniuriosum respubl. & iniquum multi Principum proclamaverunt. An verò nunc hæc res sit composita satis dubito. Vt proinde in tam magni momenti negocio videatur respubl. fluctuare.

Præ alijs maximi ponderis est mutatio septima: quod nempe Cæsares à centum iam annis cœperint de Principum feudalibus bonis maximis, imò vitâ & omni fortunâ, decernere, non tantùm non auditâ, aliorum Principum, ut Parium curiæ, sententiâ, sed ne quidem in iudicio aliquo per Principum delegatos constituto. Sic Carolus V. Ioannem Fridericum Saxonem & Philippum Landgravium proscripsit, illum captum etiam capitis damnavit. Idem anno 1545. solus decidit litem inter Landgravium & Nassoviæ Comitem de ditione Cattorum, quæ sententia tamen pòst est rescissa. Vtque exempla similia non extent Cæsare Ferdinando I. & Maximiliano II. Rudolphus tamen in turbis Argentoratensibus anno 1602. intentavit proscriptionis fulmen Christiano Holsatiæ Duci Argentoratensis Episcopatus vicedecano: in causa Iuliacensi alijs Principibus potissimo ordinis idem est minitatus: causam illam, quæ vertebatur circa Ducatus hos & multos Comitatus ad sui unius Iudicium attrahens. Neque verò non etiam à Principibus aliquot est hoc probatum. Etsi enim Vniti, qui appellabantur, ad priscam consuetudinem provocarent, agnovit tamen hoc solitarium summum Cæsaris Iudicium Christianus II. Elector, agnoverunt qui Pragæ aderant anno 1610. Principes Germanici magna auctoritatis, nisi quod consultum crederent, ut Cæsar, removenda invidia ergò, etiam Principes aliquot in consilium vocaret. Neque Cæsar admisit Principes Iudicij Pares nisi hac additâ expressâ cautelâ: Das sich sonsten auff diesen solchen Fall niemand zuberuffen oder solches in consequentiam zu ziehen habe. Porrò etiam anno 1613. in ipsis Comitiys Ratisbonensibus reiecta fuit Hassi Cassellensis adversus Hassum Darmstadinum Petitio de Principibus Iudicio assessoribus dandis in controversia de Marburgensi ditione, litis contestatione partibus iniunctâ coram uno Cæsare, ut & solus Cæsar Ferdinandus II. tulit sententiam ann. 1623. Cal. Aprilis. Iam ante illum in negotio de Grubenhagensi ditione solus Matthias pronunciaverat: & ipse Ferdinandus anno 1622. tulerat sententiam in causa hæredum Edoluardi Fortunati contra Georgium Fridericum Marchionem Badensem, reiectâ appellatione quam is à Cæsare malè informato ad eundem meliùs informandum, & ad Imperij Ordines, opposuerat. Ab eodem porrò felicis memoriæ Cæsare Ferdinando solo multos Principes proscriptos & omnibus fortunis suis exutos esse, alijs vicissim in gratiam iisdem solo ipsius nutu receptis, notum in vulgus est. Nec tamen ab Ordinibus regni querelas temerè audias fusas esse violata hoc ipso sua libertatis. Vt proinde Iudicia illa iam quidem sint tantùm non μοναρχικὰ, quæ antè aristocraticum regimen sapiebant. Quomodo hodieque sese habent Iudicia de capite & omnibus fortunis Nobilium Ordinum in Dania ac Polonia: ut quæ ad sola Comitia pertineant. Publicâ Ordinum omnium lege mutatum esse pristinum morem nescio an liceat affirmare. Nam quod parte 2. ordinat. Cameral. tit. 7. scribitur, Cæsari reservatum Iudicium lite ortâ de Principatibus, id possit accipi ex usu veteris formulæ: eodem enim modo loquuti iam olim sunt Cæsares, nec tamen unquam exclusi à Iudicijs illis Pares curiæ h. e. Principes ipsi, quasi nihil aliud significetur, quàm ad Iudicium aulicum aut Camerale, constitutum ex personis infra dignitatem Principum positis, non pertinere lites de Principatibus, sed ad Cæsarem ac curiæ Pares. Quemadmodum illa verba iam interpretati sumus antè. Sanè alias causas introducti novi illius moris reddere fortassis haud fuerit indifficile.

Verùm de Iudicijs Principum secularium satis. Iudicia attinentia EPISCOPORVM ac Metropolitanorum causas personales plurimùm quoque à Carolinis institutis discesserunt. Scilicet prætextu Sardicensis canonis causas tantùm non eiusmodi omnes singulari artificio ad sese traxerunt Romani Papæ, summa cum iniuriâ, & totius reipublicæ pariter, & singulatim metropolitanorum, utpote qui tandem ferè ab omnibus huiusmodi Iudicijs fuere seclusi, non sine Episcoporum demum alio-

aliorumque litigantium maximo incommodo, quòd procul extra provinciam, & quidem Romæ, cogerentur litigare sumptibus maximis, in foro cum calumniis summè obnoxio tum ad quævis vendibili. Neque verò non tantum nullam quamvis iniquissimam appellationem reiecerant Papæ, sed & citra appellationem, & præter Episcoporum ipsorummet voluntatem, sui Iudicij fecerunt causas Episcopales, easque novo exemplo Romam pertraxerunt. Cœperunt autem hæc quasi per gradus. Namque in synodis etiam auctoritate regiâ iam decisas causas unà cum partibus Romam vocavit iam Nicolaus Primus Hildebrandinæ hæreseos metator. Cum Romam venissent quàm iniquo sint Iudicio circumventi Guntherus & Theodogutho Episcopi Belgici, liquet ex communi querela quam post Aventinum & Flaccium etiam Baronius ex Annalibus Francicis Pithœanis refert. Nicolai successor Hincmari Laudunensis causam, evocato actore & reo, Romæ itidem voluit definire, verùm Carolo Calvo regi & Belgij Episcopis etiam hoc meritò insolens tum est visum. Quoniam scilicet hactenus obtinuerat, more Sardicensibus etiam patribus probato, ut causa etiam per appellationem ad Papam devoluta, non nisi in provincia in qua erat nata, per Episcopos & Papales vicarios decideretur. Inter Hildebrandi dictatas est: Quod maiores causæ cuiuscunque Ecclesiæ ad illum referri debeant. *Est autem illud sequenti tempestate strenuè observatum, atque ita penè omnes illæ de quibus agimus Episcoporum causæ, Metropolitanorum & provincialium Synodorum Iudiciis subductæ sunt: in iisdem est dictatibus:* Quod Papa solus possit Episcopos deponere & reconciliare. *Quo itidem omnibus synodalibus & regiis Episcoporum damnationibus detrahitur. Quod ipsum adhuc magis fit apertè in dictato illo:* Quod absque Synodali conventu possit Episcopos deponere & reconciliare. *Sed hac de re paulò post clarius.*

Præterea, ut alij Clerici, ita & Episcopi atque Archiepiscopi subducti iurisdictioni reipublicæ in unius ferme Papæ imperium concesserunt. Princeps omnem regiam potestatem à suis cervicibus removit Hildebrandus aut Gregorius septimus Papa, & quidem ita ut pariter reliquum clerum, contra morem antiquum, subtraheret laicorum imperio, quo sibi tamen eos subiiceret. Huic enim [*verba sunt Onuphrij Panvinij*] cùm omnes Latinæ Ecclesiæ, tum præcipuè Romana, acceptum referre debet, quod libera sit, & ab Imperatorum manu eruta. *Ex eo sanè audita demum illæ voces sunt: Clericos omni iurisdictioni laicorum esse exemptos, & quidem iure divino. Quod usque adeò arrisit sequioris ævi hominibus, ut ex eo tempore paucissimi libertatem clericorum tulerint acceptam Principum benignitati. Ita quoque apertè in canones Ecclesiasticos translatum est, ut Bellarminus, qui humano iuri primùm adscripsit illam libertatem, post mutatâ sententia, auctoritate canonum illorum commotus, concesserit in partes adversas, uti videre est* l: de clericis edit. Venet. 1599 *& in iis quæ adversus Ioannem Marsilium, Paulum Servitam aliosque Venetos Theologos disputavit. Paucis post Hildebrandum annis in Concilio Urbanus Papa (teste Florentio Wigorniense in Chronico anno 1121.) eos anathemate percutiens; qui pro impetrandis Ecclesiasticis honoribus laicorum fiunt homines aut vasalli, dixit:* Nimis execrabile videri, ut manus quæ in tantam eminentiam excreverunt, ut (quod nulli angelorum concessum) Deum cuncta creantem suo signaculo creent, & eundem ipsum pro redemptione & salute totius mundi summi Dei Patris obtutui offerant, in hanc ignominiam dedantur, ut ancillæ fiant earum manuum, quæ die ac nocte obscœnis contactibus inquinantur, sive rapinæ ac iniustæ sanguinum effusioni addictæ commaculantur. *Quæ verba quàm sint in Reges ac Principes iniuriosa, facilè videre est, quibusve argumentis imperium Principum Papa & Episcopi detrectaverint.*

Quamvis verò ea sit Papæ mens & multorum aliorum, tamen non statim ab Hildebrando idipsum Reipublicæ est persuasum. Narrat sanè Otto Frisingensis l.1. de reb. Friderici c. 62. *dissidentibus Traiectinis de Episcopi electione, Regem Conradum ex Frisingensis & Misnensis Episcoporum sententia rem omnem iudicandam suscepisse, parte autem altera provocante à Cæsare ad Papam, illam maiestatis læsæ damnatam, imò Traiectenses hac de causa grandi pecuniâ esse mulctatos tradit idem Otto* l. 2. c. 4. *Eiusdem de Friderico I. hæc verba sunt l.2. c. 9.* Rex in proximo Paschâ Badenberg coronam gestans, duos Cardinales, videlicet Bernardum presbyterum, & Gregorium diaconum, ad depositionem quorundam Episcoporum ab Apostolica sede destinatos, secum habuit. Proximam dehinc Pentecosten Vormatiæ ferians, Henricum Moguntinæ sedis Archiepiscopum, virum pro distractione ecclesiæ suæ frequenter correptum, nec correctum, per eosdem Cardinales deposuit, ac Arnoldum Cancellarium suum per quorundam ex clero & populo, qui illuc venerant, electionem ei subrogavit. Iidem etiam Cardinales, permissu Principis, Burckardum Eistetensem senio gravem, de inutilitate causantes, itidem submovêre. Dumque post hæc in Magdeburgensem & quosdam alios sententiam ferre cogitarent, à Principe inhibiti, & ad propria redire iussi sunt. *Hæc Otto. Idem porrò Fridericus Cardinalem alium Romà missum Magdeburgensis negotii causâ repulit, ut legitur* c.10. *quin & Ulricum Halberstadensem Episcopum, quòd tributum sibi in Italiam exercitum ducenti non persolvisset, Hartuvicum quoque Bremensem, qui iussus Cæsarem in Italiam subsequi id neglexerat, maiestatis damnavit in conventu Procerum prædiis eorum in fiscum Imperialem relatis, teste Ottone cap.12. Contentionem quoque cleri Coloniensis auditis partibus finivit, ut idem Otto narrat c.31. & 32. Ex quibus sanè manifestum est, non ex sententia Dictatuum Hildebrandinorum Cæsares statim omne de Episcopis Iudicium Papæ permisisse, sed quemadmodum eorum institutionem, ita & depositionem, sui ex parte iuris existimâsse. Adeoque ut Metropolitanorum Synodalia Iudicia quidem non habuerint amplius locum, non in unius tamen Papæ iurisdictionem Episcopi tum quidem transierunt. Veruntamen videtur non multò post etiā hac parte prævaluisse autoritatem Papalem, præsertim posteaquam Fridericus II. Cæsar adolescens & sub tutela Honorii Papæ inductus à tutore constitutionem,* de libertate clericorum *promulgavit, simulque in Germaniam Ius Decretale à*

Pontificum malum pedem intulit. Etsi enim multa ex voto non successerint clero per Germaniam, & Fridericus ipsemet iam adultior licentiam clero indultam rursum circumciderit [quo nomine inter alia anathemate Cæsarem ferire non dubitârunt Papæ] non tamen post Fridericum illum secundum quisquam Episcoporum à Cæsare & Ordinibus dignitate motus fortassis est, cùm ex adverso satis multi id passi sint tantùm vi sententiæ Papalis. Vix legas ex eo tempore, quenquam Episcoporum secularis causa ergo ante Maximilianum in Germaniæ Iudiciis conventum esse, tantùm abest vt id factum sit sacri delicti nomine: cùm tamen Carolus Magnus ipsemet Felicis & Elipandi causam fecerit in præsentiâ suâ Francofurti per synodum definiri.

Post Maximilianum Carolus V. prisca reipublicæ iura feliciùs cœpit vindicare. Namque & de causis ipsam religionem attinentibus multa pro renatâ constituit, ægrè licet ferentibus Papis, imò Cæsarem graviter obiurgantibus: cuiusmodi increpatoria epistola Pauli III. in medio versatur. Cùm etiam Ioannes Episcopus Hildesheimensis, contra leges pacis publicæ, impetum fecisset in Brunsvicenses Duces, proscriptus est à Cæsare anno 1521. ex decreto Ordinum Imperii, & Brunsvicensibus Ducibus bona Episcopo erepta in feudum sunt concessa. Cùm porrò Papæ Iudicio causam hanc submisisset Episcopus, & Romæ spolij damnati essent Duces anno 1540. per Paulum III. tamen sententiam illam Papalem minimè admisit Cæsar, licèt aliquoties ab ipsomet Papa rogatus, sed tandem Cameræ Spirensi anno 1548. rem omnem ex sententia Ordinum remisit. Per Atrebatensem quid Episcopo Hildesheimensi, restitutionem ex auctoritate Papalis sententiæ petenti, anno 1547. responderi iusserit, memoratu dignum est testem ipsum Episcopum audire: Quod sacra Cæsarea Maiestas, posteaquam ex relatione ipsius, & aliorum dominorum Doctorum consiliariorum suæ Maiest. vnanimi voto & sententia, cognovisset & intellexisset, quòd Papalis sententia restitutoria mea maximè in hoc fundata esset, quòd Bannum Imperiale Cameral. contra Ioannem Episcopum Hildensemensem prædecessorem meum per Majestat. suam latum, invalidum esse cognovisset, vigore tamen cuius auctoritate suæ Maiest. Duces Brunsvicenses prædicti bona Ecclesiæ Hildensemensis invasissent & illa occupâssent, & quod non spectaret neque pertineret ad summum Pontificem Paulum & sedem Apostolicam super validitate & invaliditate banni sui Imperialis disputare, neque de illo cognoscere haberet. Et idcirco ex defectu iurisdictionis sententia restitutoria Papalis etiam Consistorialis prædicta nihil & nullius momenti esset, & Maiest. sua illam non ad vnum pilum æstimaret, neque pluris vno pilo haberet ac faceret. *Eadem verba sæpiùs leguntur repetita in publico instrumento, vti vocant, Episcopi rogatu à tabellione conscripto. Idem porrò Carolus Cæsar Hermannum Archiepiscopum Coloniensem anno 1545. novantem nonnulla circa religionem receptam citavit ad dicendam coram sese causam, interim ne quid moveat iubens, vtque id quod erat motum in pristinum restitueret: non exspectata sententia Papæ, eundem loco etiam movit, quò tamen Papa quoque consensu accessit. Unde manifestum est Carolum existimâsse etiam in mere Ecclesiasticis suo Imperio Episcopos subiectos esse. Notum præterea est, iniectas esse manus à Ferdinando II. Cæsare cùm in Cardinalem Cleselium, tum in Archiepiscopum Trevirensem: quale facinus anathemate solet ferire curia Papalis bulla cœnæ dominicæ. Verùm enim verò haud facilè tamen dixeris, eandem esse hodie sententiam & Proceribus Germaniæ qui maiorum religionem tuentur, quod clerici nempe nostri non sint exempti ampliùs in personalibus causis à foro Cæsaris & reipublicæ. Namque eius partis Theologi pariter & Canonistæ ab ipso iure divino libertatem istam atque exemptionem vulgò derivant, idque propalam & ore & scriptis defendunt. Quid aliud verò sentiant illi qui sunt ex herum ludis profecti? Ad hoc non dubitavit Camera Spirensis anno 1619. sententiam olim à Carolo V. in Episcopum Hildesheimensem latam [quantùm videtur] eo nomine rescindere, quòd Cæsar Episcopum non potuerit proscribere, eoque pronunciavit pro sententia Papali: quo vtique fit manifestum etiam ex illius maximi tribunalis mente Cæsari non competere in Episcopos iurisdictionem. Cæterùm prorsus alia & planè vetera illa de reipubl. auctoritate etiam in Clerum placent, imò mordicùs propugnantur ab Ordinibus Protestantium partis. Vt proinde in tanti momenti negotio videatur Respublica quasi in ancipiti hactenus collocata.*

Notum præterea est, seculo tertio decimo præcipuè invectam esse auctoritate Pontificiâ, vna cum legibus novis Papalibus, in Ecclesiam Christianam impeditam illam & perplexam procedendi in foro rationem, quæ pòst fermè, vbicunque & Romanum ius receptum est, in omnia etiam secularia fora sese penetravit. Non est instituti nostri iniquitatem illius ex merito describere: præsertim quum nemini non liqueat, illam omnibus actoribus maximè adversam, reis nimiùm plerumque favere, Iudicia verò debeant ex æquo vtrique parti esse vtilia, facilè etiam sit observatu, ne quidem in reorum gratiam institutum esse illum processum, vtut istâc specie soleat commendari, sed quò Iudiciis ex multitudine & diuturnitate litium crescat auctoritas pariter & insigne lucrum, adeoque vel maximè ita omnia constituta esse, vt curia Romana omne genus litium ad se trahere, & homines auro possit emungere. Cuiusmodicunque verò illa sit procedendi ratio, iam à seculo tertiodecimo in fora & negotia Episcopalia certè insinuavit sese. Quod ipsum quanto Germaniæ malo factum sit, satis est ex vnico Conradi Vrspergensis testimonio perdiscere, qui ipso illo tempore vixit. Cùm enim narrasset Ottonem IV. electum esse Regem adversùs Philippum, in hæc verba prorumpit: Facta est hæc abusio, vt fieret quasi portentum multarum abusionum, quæ subsecutæ sunt in terris. Vix enim remansit aliquis episcopatus, sive dignitas ecclesiastica, vel etiam parrochialis Ecclesia, quæ non fieret litigiosa, & Romam deduceretur ipsa causa, sed non manu vacuâ. Gaude mater nostra Roma, quoniam aperiuntur cataractæ thesaurorum in terra, vt ad te confluant rivi & aggeres nummorum in magna copia. Lætare super iniquitate filiorum hominum, quoniam in recompensationem tanto-

tantorum malorum datur tibi precium, &c. Ad te trahit homines, non ipsorum devotio, aut pura conscientia, sed scelerum multiplicium perpetratio, & litium decisio precio comparata.

Antequam ab Episcopis abeamus, nonnihil etiam de Iudicus Episcopalium bonorum adiiciendum est. Illa olim non nisi ad laicorum Advocatorum & porrò Regium forum pertinuisse ex iis quæ antè attulimus est manifestum. Etiam proximis seculis subducta esse bona illa Iudiciis ordinariis Principum & Comitum, liquidò patet, cùm aliunde tum ex tabulis privilegiorum Regiorum Episcopis concessorum, quales ab Ottonibus, Henricis, aliisque Cæsaribus edita etiamnum supersunt satis multa. Attamen etiam sic omnia bona manserunt in Advocatorum cura, vtut longè amplissima illa fuerint, paucis exceptis, & quidem vsque ad Fridericum secundum, paucis inquam exceptis. Videtur enim iam tum Ottonum ætate Ducum dignitas & potentia nonnullis Episcopis, Moguntino scilicet, Coloniensi, & VVirzeburgensi concessa, adeoque plena bonorum administratio, imò secularis (vti vocant) in populum subditum iurisdictio: Reliquis autem Episcopis fortè omnibus sui manserunt Advocati. Et quidem dare illos Regii iuris fuit: more iam Carolinâ ætate recepto, vt liquet ex capit. 13. lib. V. &c. 303. VII. apud Ansegitum. *Quamvis enim Urbanus III. ann. 1186. teste Baronio graviter laboravit in id, vti liceret ipsismet Episcopis Advocatos adsciscere, ius tamen Regium superavit vsque ad Frideric. secundum. Atque hic quidem possit videri omninò iure illo cessisse statim Imperii initio, verbis bullæ suæ quam habet Goldastus Statut. Imper. fol. 73. & 74.* Omnia nos spiritualia vobis & aliarum Ecclesiarum Prælatis relinquimus liberè disponenda, ut quæ sunt Cæsaris Cæsari, quæ Dei Deo, rectâ distributione reddantur. *Fortè tamen verba illa alio sunt sensu accipienda. At post Fridericum illum certius est id iuris Episcopos tantùm non omnes paulatim impetrâsse. Facit huc Wilhelmi Cæsaris privilegium Mindensi Episcopo concessum, quod legitur in Chronico Mindensi à Pistorio edito:* Wilhelmus Dei gratiâ Romanorum Rex, semper Augustus, &c. Cùm venerabilis V. VVidekindus, Ecclesiæ Mindensis Præpositus, dilectus consanguineus & Cappellanus noster &c. à Decano & Capitulo eiusdem Ecclesiæ, &c. in Episcopum & pastorem vnanimiter electus, ne bona eiusdem Ecclesiæ, quam in nostram & Imperii protectionem recipimus specialem, hostili lacerentur incursu, & improborum insultibus dissipentur, regalia & administrationem bonorum temporalium ipsius Ecclesiæ sibi concedimus, de benignitate regiæ Maiestatis, vt de cætero tanquam Princeps Imperii, bona ipsius Ecclesiæ administret, ordinet, dispenset, prout meliùs ad vtilitatem Ecclesiæ videtur expedire, &c. Datum Brunsuig. VI. Idus Septembr. anno Domini 1253. *Ex eo sanè plerique Episcopi excussis suis Advocatis ipsi cæperunt secularia quoque Iudicia & Administrationem bonorum suorum exercere. Quod ipsum quantùm malorum & Ecclesiæ & Reipub. Germanicæ attulerit, non est huius loci exponere.*

Pleraque porrò bona Episcoporum oneribus publicis, haut secus atque alia laicorum, fuisse vsque ad Friderici II. ætatem obnoxia per totam Germaniam, & hactenus ignoratam divinam scilicet illam clericalium divitiarum ab oneribus reipublicæ immunitatem, probatu facillimum est. Quare ad illud sanè vsque tempus nemo etiam dubitavit controversias de Episcopalibus bonis ad laicorum Advocatorum, vel Regium, forum pertinere. Neque enim temerè reperias exemplum aliquod contrarii conatus, nisi quod curia Romana post Hildebrandum mussitare illa cæperit. Vsque adeo profectò id verum est, vt Fridericus I. Secundi avus, frustrà conquerente Papâ Adriano, ab ipsius Papæ bonis per Italiam pauca tributa Reipublicæ non poposcerit tantùm, sed etiam exhiberi sibi fecerit. Quâ de re omnino legendus Radevicus l. de rebus gest. Friderici 4. cap. 34 *vbi Bambergensis Episcopus scribit à Papæ Nunciis Cæsari propositum inter alia:* de dominicalibus Apostolici fodrum non esse colligendum, nisi tempore suscipiendæ coronæ. *Posteaquam vero Fridericus II. indictum est, levare istis oneribus clericorum bona, non multò post laboratum est, cùm ab Episcopis & reliquo clero, tum à Papa Romano, & quidem summâ est operâ laboratum, vt omnia bona foro etiam laico totius Reipublicæ eximerentur. Neque vero Fridericus quid aliud quam hoc tantùm dixerat, quod insertum est titulo* Codicis Iustinianei libri 1. tertio de Episcopis & clericis l. 33. *quod ipsum nihil aliud est quàm confirmatio Imperialium & canonicarum sanctionum, quæ exemptionem à Iudicio summo Reipublicæ non admittunt. Adeoque præter mentem Imperatoris nimis prolata est interpretatio. Ne quidem videtur ille voluisse simpliciter ab omnibus oneribus exempta clericorum bona, sed tantùm ab iis quæ Principes aut oppidani laici ex more illis imponebant. Ita enim sonant verba l. 2. eiusdem tituli:* Item nulla communitas, vel persona publica, vel privata collectas vel exactiones, angarias vel parangarias Ecclesiis, vel aliis piis locis, aut Ecclesiasticis personis, imponere, aut invadere Ecclesiastica bona, præsumant. *Exigente autem Reipubl. vsu non desiit ipsemet feudalibus & patrimonialibus clericorum bonis onera hactenus sueta imponere. Eoque Gregorio IX. ipsum accusanti* De talliis & exactionibus, quòd contra formam pacis ab Ecclesiis, & monasteriis extorquerentur, *respondit teste Matthæo Parisiensi:* Talliæ & collectiones clericis & personis Ecclesiasticis non pro Ecclesiasticis rebus, sed pro feudalibus, imponuntur, secundum quod est ius commune, & obtinet vbique per Orbem. *Quâ de re aliàs latiùs.*

Quamvis vero ad hunc modum ab antiquissimis Ecclesiæ temporibus habuerint sese bona, vt aliorum clericorum, ita & Episcopalia, tamen à Friderici ætate cæperunt illa trahi, à Papa cumprimis & Episcopis, ad solius Ecclesiastici, adeoque Papalis, fori iurisdictionem. In eam sententiam sanè non vnus extat canon Pontificii iuris post Fridericum latus. Multi quoque Canonistæ eandem sententiam mordicùs defendunt. Non desunt tamen, nec defuerunt vnquam doctores qui pro seculari iurisdictione saltem in feudalia bona Episcoporum acriter certaverunt. Nonnulli quoque Imperatorum partes suas iverunt defensum satis graviter. Apud Goldastum tom. II. Const. Imperial. p. 86. & 87. extat rescriptum Ludovici IV. ad Magistratum & Fra-

tres Ordinis Teutonici: ne fideles Imperii coram alio Iudicio Ecclesiastico vel seculari, quàm Imperiali, ratione bonorum ab Imperatore collatorum respondeant. Friderici III. Cæsaris literæ quibus anno 1476. interdixit Halberstadensi Episcopo appellatione ad Papam à sententia Cæsarea lata de pago Detfort, sunt in medio producta in opere cui titulus: In sachen Braunschweig contra Hildesheim remissionis Außführliche Relation vnd Bericht pag 359. Eoque ferè nunc obtinet in Germania, vt solus Imperator ratione bonorum feudalium & regalium iurisdictionem in Episcopos exerceat, si pacem publicam violaverint, eos etiam condemnet, teste Gaillio l. 1. de pace publica cap 1. n. 13. c. 8. n. 8. provocetur etiam à sententia Archiepiscopi vel Episcopi, non ad Pontificem, verùm ad Cameram, eodem teste l. 1. observ. 30. n. 1. & 2. De illa reipublicæ iurisdictione in regalia & bona temporalia Episcoporum quadam, & in leges publicas Ordinat. Cameral. p 2. tit. 7. recepta sunt. Multum tamen vereor vt iurisdictioni Cæsareæ satis vel hac ratione sit cautum,

In hunc modum sese Episcoporum habet forum. MONACHI [vt de iis hic aliquid addamus] etsi omnes Carolino avo fuerint, proximè quoad personalia sub Episcoporum cuiuscunque diæceseos iurisdictione Ecclesiasticâ, tamen sequentibus seculis etiam hac in re multa facta est mutatio. Etenim & antiquorum monasteriorum nonnullâ auctoritate Papali Episcoporum iurisdictioni sunt subducta, solique Papæ subdita: novi mendicantium monachorum Ordines circa seculum tertiumdecimum, vt & sequente tempestate, instituti, liberi prorsus ab omni Episcopali iurisdictione, adeoque suis proximè Provincialibus & Generalibus, demumque vni Pontifici, subiecti. Neque verò laicorum aliquam in se potestatem id genus hominum in personalibus quidem causis dudum voluit agnoscere Quamvis enim protestantium Principes, si quos alunt, in numero eos habeant reliquorum subditorum: inter alios tamen idem minimè observatur: licèt haud dixerim nusquam observari. Vt proinde ne hac quidem iurisdictionis ratio certa sit & vniusmodi per Germaniam, haud levi profectò reipublicæ malo, in tanta vtriusque sexûs τῶν ἀργῶν sive otiosorum multitudine.

Bona Monachalia Iurisdictionem suam non minus atque Episcopalia mutaverunt. Illa iam tum circa initia sua, Carolinâ regnante familiâ, subducta esse ordinariis Comitum & Principum, & commissa Advocatis, liquidò apparet ex ipsis antiquissimis tabulis fundationum quas appellant. Cæterùm sequentibus temporibus Advocatorum Iudiciis Monasteriorum multorum bona sunt erepta, partim vi per Pontifices Romanos, partim grandi ære dato, aut simili aliquo contractu. De Priore exstat querela Principum Germaniæ inter centum gravamina n. 13. Insuper & hoc moliuntur summi Pontifices monasteria aliquot eximendo, ut ab Episcoporum, eorum scilicet Ordinariis, ac Defensorum Protectorumque aliorum iurisdictione ita exempti, reddantur immunes, immediatèque subiaceant sedi Apostolicæ. Quæ res non tantùm prædictis ipsorum Ordinariis ac Defensoribus, sed & toti Romano Imperio cedit in iacturam, tum quando collatio pecuniaria pro Imperii necessitate viritim Imperii Statibus, indicitur. Ita enim fit, vt ipsi per se ab oneribus publicis exempti immunitate suâ gaudeant, &c. De posteriori preclarè disserit Ioachimus Vadianus l. 2. dd. collegiis & monaster. fol. 103. & quidem de monasterio Walkenridensi notat Eckstormius in Chronico p. 81. Ottonem IV. Cæsarem resignatam sibi à Comite Hohensteinensi Advocatiam in villâ Rhoda, cum omni iure monasterio contulisse, p. item 91. Pro Advocatia quam Comites Hohensteinii ab Imperio in feudo habebant, Monasterium ipsis numeravit 36. argenti marcas. Quamvis autem multa monasteria nacta sint in sua iurisdictionem, multa tamen sub Advocatis suis relicta: bona quoque non nisi paucorum ab oneribus publicis immunitatem acceperunt. Eòque hodiè per Germaniam iurisdictioni ratio in monasteriorum sive personas sive bona varia est: alibi nempe multùm ex veteri more, alibi multùm ex recenti trahens. Quin ipsa suprema iurisdictio in controversiis bonorum cænobiticorum hodieque alicubi ad Papas trahitur, vtut Cæsares obnitantur.

CLERICOS alios quod attinet manserunt illi quidem vsque ad Protestantium tempora sub Episcoporum & Archiepiscoporum iurisdictione, neque nisi cognitâ sententiâ Iudicis seculari, gladio fortè puniendi, sunt traditi, more sanè dudum recepto: acciderunt tamen quæ ipsis penè impunitatem peccandi dedere. Qua de re graviter conquesti sunt Principes Germaniæ in Gravaminibus num. 31. Quicunque, aiunt, Ecclesiasticos recipit ordines majores seu minores, per hoc omnium pœnarum magistratuum secularium, vt cunque magna perpetret maleficia, immunes esse contendit. Neque hoc ita ordinati temerè præsumunt, quòd ab Ecclesiasticis summæ conditionis Statibus in peccandi hac licentiâ teneantur. Causas pessimi moris, cùm alias adducunt tum hasce: Vt in peccatis maleficiisque perpetrandis magis adhuc foveantur, præter omnem æquitatis rationem, aliquatenus interdictum est Archiepiscopis & Episcopis, ne malefactores hos publicè criminali Iudicio reos agere possint, nisi priùs degradatos: id quod tantis sumptibus, tantâque pompâ celebrari oportet, vt propterea perquàm rarissimè vncti illi malefactores meritâ plectantur pœnâ. Adhæc adstringuntur obliganturque Episcopi per sua Capitula, ut personas in sacris ordinibus, quod dicitur, cōstitutas, secundum Canonicæ etiam iura, pœnis vt cunque levibus, punire, affligereque non audeant. Quæ res tota eò spectat, vt disparitate hac, inter laicos ac Ecclesiasticos simultates, dissidia, atque odia plusquam Vatiniana oriātur. Verùm hæc omnia per Protestantes quidem multùm sunt mutata. Etenim clerici illorum hodiè in causis personalibus subditi sunt foro consistoriali ab Ordinibus Protestantibus passim constituto in aliis autem plerumque sortiuntur forum commune laicorum Pontifici aut Episcopis nullo amplius in illos iure permisso.

PORRÒ etiam quæ in laicos sacro Ordini iam olim competiit sancta iurisdictio multùm mutavit pristini moris. Quum enim olim secundum prisca Ecclesiæ canones causæ illæ spirituales laicorum in singulis provinciis per sacerdotes & Episcopos vel Archiepiscopos deciderentur, post plurimæ earum Romam sunt tractæ. Hinc Excommunica-

tionum

tionum & Interdictorum fulmina Papalia Germaniæ non minùs quàm aliis regnis per sunt facta familiaria. Diserium Episcopali Iudicio multas controversias, unde plus lucri captari poterat: subductas suo foro Papæ referunt. Adhoc hæreticæ pravitatis Inquisitione, vti vocant, in Dominicanos monachos translatâ, rem maximi momenti itidem Episcoporum Iudicio Papæ subtraxerunt. Nova etiam sunt & à prisco more aliena de quibus conqueruntur Principes gravamin. 34. Romæ cæterisque in locis per Archiepiscopos ac Episcopos aut certè coram Ecclesiasticos iudices, multi Christianorum ob causas prophanas, ob pecuniæ denique ac turpis quæstus amorem excommunicantur, multorumque, sed eorum in fide infirmorum, conscientiæ per hoc aggravantur, & in desperationem pertrahuntur, ac denique ob pecuniæ, lucrive tantulum, aut alioquin res minimi precii, ac ad internecionem vsque animæ, corporis, honoris, contra divina humanaque iura perducuntur. *Quamvis enim non ob solum hæresios crimen. vt Principes videntur voluisse, Excommunicatione vsa sit prisca & primitiva Ecclesia, sed ob morum quoque deplorata vitia, non tamen illam admisit ad levia facta aut dubij iuris. Nova etiam sunt quæ gr.* 35. *veniunt in querelam:* Et illud in plerisque sæpiuscule evenit, quod vicinorum excommunicati decem & eo ampliùs, quos tamen causa nihil omnino contingit, cum ipso principali excommunicationis pœnâ aggravaatur, & non ob aliud, quàm vt Officiales, Ecclesiastici scilicet Iudices, faciliùs citiùsque pro libidine sua miseram plebeculam depeculentur, ac pro suo libitu eorum abutantur simplicitate, ipsosque principales ad quascunque etiam iniquas acceptandas transactiones per hoc compellant, adigantque. Nam etiamsi excommunicatus ipse, vnà cum vxore, liberisque suis, per intollerabile hoc & iniquissimum banni onus, in exilium ire cogatur, quòd hac in re nullus sit Officialibus modus, neque finis, neq; vlla facultatum ratio: tamen nullus est hominibus illis respectus, num industriâ, datâve ad hoc operâ, & per contemptum, an necessitate ita impellente, vel casu potiùs, vicini cohabitatores cum excommunicato ipso participârint commerciumvè habuerint, aut sufficiens ne hæc fuerit concivibus causa, quare excommunicatum meritò solum vertere iussisse debuerant, horum pensi habetur nullum. *Prorsus nova etiam sunt de quibus grav.* 36. *agit:* Præterea, quum sacerdos, aut alioqui Ecclesiastica persona casu occiditur, tùm nedum occisor excommunicatur, sed & totum oppidum, aut totus pagus iniquissimè interdicitur: quod interdictum eò vsque durat, tamque diu interrupta pendent publica Christianorum officia, quo vsque vel occisor, vel tota incolarum eius loci communitas fecerint homicidij compensationem, homicidiumque expiarint: non considerato eo, dederitne occasionem, vt se gesserit, probè vel nequiter versatus fuerit occisus sacerdos, vel alius Ecclesiastico ordini adscriptus: licèt iura canonica ipsa in quibusdam casibus, modum negotio præscribant: prægravanturque itaque ex delicto vnius centum alii, nihil tale commeriti: nedum contra communem æquitatem, sed & contra omnia divina & humana iura.

Præter morem etiam veterem Ecclesiasticæ disciplinæ, pœnarum omnium sacrarumque satisfactionum Indulgentia capit nummis vendi: eum omnis pietatis summa corruptela. Ex adverso excommunicationes ob culpas in sacrum ordinem fortè commissas vt facta sunt frequentiores, ita & effectus earum est exasperatus, ita vt excommunicato nihil relictum sit civilis fortuna. Etsi enim in Saxonici iuris Speculum recepta sit hæc propositio: Excommunicatio neminem debilitat in iure terræ seu feudi, nisi sequatur regularis proscriptio: *tamen à Gregorio* XI. *id inter hæreticas est sententias relatum. Exasperata similiter multùm est pœna eorum qui hæretici habiti sunt. Vivicomburio enim capit in illos animadverti: quod omni retro ævo in occidentali Ecclesia nunquam auditum fuerat vel visum. Ubi maior fuit illorum numerus, crux in illos (vti tum loqui mos fuit) fuit prædicata, & quasi communi gentium conspiratione in illos omnes, tanquam extrema commeritos, ferro & flammâ, nullo sexus, nullo ætatis discrimine, sævitum est.*

Hæc omnia etiam hodie vera & recta esse iudicant quotquot sunt Pontificiæ partis, Certè qui inter eos sunt doctores ita sentiunt & docent. Cæterùm nihil horum non improbant Protestantes, eoque omnia hæc abrogarerunt. Nec tamen vel illi omni ex parte conveniunt cum disciplina Ecclesiastica Carolino ævo vsitata: qualis enim illa fuerit petere est, cùm aliunde, tum ex Rabani Mauri pœnitentium libello. In Protestantium vero Ecclesiis longè est mitior & laxior disciplina: quanquam nec apud illos omnes eadem sit vbique ratio.

Venimus ad CAVSAS SECVLARES *inter Seculares personas popularis ordinis controversas. Patet autem ex suprà dictis, illas, Francorum durante Carolino Imperio, nunc in Episcopali audientia, nunc in seculari foro, agitatas & decisas esse. Quemadmodum enim Theodosij legem omnibus vestri sui Imperij subditis, communem esse voluerit Carolus ostendimus antè. Sequentibus verò seculis vsque adeò placuit Episcopis iudicandi hoc munus, quod olim optimo cuique grave onus videbatur; vt multis technis fimbrias suas hîc dilatare sint conati. Neque verò quod* l. 3. art. 87. Speculi iuris Saxonici *significatur, Causas hosce omnes ad seculare forum tantùm pertinere, ex Friderici I. Cæsaris constitutione, vt innuit ad illum locum Glossa, ita obtinuit. Plurimæ querelæ de iniquitate Episcoporum eorumque Officialium, quâ Laicorum causas contra fas & æquum ad forum suum pertrahere sunt soliti, prolixè admodum recitantur in Gravaminibus Principum* num. 56. 57. 58. 59. 60. 62. 63. 64 70. 71. 72. & 73. *vt hoc loco omnia illa recitari non possint. Ingessit verò & in harum Causarum Iudicia sese Papalis curia quàm maximè. Inde conqueruntur Principes* gr. 9. Pontifices Romanos ad petitionem personarum Ecclesiasticarum, laicos non rarò in causis profanis, puta hæreditatum aut pignorum, & in prima quidem instantia, coram se Romam citare, ac in Ius vocare. *Item gr.* 10. Cùm Romæ quispiam etiam interposito iuramento asserit, se non sperare iustitiam apud Iudicem competentem in Germania, protinus ad tale iuramentum admittitur, ac citatio ei contra partem agentem decernitur &c.

Addunt gr. 11. Est & aliud iudicum Papalium genus quos *Conservatores* vulgò vocant: Eos Episcopi cæterique Ecclesiæ principes ex Primatibus vel Abbatibus diœcesis à sede Apostolica in hoc impetrare solent, ut coram his omnes ipsorum causæ & lites, quas instituere cogitant, dirimantur, vocenturque per hos in ius personæ seculares, nobiles & plebeii, in causis omninò profanis, licèt actoribus iustitia per ordinarium Tribunal nunquam fuerit denegata. Quòd si vocati in ius ire recusaverint, ii contra ius ac fas excommunicatione feriuntur. *Item gr.* 12. Sanctitas Pontificia ad Ecclesiarum personarum petitionem Iudices delegatos & Commissarios, tanquam Ecclesiasticos Iudices per Germaniam concedere solet, ut impetrantes dehinc laicos, cuiuscunque etiam dignitatis vel præeminentiæ, coram ita delegatis in causis profanis Iudicio convenire possint; *In hunc modum conquesti sunt ante hos centum annos & quod excurrit Principes & Ordines seculares Germaniæ: cumque emendationis nulla spes affulgeret, Protestantes quidem protectâ omni & Pontificis Romani & Episcoporum in se & suos jurisdictione, etiam hisce in Rempublicam exortis vitiis finem imposuerunt. An cum alijs melius hodie agatur haud facilè dixero. Sane certum est etiam Spirensi Iudicio hodieque isthoc modo molestiam facessere, & Episcoporum Officiales, & Pontificios sive Conservatores, sive Nuncios & Legatos. Vt proinde ne hoc quidem satis constanter in republica Germanica nunc sit constitutum.*

Dictum porrè iam suprà fuit, in fora Episcopalia traductum illum perplexum procedendi in Iudiciis modum iam seculo tertio decimo. Cùm tam multa verò cœperint esse Ecclesiastici fori, quàm omnia ex eo cœperint litibus strepere manifestum est. *Principes gr.* 80. *conquesti sunt plerosque inopiâ laborantes, Iudicialium expensarum variorumque laborum formidine, ad iniquas transactiones compelli.* Neque hoc (*inquiunt*) silentio præteriri potest, quod Ecclesiastici Iudices & Officiales miseros & simplices laicos, multoties ad illicitas, iniquas, sibique penitus nocivas transactiones adigunt. Nam si quando eos in Ius vocant magna patronorum, tabularum forensium, scribarum, cæterorumque quorum opera in Iudiciario strepitu vii necessum habent, caterva, nullo ære conducta, sed gratuitò conquisita, stipati adstant, ac pauperibus illis profanis, egestate pressis, id hominum genus non nisi magno conducendum est. Quod ubi fortunæ rei familiaris tenuitas denegat, nisi penitus causa etiam iustissima decidere velint, transactionem seu compositionem utcunque iniquam inire coguntur. *Conqueruntur verò iidem sequenti gravamine, quod in multis Ecclesiasticorum Consistoriis, non alij litigantium Partium patroni & advocati admittantur, quàm qui tribunali sunt obnoxii. Item grav.* 65. *&* 66. Quod reformationes horum Iudiciorum Episcopi nec observent, nec executione debitâ tueantur.

Cæterùm de sacro Causarum secularium foro satis. Non leves verò mutationes passum quoque est FORVM ipsum SECVLARE POPVLI controversiis illis iudicandis institutum. Etenim (ut ab infimis Iudicibus ad summos pergamus) multis in Germaniæ locis Scabini vix alibi quàm in Vrbibus reperiuntur, eorum autoritate per agros deletâ. Alibi tamen etiam per agros antiquissimus ille Ordo superest, ut in Hollandia & ex parte etiam per Saxoniam. Scabini porrò alibi à Comite, aut eo qui Comitis polles munere, ex populo pro arbitratu eliguntur hodie: alibi constituuntur nullâ Comitis accedente autoritate: alibi denique & à Populo & à Comite simul eliguntur, plurimis scilicet nominibus Comiti oblatis, unde quem velit ille in hunc ordinem adsciscere optione Comiti relictâ. Quorum Vltimum antiquo mori maximè affine est, & plebeiam dignitatem cum Comitis auctoritate egregiè temperat. Primum μοναρχικὸν quid sapit, antiquâ populi libertate perditâ. Secundum verè δημοκρατικὸν aut ἀριστοκρατικὸν est: obtinet vere alicubi eò quòd populus hoc Ius eligendi à Comitibus, sive preco, sive precio, sive vi, sive quâ aliâ permutatione acceperit. Est autē aliud eiusdem diversæ rationis: alibi enim Consules & Senatores Oppidorum Scabinos constituunt, alibi penes ipsum Collegium Scabinorum cooptandi ius est. Qua de re vide sententias Magdeburgensis Scabinatus l. 1. c. 1. dist. 1. & 2. ut & de alijs ad Scabinos pertinentibus c. 3. integro.

Comitum *quoque Gravionum ratio multùm etiam ab antiquo recessit, sive numerum videas, sive modum constituendi. Et enim olim quot Pagos aut Gevas totidem Comites vel Graviones numeravit Germania. Pòst verò cœperunt multi Comitatus uni committi. Dati porrè illorum quàm multi Episcopis & Abbatibus nonnullis: plurimi Ducibus ac Principibus cesserunt: paucissimi remanserunt penes illos qui Comitum titulo hodieque gaudent. Enim verò non Episcopis vel Abbatibus, non Ducibus, non Principibus, iurisdictio illa in populum aut plebem cum mero mixtoque imperio competit, nisi in quantum iidem Comitum vel Gravionum pollent potestate. Et verè iam olim ætate Carolinâ fuit moris alicui in Ducem electo duodecim Comitum potentiam simul concedere, in autoritatem indubiè majorem: quòd aliàs Duci, quatenus tali, non nisi bellicum imperium competeret. Hinc Annales Francici veteres ut & Aimoini Continuator* l. 4. c. 6. *scribunt de Pipino:* Domum reversus Grifonem more Ducum duodecim Comitatibus donavit. *Et in ejusdem Aimoini continuatione* l. 5. c. 11. *de Ludovico:* Baldrico Duci Forojuliensi dum obiiceretur & prolatum esset eius ignaviâ & incuriâ vastatam à Barbaris regionem nostram, pulsus est Ducatu, & inter quatuor Comitatus est potestas eiusdem divisa. *Vt quidem hunc locum emendavit P. Pithœus* l. 1. Adversar. c. 8. *cùm vulgò legatur* inter quatuor. *Porrè nonnulli Comitatus, per incuriam aulæ regiæ inter bella Germanica, aemuli dati sunt, eòque omnis illa vis, aut à plebe est occupata, ut in Frisico olim populo, aut ab alijs, sine ulla autoritate publica, proprij sunt iuris facti.*

Porrò olim quidem Comitum dignitas non videtur fuisse hæreditaria, sed ex arbitrio dependens penè unius Regis, at pòst paucissimis exceptis, facti fuere Comitatus hæreditarij, partim simpliciter partim feudali iure, partim & in populi patrimonium transierunt, ceu apud Frisios olim factum est. Plurimi porrò ex eo, non amplius à Rege, sed ab Episcopis,

Abba-

Abbatibus, Ducibus & Principibus proximè in feudum concessi sunt. Multùm autem Reipublicæ interest quo hæc quidem modo sese habeant. Verè regium Statum arguit, si omnes illi potissimi Iudices populi à Rege ipso constituantur. Vnius etiam Regis autoritas servari salva rectiùs poterit, si multi sint Comites, quàm si pauci Ducum, Principum, Episcoporum, multos Comitatus simul teneant. Facilè enim accidit ut horum potentia Respublica regia noceat, & Statum novum inducat, imò in ἀναρχίας Rempublicam tandem conijciat.

Adhæc olim singulas Govas singulos habuisse Comites, constat. Postea verò cœperunt multi in una eadenique Gova, Comitis non quidem nomine, autoritate tamen, gaudere. Namque & Reges vel Cæsares & Principes, & Duces, & Episcopi, & Abbates, & Comites ipsi particulas Govarum suarum alijs atque alijs Urbium, aut populi nobilioribus familijs, imò & plebeiis tradiderunt, partim simpliciter venditione, partim pignore, partim feudi iure, partim dono, partim varijs modis. Autor Speculi Saxonici l. 3. art. 64. *illas translationes accusat iniquitatis:* si Comes vel Advocatus partem Comitatus vel advocationis alteri contulerit, id contra ius censetur attentatum, nec desuper infeudatus bannum habebit regale. *Non malè, videntur enim maximè omnium hæc accidisse post auctoritatem regiam collapsam à seculo usque tertio decimo. Certè ante hoc tempus nulla urbs Germaniæ tale aliquod ius habuit, quod quidem hactenus innotuerit. Ubi notandum: non omnes inferioris ordinis qui merum mixtumque imperium tenent, ipso Comitivo iure illud tenere, sed penes multos tantùm esse ius Comitiis vicariale aut Scultetia, eoque ab illorum sententijs dari provocationem ad Comitem, vel illum qui Comitiva valet potestate: quo ipso utriusque iuris patet differentia.*

Ex Speculi Saxonici præterea l. 1. art. 55. *discere est, deficiente Comite, aut eo qui Comitis est loco, ordinarios Iudices electos esse Gogravios dictos. Verba Speculi sunt:* Omne ius seculare ab arbitrio initiatum est. Ideóque nullus Iudex esse poterit, nisi qui ad hoc eligitur, vel infeudatur. Eveniat autem evidens furtum violentiave, cum qua perpetrans fuerit comprehensus, ad hoc licitè Gogravius eligatur, qui ad minus ab incolis trium villarum seu prædiorum istius iudicatus eligatur, & hoc si Iudex ordinarius non habeatur. *De tali Gogravio pergit loqui articulus* 56. In Gogravio natu de iure non erit feudum, neque successio, quia de libero rusticorum consistit arbitrio Gogravium eligere ad præsens factum, vel ad tempus præsignatum. Conferat autem dominus alicui hoc officium, dominus ei & suis filijs tenere collationem, & ad iura feudi obligatur, nisi liberâ rusticorum electione eligatur. *Fuit autem horum Gogravionum potestas penè momentanea, & die unico naturali circumscripta. Vnde articul.* 57. Si fur vel raptor infra diem naturalem non condemnetur, ulteriùs eum Gogravius non iudicabit, sed ad infeudati Iudicis spectat iurisdictionem. Ista de Gogravijs qui ad violentiam in continenti iudicandam eliguntur, sunt promulgata. *Cœpit autem & aliud Gogravionum genus in usu esse, iudicandis nimirum non tantùm subitis criminibus, sed alijs etiam. Quare addit articulus* 58. Qui verò in tempus eligigitur spaciosum, ille Gogravius à Marchione vel à Comite infeudatur: & sic coram eo deliberatum rusticorum arbitrium procedit, & licitè in crastinas violentias iudicabit. Quando Comes Iudicium sui Gogravij ingressus fuerit, per hoc iudicium Gogravij evacuatur.

Constat porrò quæ suprà attulimus, Carolinis temporibus à Comitum sententijs provocationem fuisse licitam ad Missum Regium, *huic etiam auctoritatem fuisse animadvertendi in ipsum Comitem. At Auctor Speculi Saxonici* l. 1. art. 59. *ita loquitur:* Non poterit ullus Comes, qui sub regali banno cognoscit, legitimum habere sine suo Sculteto Iudicium, qui ante omnia se ipsum debet præbere iudicandum, & ideo ab ipso primam, si congruum iudicandi tempus fuerit, sententiam postulabit, & postmodum eundem interroget, si ei tumultus & indisciplinata in Iudicio liceat prohibere, quæ dum ab illo fuerint pronunciata, unusquisque de eo quod eum movet, mediante ferendario, suam interponat actionem. *Et idem volunt verba* l. 3. art 52. sine præfecto iudex *(i. e. sine sculteto Comes)* legitimum habere Iudicium non potest, coram quo si accusetur, se iuri debebit exhibere. Quia præfectus iudicis iudex est suorum delictorum, sicut Palantzgravius Imperatoris iudex existit, & Burggravius Marchionis. *Verùm obtinuerint ne hæc aliquando necne, meritò dubites: neque enim auctori illi tutò crediderit, usque adeo multa inepta & falsa asserenti. Vt autem aliquando fuerit in usu, hodie tamen nihil horum observatur.*

Cæterùm monumenta veteris Reipublicæ accuratè expendentibus, facilè apparet Missorum illorum regiorum qui in Comitum aliorumque negotia auctoritate regiâ quotannis inquisiverunt, vix levem memoriam superfuisse Ottonum ætate, nullam sequente omni tempestate. Vt proinde iam ab illo usque tempore *hac in re magnam iacturam fecerit auctoritas regia. Neque enim non cuivis liquet quantùm ad regiam vim servandam momenti attulerit Missorum illa annua legatio. Videtur autem omne illud Missorum ius absorptum fuisse saltem in plerisque locis summâ illa Ducali potestate, quatum adhuc obtinuit. Observatum enim ultimis Carolinæ familiæ temporibus quatuor per Germaniam in quatuor præcipuis populis fuisse Ducatus, Saxoniæ, Bavariæ, Sueviæ & Lotharingiæ: cum amplissima, imò tantùm non regia, in integros illos populos potestate. Videtur sanè omnes Comites illarum provinciarum suis Ducibus tum fuisse subiectos. Quàm ampla certè quondam fuerit Bavarici Ducis potentia, manifestum est ex iis quæ Auctor libelli* von den Alten Reichs Vögteyen *notavit* p. 6. 7. & 8. Item tit. E. F. G. *Quin itaque hi Missorum regiorum vim tenuerint in Comites non est dubitandum.*

Saxonicorum Cæsarum & sequentium avo eadem auctoritas videtur Ducibus quadantenus iterum subducta (prout & in multis alijs circumcisa est illorum antiquissimorum Ducatuum potentia) & saltem ex parte translata in Palatinos Comites, *feudi legibus constitutos. Neque enim ante hæc tempora usquam legas memoratos eiusmodi Palatinos Comites: & verò ab Ottone Magno, relegato in Sueviam Everhardo Duce, quod ferocius sibi restitisset,*

Palatinos Bavariæ Comites esse constitutos, notum est ex Boioaricis. De tali autem Palatino Comite ita scribit Aventinus l. 4. Is vicem Cæsaris præsidendo Senatui Principali fungebatur, fidem Imperatoris implorantibus aderat, iusque reddebat, fiscum Augusti, prædia Salica, reditus regios procurabat, Cæsareum censum exigebat. Nihil citra eius auctoritatem Duci aut decernere aut statuere licebat. Si senatus consultum Regale (i. e. Ducis) displicebat, intercedebat, Cæsaremque referebat. Habuit & Saxonia Palatinos suos Comites de quibus egregia quadam in unum congessit Reineccius in appendice VVirichindi. De Sueviæ Palatinis res est obscurior. Qui memorantur tamen Palatini Tubingenses & Habspurgenses huc referendi omninò sunt. Franconiæ Palatinus videtur esse is qui aliàs Palatinus Rheni hodieque nuncupatur: utraque enim Rheni ripa ad Franciam pertinet Orientalem. Burgundiæ quoque Palatinos memorat VVolfangus Lazius in Austria.

Conatus est de hisce Palatinis Comitibus nonnihil dicere etiam auctor Speculi Saxonici l. 3. art. 53. Quælibet provincia Teutonicæ terræ suum habebat Palantzgravionatum, Saxonia. Bavaria, Franconia & Suevia, quæ antequam à Romanis superabantur, regna fuerunt, à quibus ipsa in Ducatus nomina fuerunt permutata. Attamen Illustres in vasallos, & vexillorum feuda obtinuerunt, quæ ipsis per Imperium tam sunt subtracta. Quæ verba videntur significare quasi Palanzgravionatus illi jam antè Romanorum in German. imperium fuerint in usu, vel certè quod à Romanis fuerint instituti. Et verò glossa Germanica posteriore sensu verba accipit, unde addit. Dieser Nahme Pfaltzgraff / ist zusammen gesetzet vom Welschen vnd Deutschen / denn in Welschen bedeutet ein pfalant einen bezwungenen Herrn / oder ein bezwungen Reich / vnd ein Graff bedeutet ein Richter / nach dem alten Sächsischen. Sunt autem omnia hæc commenta anilia. Falsissimum enim est Saxoniam unquam esse domitam à Romanis aut Regiam habuisse rempublicam, Falsissimum item, Baiovarios nostros à Romanis superatos, utpote qui pulsis Romanis Vindeliciam & Noricum occuparint. Par ratio est Francorum & Alemannorum. Iam antè quoque monitum est, horum Comitum Palatinorum per provincias constitutorum nullam reperiri memoriam ante tempora Saxenicorum Cæsarum. Omnium ineptissimum est glossema illud: verbum Palant denotare Italis provinciam subiugatam. Ex more verè ineptit ille Glossator in enumerandis quoque Germaniæ Palatinis. Primum Ducem Saxoniæ esse Palatinum Saxoniæ: Secundum Bavariæ Ducem esse Comitem Palatinum Rheni: tertium Palatinum Marchionem Brandeburgensem: Franciæ Palatinum esse Archiepiscopum Trevirensem, Palatinum Grunoviensem Archiepiscopum Coloniensem. Risu sanè hæc digniora sunt quàm confutatione. Etenim Saxoniæ Dux quòd Palatinâ illa gaudeat dignitate, per accidens contigit, ut post liquebit: & Palatinus Rheni à Palatinatu Bavariæ prorsus fuit semper distinctus, etsi hodie dignitas illa sit penes familiam Ducum Bavariæ. Brandeburgensem Marchionem obtinere aliquem Comitatum Palatinum nusquam legitur in editis quidem monumentis. Nusquam item hoc legitur de Archiepiscopatu Moguntino. Quid Archiepiscopo etiam Trevirensi cum Suevia rei est? Nec temerè quid reperias de Archiepiscopi Coloniensis Palatinatu Grenoviensi, cum Grona sit iuris Brunsuicensis. Fabula igitur sunt: quibus omnes Saxonici & Suevici iuris libri sunt refertissimi. Plus veri habes quod legitur art. 62. l. 3. specul. Quinque civitates, quæ Palantiæ dicuntur, in Saxonia inveniuntur, in quibus rex legitimis debeat curiis præsidere. Prima dicitur Grona, VVerlitz secunda, quæ modò in Goslariam translata est. VValhausen tertia, Alstede quarta, quinta Mersburg nuncupatur. At verè hæc oppida non pertinent ad negocium Comitum Palatinorum: sed fuêre olim palatia regia, qualia multa passim habuit Germania. Quæ verò his nominibus denotentur exposuit Meibomius Irmensulæ c. 13.

Cæterùm Comitatus illi Palatini dudum in Ducum potestatem transierunt. Etenim jam tum Duces Saxoniæ Ascaniensis familia in feudum acceperunt Saxoniæ Palatinatum. In tabulis etiam quibus Sigismundus Cæsar Friderico Marchioni Misniæ Ducatum Saxoniæ contulit apud Petr. Albinum tit. 16. Meißnisch Land Chronick der Pfaltz zu Sachsen / item des Pfaltz Hauses und Stadt Alstede. Bavariæ quoque Palatinus Comitatus expiravit, à Ducibus Bavariæ nescio quo vicedominatu in eius locum substituto, teste auctore von den Reichs Vogteyen. Interierunt etiam Palatini Comitatus Sueviæ, si qui fuerunt. Unus superest Comitatus Palatinus Rheni, verùm omni illo iure antiquo dudum privatus. Et verò ne Ducibus quidem ratione Palatini Comitatus hodie quicquam iuris est extra proprias terras. Quod equidem factum reor per potentiam novorum post exortorum Ducatuum, Episcopatuum, Urbium aliorumque, simulque per amplissima singulis Ordinibus collata Cæsarum privilegia. In universum certè omnia lustrantibus facilè apparet, nihil fortassis hodie superesse quod illi Missorum regiorum antiquissimo & Reipublicæ tum utilissimo officio respondeat.

Si tamen verum fuerit quod aiunt à Conrado Imperatore anno 1147. institutum esse Rotvvilense dicasterium, amplissimo terrarum tractu illi subdito, quò liceat & appellare à Sententiis alibi pronunciatis, & nonnullas causas in prima etiam (ut loquuntur,) instantia deferre: fatendum omninò sit Missorum regiorum illam auctoritatem quadantenus à Cæsare isto huc translatam. Neque enim maior huic Iudicio potestas est, utpote quum liceat etiam ab hoc appellare ulterius ad Cæsarem vel eius Iudicium summum, planè ut olim data fuit provocatio à Missis ad Regem. Sed quantùm illi historiæ de institutione prima Iudicij Rotvvilensis sit tribuendum indicent alij. Neque verè est ignotum quàm multa eiusmodi soleant in Cæsares auctores falsè referre. Sed & Iudicium Magdeburgense non minùs latè olim patuit, nec minore fuit auctoritate: & tamen arbitrario duntaxat populorum consilio absque ulla Cæsaris auctoritate fuit institutum, utut & ipsi auctorem iactent Ottonem Cæsarem. Ut autem olim cœperit illud Rotvvilense Iudicium nullâ publicâ auctoritate, hodie tamen omninò ius dicit auctoritate Cæsareâ. Eoque merentur legi Ordinationes & Reformationes eius apud Goldastū

tom.

tomo 1. Reichs Satzungen p 6. & seqq. p. 206. & tom. 2. p. 266. *cumprimis verò qui integro libro huius argumenti habet Paulus Matthias Wehnerus.*

Non dubitandum verò est Missorum illorum veterum regiorum, simulque & ordinarij Ducis defectum, effecisse tandem à seculo XIII. *in terris illis quæ olim Suevia Ducum imperio paruerunt, vti Vrbes complures compromiserint in Iudicia quadam, quemadmodum à Principibus quoque factum esse antè docuimus. Neque enim fuit ad manum qui controversias Senatus populique Vrbium aut primorum in Urbibus decideret, quod nihil etiam in Cæsaribus tum præsidij esset. Quapropter ne in bellum lites exardescerent, opus fuit novis Iudiciis compromissoriis. Ita Noriberga Iudices agnoscit Windesheimum & Weissenburgum oppida: Reutlinga Vlmam, Eslingam, Gemundam Suevicam: Schvvinfurtum suum Advocatum regium, sed qui adiungere sibi debet aliquot scabinos Norimbergenses & Rotenburgenses: Dunckelspiela Ammannum, Vrbis & Scabinos petitos Nordlinga, Rotenburgo ad Tuberim, Halla Suevica, & Werta Suevica: Halla Suevica regium suum Scultetum, iisdem tamen adjunctis Scabinis ex tribus proximis vrbibus. Quæ omnia narrant cùm aliis um Petrus Friderus* l. 1. procesf. Camer. sub finem. *Secutæ verè hoc exemplum sunt & alia Vrbes libera. Namque & Argentina Iudices prima instantia agnoscit Basileam, Wormatiam & Vlmam. Ratisbona Augustam Vindelicorum, Noribergam & Vlmam.*

Cùm ad eandem penè libertatem pervenissent Saxonicarum Vrbium nonnulla seculo XIV. *ipsa quoque similem ob causam in Iudicia quadam compromiserunt. Eo factum vt Venedici soli præstantissima quaque Urbes Lubecam hodieque provocent à sententiis suorum magistratuum. Accessisse tamen & illud crediderim, quod illa Urbes leges & statuta Lubecâ, tanquam à matrice sua acceperint: vt proinde in dubio hinc ius petere æquum sit creditum. Et vero hac potissimum ratione inducta olim Polonica, Bohemica, Marchia Misnensis & Lusacensis, Vrbes complures, provocârunt ad Magdeburgi & Hallarum Saxonicarum amplissima quondam in id instituta tribunalia. Quod ipsum ergo mutatis in plerisque locis legibus antiquis, accedente Regum exterorum interdicto, hodie penè omne desiit.*

Sed de Iudiciis quæ in locum Iudiciorum à Missis olim exercitorum successerunt, satis est dictum. Facilè autem apparet id quod antè diximus hac in re multùm detrimenti auctoritatem regiam accepisse. De ipso AVLICO IVDICIO REGIO *vel Cæsareo quadam addenda. Speculum iuris Suevici* part. 1. c. 13. *ita loquitur:* In welche Stadt der König kompt die in dem Reich lieget / das ist und dieweil er darin lieget / die Metz / der Zoll und das Gericht ist sein / er sol auch alles das richten das in der Stadt und in dem Lande zu richten ist / ohne das begehret ist zu richten / das sollen die Richter richten / voraus die das beginnen haben zu richten. *Quorum verborum non ea tamen mens est, quasi Rex teneatur omnes controversias illas iudicare, sed quod possit decidere. Quapropter cautiùs loquitur Speculum iuris Saxonici* l. 3. art. 60. In quacunque civitate Imperij Rex devenerit, ibi Telonia ei vacabunt & Monetæ: Et in omni territorio quo se transfert, sibi Iudicia vacant, vt possit cognoscere de omni causa in Iudicio non incepta nec determinata. Et in adventu Principis omnes detenti (ad faciendam cum eis iustitiam) sunt regi præstandi, quanto citiùs post regis postulationes id duci poterit ad effectum, & in ipsius præsentia vincendi sunt, aut (vt juris est) dimittendi, postquam rex eos aut ipsius nuncii ad iustitiam in audientia detentoris, aut in castro vel fundo vbi detenti sunt, postulaverit. Præmissa si denegentur, & hoc per nuncios poterit comprobari, statim qui eos tenent & detinuerint, & castra in quibus detinentur, proscriptioni. Imperij includentur. *Faciunt eodem verba illa* l. 1. art. 58. Quando Comes Iudicium sui Gogravij ingressus fuerit, per hoc Iudicium Gogravij evacuatur. Et sic Comitis Iudicium eliditur, si Rex eius ingressus fuerit Comitatum, vbi rex & Comes ambo sunt actioni præsentiales. Sic etiam omnes Iudices in regis præsentia, si actio ipsum non attigerit, suspenduntur. *Hac duo illa specula. Quæ si locuta sunt ex more sui avi, manifestum est priscum Ius regum ætate Francorum vsitatum hac quidem in re adhuc superfuisse circa initium seculi quarti decimi. Quod tamen vel asserere vel negare equidem haud ausim. Ab illo autem vsque tempore ius hoc magna ex parte omnino evanuit.*

Id certum videtur provocationes ad Regem fuisse omni etiam illo tempore licitas, & quidem in rebus levissimis. Ceterùm post illa privilegiis de non appellando multis hoc modis restrictum est. Etenim iam ante Cameralis Iudicii originem reperire est, aliis indultam immunitatem non appellandi de certa aliqua pecunia summa aliis simpliciter, vel non nisi quando præsens adfuerit Rex. Sic Lehmannus l. 5. Chron. Spirens. c. 116. & c. 125. *recitat privilegium Spirensibus datum à Rudolpho I. & Adolpho Nassovio de non vocandis Spirensibus in Iudicium Cæsareum extra vrbem suam, nisi quando sit denegata iustitia. Carolus* IV. aureæ suæ bullæ tit. 8. *regi Bohemia illimitatam iudicandi facultatem attribuit, aut potius confirmat:* t. 11. *aliquantò restrictiorem auctoritatem (liberam enim reliquit provocationem si iustitia denegetur) etiam reliquis sex Electoribus concedit. Id tamen neque à tribus Ecclesiasticis Electoribus, neque à Palatino & Brandenburgico observatum esse vulgò narrant. Quicquid verò sit, per Rudolphum Cæsarem* II. *Serenissimo Electori Brandenburgico iterum hoc est confirmatum, eoque nunc vicissim in vsum redit. Valent verò eadem autoritate & Archiduces Austria. Inter alias enim eminentissimas immunitates etiam numerant:* Daß von ihnen an einen Römischen Käyser oder König / noch an des Reichs Cammergerichte / oder andere Gerichte nicht *appellires, supplicires* noch *redimires* werden kan. Item daß sie mit keiner Sachen schuldig sein / für dem Reich zu Recht zustehen / sie wollen dann gerne. *Prater hos verò penè nulli non Ordinum data sunt sua quadam, magis tamen minusque restricta, de non appellando, privilegia. Quorum multa recenset Friderus* l. 1. de procesf. in appendice, *multa ex eo tempore à variis impetrata sunt.*

Quamvis verò olim permissa promiscuè omnibus fuerit provocatio ad Iudicium regium, rarò tamen ante quidem seculum quartum decimum fuisse illuc causas adductas, facillimum cognitu est ex aulici illius Iudicij ipsa constitutione. Etenim ea de re ita cautum est Friderico II. Cæsare anno 1236. cap. 24. Wir setzen auch das des Reichs Hoffe habe einen Hoffrichter / der ein freyer Mann sey / der auch in dem Ampte zum wenigsten ein Jahr sol bleiben / der sol alle Tage zu Gericht sitzen / ohn den Sontag vnd die heiligen Tage / vnd sol die Leute richten die ihm klagen von allen Leuten / ohne Fursten vnd andere hohe leute / wann es gehet an ihren Leib oder an ihr Recht / oder an ihr Erbe / oder an ihre Ehre / daß wollen wir selber richten. Eadem verba repetuntur in Edicto Rudolphi I. apud Lehmannum l. v. c. CVIII. ut & in Edicto Alberti I. apud Goldastum parte II. Reichssatz p. 27. vbi cap. 13. art. 5. additur: Der Richter sol auch haben einen sonderlichen Schreiber der da beschreiben sol alle die in die acht kommen / vnd die Sache darumb sie drein kommen seyn. Ad illum actuarium pertinent & sequentes articuli ad cap. XL. Hinc verò liquet Iudicium aulicum Imperatoris toto illo seculo decimo tertio unum tantum habuisse Iudicem & unum Actuarium vel Scribam. Non aliam fuisse illius Iudicij rationem seculo etiam decimo quarto, abundè liquet ex illius ævi monumentis.

Cæterùm decimo quinto seculo appellationes illæ cœperunt esse longè frequentissimæ. Causa autem huius rei nulla fuit alia, quàm quòd eo tempore præter antiquum morem litibus tota pene Germania cœpit abundare. Cuius mali causam multos Ordinum in doctores Iuris Romani tum retulisse, eoquè illos ab omnibus Iudiciis & consiliis voluisse abigere, ipsum quoque Ius Romanum Germaniâ omni statuisse eiicere, manifestum est ex iis tabulis Reformationis quas habet Goldastus p. 1. Reichssatz p. 166. Et verò negari nequit penè illo ipso tempore quo in foro Germaniæ cœpit aliquis Romani juris usus; simul magnam litium sementem in fora nostra sparsam esse. Hocque ipsum satis fuit accuratè Ordinibus tum observatum. Ast non quod illi putabant, sed partim in causa simul tum introducta procedendi in foro ratio, Pontificia curia probata, longa illa ac morosa, partim pessimorum rabularum malitiæ perversique ingenij partibus apertus ille amplissimus campus calumniarum ac sycophantiarum. Scilicet antehac procedendi illa ratio jam tum dudum unà cum pontificio jure pedem intulerat in Germaniam: verùm obtinuerat tantùm in foro Ecclesiastico, alibi non nisi parùm ex eodem fonte jam manaverat, quantum hodieque videre est ex Speculis juris Saxonici & Suevici. Attamen utplurimùm simplex observatus fuit processus in foris secularibus. Satis fuerit de Spirensibus Iudiciis audire testimonium Lehmanni l. 4. Chron. cap. 21. Was den Proceß in Rechtsachen anlanget / wiewol man vor Gericht vnd Recht in Rechtsachen gar langsamb den Brauch der Protocollen angefangen / so ist aus denselben / fast vor 200. Jahren beschrieben / zuvermercken / daß von alters ein kurtzer Proces in allen Bürgerlichen irrungen gehalten / vnd schwere Sachen in zweyen oder dreyen Gerichts Tagen auffs längst erledigt worden: &c.

Cum præter alia mutata itaque fuerit procedendi ratio in multis Germaniæ foris, non potuit non seges litium succrescere, atque adeò appellationum ad Iudicium Cæsareum major solito copia nasci. Et verò ea appellationum insolita multitudo permovit Cæsarem Ordinesque de stato quodam & novo hactenus Germaniæ haud usitato summo tribunali constituendo. Neque enim simpliciter verum est, quod vulgò fertur, originem ortam ex eo, quòd Iudicium regium unà cum Cæsare ambulatorium esset. Ab antiquissimis enim temporibus illud semper fuerat vagum, nec tamen hactenus ulla necessitas exegerat locum aliquem illius Iudicij statum. At verò accedente illâ litium copiâ, sanè necessarium fuit constans tribunal statuere. Multùm hac de re deliberatum primò fuit Maximiliano Cæsare ann. 1495. Spira verò Nemetum demum in hunc perpetuum usum consecrata in Comitiis Augustanis anno 1530. Constat amplissimus ille Consessus hodie Iudice Cameræ Comitivæ aut Baronalis dignitatis, & quadraginta vno Assessoribus, iisque partim Romanis partim Augustanis fidei dogmatibus addictis. Constituuntur autem hi partim ab Imperatore, partim ab Electoribus, partim denique à reliquis Ordinibus, prout hi in Circulos divisi sunt. Proceditur, in causis judicandis non summariè ut olim, sed tractu longiori illo. Quamvis verò non liceat appellare à sententijs hujus tribunalis, nec causas huc delatas aliò avocare, tamen si culpa dolive arguatur Camera, petita inter justum tempus Revisione aut Syndicatu, ad Cameræ Visitatorum Iudicium recurritur, suspensâ interim executione sententiæ in Camera tribunali pronunciatæ. Quo patet simpliciter summam judicandi auctoritatem, non penes Ordinarios tribunalis illius Iudices, sed eius Visitatores esse constitutam. Cæterùm Revisiones ejusmodi dudum nullæ haberi potuerunt ob contentiones inter Ordines Catholicos & Evangelicos exortas, illis nempe in Visitatorum numerum non admittentibus eos quibus ex lege publica ius hoc datum fuit. Quàm lentè porrò causæ in foro isthoc decidantur docent querelæ publicæ Ordinum. Inter Gravamina Evangelicorum Osnabrugæ non adeò pridem hæc disertis sunt verbis proposita Daß es mit der Administration der Justitz zu Speyer der massen langsam vnd verzüglich zugehet / daß die Gerichtliche Proceß bey eines Menschen / ja offtermals Kinds vnd Kindes Kinder gantzen Lebens zeiten kaum zu ihren endlichen Beschluß / zu geschweigen Vrtheil vnd Execution / nicht gelangen können / vnd als der finis Iustitiæ, ut ius suum cuique tribuatur, so gar dabey nicht erreichet wird / das viel mehr contrario planè effectu andeen bedrängten sub prætextu iuris daß ihrige calumniosè auffgehalten wird: Ja sie auffsetzen müssen. De multitudine causarum ibidem adhuc hærentium memoratu digna sunt eorundem Evangelicorum Ordinum verba in Gravaminibus. Die Schuld solcher immortalis litium diuturnitatis nicht so wol denen litigantibus, eorundem advocatis seu procuratoribus, noch Dominis Iudicibus & Assessoribus, viel weniger prudentissimis legibus & sanctionibus, vel procedendi formæ

modoque

modoque per se, als vornemlich *immensa causarũ multitudini* zu zuschreiben: Welche bereits auff viel tausend zum Theil geschlossene / zum Theil noch obschwebende Händel der massen erwachsen / daß gleich wie bereit mit derselbigen alleinigen erörterungen / die Herrn Assessores auch in völliger anzahl länger dann ein gantzes seculum zu schaffen haben würden / das im fall noch immer zu noch newe Sachen dazu kommen solten / sich selbige gar in infinitum auffhäuffen / vnd keine andere Mittel oder Hoffnung mehr zu der meisten oder zumahlniungerer Händel expedition vnd erledigung übrig verbleiben / vnd also in effectu derselben Campana sine pistillo sein / vnd mehr den bösen vnd schuldigen zu Mißbrauch / als denen bedrengten vnd vnschuldigen zu gute / kommen würde. *Hæc illi. Quæ omnia quantùm absint ab illo antiquo Iudiciorum statu nemini non est manifestum.*

Præter hoc verò summum Iudicium alterum quoque natum fuit, sive mansit superstes, in aula Cæsaris, quod vulgò der Reichs Hoffraht *nuncupatur. Cuius leges & ordinem primum, Ferdinandus Cæsar* anno 1549 *promulgavit, auxit Cæsar Maximilianus II.* anno 1596. *planè novavit* anno 1614. *Matthias Imperator. Solius verò hactenus Cæsaris fuit illi Iudicio Senatores dare. Quamvis verò ante hoc fatale Germaniæ bellum à Correspondentibus Ordinibus huius Iudicij auctoritas acriter fuerit oppugnata, tamen etiam tum à plurimis Ordinibus fuit admissa, nunc vero à nemine fortassis in dubium amplius vocatur. Certè & in Transf. Prugensi confirmatum hoc Iudicium est, & nuper neq; Osnasbrugis neq; Monasterii ea de re disputatum. Tantùm id malè habet Evangelicos quod in Iudicij huius Senatu hodie soli Pontificij cooptentur, qui cùm odio summo prosequantur omnes Evangelicos, iniquis sententiis hos prægravant. Verè itaque & hoc Iudicium summo est per Germaniam loco, nullaque fortassis parte minus Spirensi Camera: quin maiorem potiùs huic attribueris auctoritatem quàm Spirensi illi, quòd illius decreta revisioni subiaceant, huius omnia sint ἀνυπεύθυνα.*

HÆC ferè est summa Iudiciorum Germaniæ, ab antiquissimis retrò temporibus ad nostrum usque ævum deducta. Brevibus restat ut exponamus qua ratione fortassis nonnihil in melius vitia quædam, quæ nunc superesse passim monuimus, possint emendari. Ante omnia ergo ponendum quasi extra controversiam, ad id, ut Respublica aliqua plenè fruatur maiestatis iure necessariò requiri, ut sola habeat in potestate sua omnia Iudicia sine quibus administrari non potest. Neque enim respublica quæ aliorum Iudiciis tenetur, sive quoad omnia, sive in multis negotiis, verè libera est & sui iuris. Quod si ergo Germania verè libera aliqua est Respublica, profectò eius membra aliorum Iudiciis nequaquam debent esse obnoxia. Ponendum secundò etiam hoc est: cuilibet Reipublicæ liberæ competere plenum in suos cives Iudicium: eoque à Iudicio Reipublicæ neminem civem posse esse immunem; qui autem est immunis, illum ampliùs in civium numero non esse. Tertiò *ponendum: multùm referre ad statum Reipublicæ, penes quem sit potestas dandi Iudices negotiis potissimorum Ordinum: itaque prout debet esse Respublica etiam Germanica, monarchica an aristocratica, an mixta, ita etiam hoc ius oportere, ut sese aliter atque aliter habeat.*

Hinc manifestum est ignominiosum esse Reipubl. nostræ id quod sibi arrogant Papæ Romani imperium in Cæsares & Reges Germaniæ: eòque manibus pedibusque, quod aiunt, procul à cervicibus Reipublicæ meritò hoc propellendum esse. Ex re igitur fuerit non tantùm illis Hildebrandinis conatibus, si quando fortassis recruduerint, omnem Reipublicæ potentiam opponere, verùm & doctrinam quidem illam momento ullo perferre ac pati. Ad exemplum sc. Gallicanæ Reipublicæ, quæ hæresios illius damnum cum vetere Germanica experta, libros illius argumenti manu carnificis è medio tollit. Neque verò est quòd blandiamur nobis exemplo Hispaniæ, cuius Rex securè doctrinam illam toleras. Multùm enim utramque inter Rempublicam interest. Fortè verò & Hispania aliquando securitatis suæ luet pœnas. Sixtus sanè V. animosus Papa nihil ipsius Philippi II. potentiam veritus parùm abfuit quin & in illum sacrum fulmen vibraret. Et verò quid expectare nos iubeat curia Romana vel ex eo liquet, quòd non adeò pridem ipsum Hildebrandum divorum ordinibus inseruerit. Certè nisi excommunicandi vim Papæ relinquamus: nequiquam tolerandum est quod idem solvere subditos possit fidelitatis sacramento, aut aliis muneribus civilibus quicquam impedimenti parere. Multò minus toleranda est propudiosa illa doctrina de singulari dominio Papæ in Cæsares tanquam Vasallos suos. Sanè ut ex re sua indicavit Hispanus Baronij adversus Siculam Monarchiam disputationem omnibus suis terris arcere, ita consultum fuerit ex ipso etiam Pontificij iuris corpore canones & constitutiones Papales Germaniæ ignominiosas auctoritate publicâ tollere.

Similiter non permittenda ampliùs Papæ est iurisdictio in Episcopos aut clerum reliquum, multò minus in alios & bona publica Imperij. Num etiam hoc pugnat cum αὐτοκρατορίᾳ reipublicæ Germanicæ, ut taceam quàm sit noxium causas ex Germania Romam trahere. Et verò satis commodè omnia poterunt revocari ad instituta veterum canonum de quibus jam tum suprà aliquid innuimus. Cumque Episcopi nostri & Abbatum multi simul Principes agant, profectò cognitio de eorum vita, moribus, & in universum de civilibus ac criminalibus eorum causis ad Rempublicam omninò pertinet. Alioquin enim respublica non habeat iurisdictionem in suos cives; quo nihil est absurdius. Ipse Bellarminus l. contra Guil. Barclaium p. 588. *concedit ius fuisse Carolo V. proscribendi Hermannum Archiepiscopum Coloniensem, quòd esset Princeps Germaniæ. Ne merè Ecclesiastica quidem causa extra omne reipublicæ Iudicium debent esse: ut sanè exemplo præiverunt hac in re suo non tantùm Cæsares Romani prisci, qui à Constantino Magno floruerunt, sed ipse etiam Carolus Magnus & Ludovicus, ceu ex historiis notissimum est. Certè quod Galliæ in clerum licet, id utique licebit etiam reipublicæ Germanicæ. Numerat autem illa delicta quædam gravia pri-*

uilegiata dicta, (cùm tamen rectiùs deberent dici communia *ut etiam censet Milletotus) quorum cognitio & iudicium magistratus est secularis. In universum nihil est Reipublica magis adversum, quàm si non tantùm vivant in civitate, sed etiam bonis publicis, imò maximis, gaudeant qui Reipublica legibus & iudiciis non tenentur.*

Porrò si quidem respublica Germanica non debet esse μοναρχικὴ, sed in partem maiestatis veniunt Ordines regni, manifestum est causas Ordinum, quæ quidem vitam & dignitatem vel bona potissima attinent, decidendas esse non in alio Iudicio quàm quod ipsi quoque Ordines instituerunt. Itaque aut antiquus & ab omnibus retrò seculis vsitatus mos Principum causas Regis & Parium Iudicio committendi fuerit observandus, aut verò tribunal aliquod in hunc vsum, communi Reipublica auctoritate, fuerit instituendum. Communi inquam: Neque enim temerè permittendum, tanta ut causa vel citra Regis vel citra Ordinum mentem & sententiam iudicentur: vtpote quum ad Reipublica summam pertineant, summa autem isthac penes illos coniunctim sit, nisi fallimur. Fortassis verò apprimè etiam in rem fuerit, si omnes illæ controversiæ quàm certissimè finiantur, atque adeò in eorum Iudiciis processus obtineat quàm simplicissimus & qualis ante hos ducentos annos semper in usu fuit. Animorum enim distractionem pariunt lites, nihil autem in omni Repub. perniciosius, quàm si Principes & Optimates inter sese studiis collidantur, quæ vox est omnium sapientum & magno [proh dolor!] Germania malo comprobata. Et verò solito maius periculum est à controversiis Ordinum si Respublica sit liberior. Aureum sanè assertum est Taciti: periculosiores sunt inimicitiæ iuxta libertatem. *Ad hæc cùm executio sententiarum istiusmodi prudenti consilio Circulis singulis sit commissa fortassis haud abs re fuerit, si pecunia & apparatus bellicus singulis Circulis fuerit ad manus, cùm ad alium Reipublica vsum, tum ad cogendos illos qui viribus suis freti latis iustè sententiis obtemperare detrectant. An verò non loca munitiora refractariorum, aut alia eorundem bona per vim occupata, publico vsui totius Circuli servare præstet, quàm diruere aut alii alicui concedere, iudicent prudentiores.*

Haud obscurum porrò est, longè fore vtilissimum Ecclesiæ, si Episcopi & Abbates solis sacris vacantes secularem iurisdictionem Cæsari & iudicibus secularibus permittant. Quemadmodum in Gallia anno 1320. Philippo Pulchro regi eam concessa clerus Gallicanus. Sed hoc optari fortasse potest quidem, non sperari tamen: ut est hodie mundanæ potentiæ Clerus, exemplo sui Papæ Romani, vehementer addictus.

Illud verò omninò par est & iustum, ut Iudicia omnia ita sint instituta, ne cuiquam partium sint gravia. Eoque cùm [eheu] religionis dissidium in odium mutuum plurimos traxerit, quò magis æqualiter omnibus ius dicatur, omnino iis locis vbi vtriusque religionis sociis litigandum venit, Assessores Iudiciis dandi sunt vtriusque itidem religionis. Multò maximè ergo id oportet ut obtineat in summis Germaniæ tribunalibus. Certè id nisi fiat, tametsi Iudices optimè etiam functi fuerint officio suo, nunquam tamen deerit malè suspicandi causa, quæ est perpetuum discordiæ fomentum.

Omninò denique danda est etiam atque etiam opera, ut litium hæc multitudo & diuturnitas, quæ haud multò minùs perdit Germaniam atque vis militaris, emendetur. Quod ipsum fortassis poterit fieri, si in universè litigantes omnes, & seorsim in litium iniquos patronos, gravissimis pœnis animadvertatur: si Iudicibus nihil ex partium sportulis aut muneribus sit exspectandum, sed cogantur illis suis ex publico stipendiis esse contenti: si processus iudicarius ad priscam simplicitatem, quâ tot seculis floruit Germania, quæque in omnium veterum rerum publicarum optimarum foris, in suis Hebræorum ab ipso Deo fuit probata, si non omni ex parte, saltem potiore reducatur: si postremò quæcunque in controversiam trahi solent singulis in locis legibus plebi etiam perspicuis quoad fieri potest definiantur. Certè quamdiu omnia hæc in Germania sunt observata litibus nusquam laboratum fuit. Num in remedium liceat laudare privilegia quæ vocant de non appellando, meritò fortè dubitaveris: namque eo ipso & plebis libertati & summæ reipublicæ auctoritati perinde fortassis detrahitur. Attamen nisi quæ modò diximus, observentur iuvare illa privilegia ad litium finem fatendum est. Quod si profectò haud placuerit remediis quæ laudavimus vti, omnino vel appellationes ad fora regni summa præcidere magis magisque ex re fuerit, vel verò in singulis Circulis summa tribunalia publica Reipublica auctoritate sunt constituenda. Neque verò hisce moribus duo quæ nunc sunt Tribunalia publica litibus finiendis sufficiunt, sed numerus illorum augendus est, Gallici regni exemplo.

Leges animæ dimidium Civitatibus præstare apud omnes in confesso est: ac sic, expositâ per ea quæ de Germanici Imperii Civibus, Vrbibus, Ducibus & Comitibus, Electoribus, Episcopis & Iudiciis tradidimus, Germaniæ nostræ Republicâ: De eius moribus, institutis & legibus hic agere esset tempestivum, nisi fusè satis & luculenter de iis nuper in Helmstadi edito nostro de Origine Iuris Germanici Commentario. Quapropter huic supersedêre labori consultius, hoc tantùm addito verissimo Elogio, quo *Tacitus*, Scriptor summus, nostrorum Avorum mores olim commendare dignatus est.

Plus apud eos valent boni Mores, quàm alibi bonæ Leges. Hæc Dn. D. Conring: Conringianæ huic Dissertationi jungatur Burgold. p. 2. ad Instrum. Pac. Disc. 20. vbi in nonnullis v. g. Cameram Spirensem & Fürstenrecht concernentibus ab ipso dissentit. *Sequitur iam textus Dn. Autoris Enucleatus.*]

I. In Imperio nostro olim litigaturi (sive quos prima instantia, sive quos alia eo vocabat) Imperatorem eiusque curiam, quæ & ipsa ambulatoria, magnis sumptibus atque dispendiis sequi cogebantur; atq; præterea, vel propter controversiarum grande chaos, vel bellicis atque aliis negotiis publicis irretitus, Imperator cunctis superesse non ipse, nec per consiliarios quidem commodè posset, nec quod Rotvvilæ jamdudum à Conrado formatum judicium, generale aut sufficiens esset, tandem huic malo medicina posita, atq; judicium generale nomine Cameræ insti- *Cameræ Imperialis Origo.*

ræ institutum, à Maximiliano I. Imp. communi Statuum consilio, anno 1495. ultimo Octob. ut esset supremum justitiæ domicilium, singulare Imperii civium perfugium, atq; adeò extremum juris asylum, das oberste vnd letzte Gericht (R. A. zu Augsp. anno 1530. §. Dieweil nun vnser.) [add: *Dividitur hoc judicium in Iudicium Senatus & Audientiæ. Iudicium Audientiæ est solemnis Præsidis & Assessorum consessus, in quo jurati Cameræ Procuratores audiuntur. Iudicium Senatus est Præsidis nec non Assessorum consessus, in quo de rebus in audientiâ propositis deliberatur, & cui vel judex Cameræ primarius vel judicis loco alius Comes vel Baro, secundarius dictus, præsidet. Vid. Dn. Beckmanni Diss. de Iudicii Camer. divis. & personis in eo versantib.*].

Locus Cameræ Imperialis.

II. Huic Iudicio, primò Francofurtum ad Mœnum assignatum, atque ibi, dicto anno 1495. 3. Novembris, prima judicialis audientia celebrata fuit. Verum non statarium hoc in loco semper permansit, ut nec certam à conventione Statuum sedem habuit: Denique in comitijs Augustanis, Statuum consensu, ordinatum, ut Camera stataria esset Spiræ: (R. A. zu Augspurg anno 1530. §. Darzu meinen vnd wollen wir. Cammergerichts ordnung an. 1555. part. 2. tit. 34.) [add: *Et ita hoc judicium, sub Maximiliano I. captum demum sub Carolo V. perpetuam sedem Spiræ primùm accepit.*].

Quatenus locus Cameræ immutari queat?

III. Cuius exceptio est I. nisi translationem perpetuam ratio suadeat prægnans, & Imperatoris atque Statuum accedat scientia & consensus. II. nisi translationem temporariam suadeat bellicus tumultus, aut contagiosa lues. (*d. part. 2. t. 34. an.* R. A. zu Speyer 1570. §. Dieweil dann je billig/ *& §. seq.*). [add: *De Translatione Cameræ Imperialis in commodiorem locum actum in diæta Monasteriensi V. Instrum. Pac. à 5. §. 20. & in Comitiis Ratisbon. de an. 1653. 54. ubi quid dispositum sit vid. R. illorum Comit.*: §. Als auch bey den algemeinen. *Plura de hac re vid. ap. Aut. ad Instr. Pac. p. 2. Disc 20. n. 11. & ibi not. Francisci Irenici.*]

Iudex Cameræ à quo constituatur?

IV. Personæ eorum qui in Camera operantur variæ sunt. I. est Iudex Cameræ sive Prætor, der Cammerrichter quem constituit Imperator, vel in eiusdem absentia, Rex Romanorum: (*Ordin. Cam. part. 1. tit. 1. §.* Nemlich / *& tit. 4. in pr.*)

Eius requisitæ qualitates.

V. In eo autem constituendo requiritur (1) Iuris Imperii tam scripti, quàm consuetudinarii atque recessus dirigendi peritia: (*d. part. 1. sing. in pr. t. 9.*) (2) Ut natus sit in Germania, *d. loc.* (3) Sit principali dignitate coruscans, Status ecclesiastici, vel secularis (potius tamen huius, quàm illius conditionis, si haberi possit) ad minimum autem Comes vel Baro. Inferioris enim dignitatis nemo hoc scandit honoris culmen: (*d. part. 1. tit. 1. in p.*) (4) Sit aut religionis Catholicæ Romanæ, aut Reformatæ, quam Lutheranam vocant: (*d. t. 3. §. ult.*).

Eius potestas & munus.

VI. Constituti potestas & munus potissimum consistit in subsequentibus: (1) Curam adhibeat, quò omnia negotia atq; processus in consilio, juxtaque judicio, & alibi, ad normam ordinationis Cameralis dirigantur, contrarium agentes, puniat, citra conniventiam; mulctas per Bedellum colligat, atque in omnibus officii sui memor talem se exhibeat, ut apud Assessores, & alios, ipsius honor atque reverentia sarta tectaque sint: (*d part. 1. t. 9.*) (2) Ad relationes & vota Assessorum diligenter debet advertere, atque curare, ut ordine & accuratè peragantur, nec permittere, frustra tempus superfluis disputationibus, allegationibus & repetitionibus teri: (*tit. 10. in pr.*). (3) Assessoribus acta ad referendum, quantum fieri potest, æqualiter distribuat, & provideat, ut acta definitivè referenda illi committantur, qui eiusdem causæ relator in interlocutoria fuit: (*d. t. 10. §. 1. & 2.*). Pro causarum qualitate duos unius causæ relatores constituat, & distributorum actorum indicem in promptu habeat: (§. So soll. & §. Vnd damit) (4) In referendo ordinem hunc observari curet, ut causæ anteriores præferantur posterioribus, nisi jus, æquitasve aliud postulet (§. Vnd nach dem). (5) Sententiam efflagitantibus importunè, sive litigantes ipsi hoc agant, sive eorum procuratores, tantùm hoc responsi det; relatum iri suo quamque causam ordine: à quo verò, quando, quove in senatu hoc fieri debeat, studiosè dissimulet, atque silentio obsignet. (6) Assessores in diversos distribuat Senatus, ita tamen, ut pro qualitate personarum æqualitas justa observetur, ne peritiores, vel unius religionis, in una concurrant, sed potiùs in singulos distributi compareant: (§. Ferner). (6) Ut Assessorum quilibet in suo senatu manè compareat, nec cum cæteris prius in communi buleuterio congrediatur, Prætor provideat: (§. Vnd so solche). (7) Ordinem in referendo conservet, nec permittat, ut quispiam à referendo se eximat, nisi justa ex causa: (§. Es sollen / & §. seq) 8) Ipse Assessores in relationibus & votis non impediat, prætereaque curet, ut Assessores sibi invicem in referendo diligentes præbeant aures, nemo verò alterum votantem interturbet sermone vel alio strepitu: (§. Item es soll.). (9) Ad vota diligenter advertat, ut scire possit, an reiteratâ vice votandum sit, necne. Quod si secundâ vel tertiâ vice in eadem causa reiterari vota debeant, ut breviter id fiat, citra otiosam antea dictorum repetitionem: (§. Es soll auch darumb / & §. seq.). (10) Ut amicè omnia in senatu peragantur, & scommata exulent, provideat unice: (§. Es soll auch der Cammerrichter). (11) In audientiis publicis, ut procuratores sese mutuò exaudiant, & protonotarii in consignandis propositionibus non turbentur, strepitus & turbas prohibeat: (*tit. 11. §.* in offentlichen). (12) Procuratores eò inducat, ut, quæ ad rem pertinere videbuntur, loquantur tantùm. (14) Quod si Assessor aliquis moriatur, aut renunciet, Circulo seu Statui, à quo is præsentatus fuit, citra moram hoc significet, alius ut surrogetur: (*d. t. 4. §.* wo auch also.)

Eius dignitas.

VII. Ad honorem Prætoris refertur, quod caput Cameralis Iudicii audiat: (*d. part. 1. t. 9.*) Privilegia ipsi ferè cum cæteris huius judicii Assessoribus, atque personis eiusdem aliis communia sunt, ut immunis habeatur à daciis, teloniis, & omnibus huius generis oneribus (*d part. 1. tit. 49*)

Eius salarium.

VIII. Salarium, prout personæ qualitas variat, diversum est. Si Comes, aut Baro fuerit, duo millia florenorum sufficiunt. Si Princeps,

non æquè (*part.1.tit* 43.) [add: *Vide inprimis R. I. Ratisbon. de an.* 1654. §. Betreffend aber die *media.* ubi floreni Camerales mutari in Imperiales In d. Rec. §. Dieweil auch ꝛc. *Prætori assignati* 4400. *Imperiales. Quatuor Præsidentibus autem (unicuique* 1371. *Rthlr)* 5484. *Rthlr*]

Assessorum in · altera numeris. IX. II. Assessores, quorũ alii ordinarii sunt, alii extraordinarii. Illorũ primò constituti erant sedecim, & nominabantur Vrtheiler (Ordnung des Cammergerichts zu Worms *anno* 1495. *tit.* Wie das Cammergericht mit Richtern vnd Vrtheilern besetzet werden soll. Tandem totus excreverit numerus in quadraginta & unum: (R. A. zu Speyer *anno* 1570. §. Dieweil dann von wegen.) [add: *In dieta Monaster. conclusum novissimè, ut præter judicem & quatuor Præsides, & quidem duos horum ex Augustanâ Confessione à solâ Cæs. Maj. constituendos, numerus Assessorum Cameralium ad quinquaginta in universum adaugeretur &c. Vid: Instrum Pac. a.* 5. § 20 *Ast infelix Sol proh dolor! ultra* 17 *simul hactenus non vidit, ut loquitur Dn. Blumius de Process. Cam Tit:* 4. *n.*15 *Unde hoc ipsum veniat, exponit Aut. ad Instr. Pac. p.*2. *Disc.*20 *n.*12]

Qui constituant Assessores X. Constituunt Assessores; (1) Imperator tres Comites vel Barones, & duos alios Iuris peritos Cameræ præsentat: (*d.* R. A. zu Speyer *anno* 1570. §. nemlich wollen wir.). (2) Sex [add: *Hodie septem*] Electores (Bohemus enim ad Cameræ constitutionem nequicquam, vel operæ, vel pecuniæ contribuit) quorum potestatis factum, in totum præsentare decem Assessores (*d.* R. A. *anno* 1570. §. Nemlich wollen wir). (3) [add: *Hodie quatuordecim Vid Aut. ad Instr. Pac p.*2. *Disc.* 20. *n.* 12.] Imperator, quatenus Archidux Austriæ, & Burgundiæ Dux constituit duos Assessores nobiles: (*d. t.* 1. §. Nemlich.) (4) Circuli Imperii sex: videlicet Francicus, Bavaricus, Suevicus Rhenanus, Westphalicus & Saxonicus, quibus tandem data fuit potestas præsentandi quatuor: (*d* R. A. *anno* 1570. §. Nemlich wollen.). [add: *Novissimam constitutionem circa hanc rem vid. in Instr. Pac art.*5. §. 20. *& Rec. Imp. de an.* 1654. §. Demnach in dem Friedenschluß. *Nempe hodie novem Circuli* 20. *præsentant Assessores Vid. Aut. ad Instr. Pac p.* 2. *Disc.* 20. *n.* 12. *Decimus Circulus nempe Rhenanus Electorum non præsentat Assessores, quia tantùm ex* 4. *Electoribus constat, qui aliàs ius illud præsentandi habent.*] (5) Extra ordinem denique, Cameræ Iudex, & Assessores, præsentant tunc, quando Circulus seu Status aliquis in præsentando moram nectit ultra sex menses (*d. part.*1. *tit.*4. §. Wo auch.)

De præsentatione Assessorum. XI. Intra sex menses verò ab eo computandos tempore, quo locum vacare scivit is, cui ius præsentandi competit, Assessor præsentari debet. (2) Nominantur, seu præsentantur, unus (*tit.*1. *in fin.*) duo, aut tres, haud plures in vicem unius: (*d. t.*4. §. Wo auch: *d.* R. A. zu Augspurg *anno* 1570. §. Nemlich wollen wir.) (3) Ex his iudex & Assessores Cameræ eligunt unum, qui præ cæteris magis idoneus (*dd. ll*) quod si nullus horum idoneus sit, quando sex isti menses [add: *Vid. novissimè R. I. de an.* 1654. §. Dieweil aber die Ersetzung.] præsentationi præscripti nondum sunt finiti, Statui seu Circulo præsentanti hoc à Camera intimatur, atque rogatur, ut alios idoneos præsentet (*d. t.*4. §. Aus denselben.)

XII. Qualitates eius, qui ex præsentatis eligi debet, sunt vel generales, vel speciales. *Qualitates præsentatorum.* Speciales: (1) Comites vel Barones illi tres, de quibus suprà dictum, idonei esse debent, ut ex illis aliquis vicem Prætoris Cameralis (hoc scilicet absente) sustinere possit: (*tit.*3. §. Desgleichen.) (2) In Doctoribus & Iurisconsultis, antequam Assessores fiant, requiritur, ut vel in Academia ab Imperatore, aut Rege Romanorum, approbata, legerint, aut ad minimum quinque annis [add: *Novissimè per R. I. de an.* 1654. *non adeò strictè quinquennium istud respiciendum, sed magis qualitas attendenda* §. Sintemahl aber.] iuri dederint operam, & ita negotiis forensibus sint exercitati: (*d t.* 3. §. Desgleichen.) Generales sunt: (1) Vt honestorum sit morum & inculpatæ vitæ. (2) Vt ex legitimo thoro natus sit. (3) Vt in Germania natus sit. (4) Vt iuris scientiâ sufficienti sit institutus. (5) Vt religioni Pontificiæ, aut Lutheranæ sit addictus: (*d. t.*3. §. Vnd insonderheit.) Quid ergo de illis dicendum, quos populariter Calvinianos nominant? Si usum & praxin spectes, pacis studio tales admissi quandoque, ut docet Iohannes Crocius in der Summarischen Nachricht / daß die Evangelische / reformirter Religion zugethane / so eine Zeit hero in Teutschland / vnter Zvvinglii und Calvini verhaßten Namen / übel ausgeruffen worden / niemahl in ordenlicher angestellter Reichs- oder andern ziemlichen versamlungen / nach gnugsamer verhör der Sachen / von gesamnten Ständen der Augspurgischen confession, durch einmühtigen Schluß verdamt / ꝛc. *pag.*129. *n.*250. ubi ait: Im Jahr 1618. am 17. tag Augusti wird von Chur Pfaltz / Hans Georg von der Grün zum Beysitzer am Kayserl. Cammergericht zu Speyer vorgeschlagen / auch ohngeachtet er der reformirten Religion offentlich zugethan / von Cammerrichtern / vnd andern Beysitzern angenommen. Das dann nichts neues gewesen / sintemal von zeit aufgerichten Religion-Friedens / dergleichen viel Exempel vorhanden / wie dieselbe von genannten Beysitzer / und seinem Collegen / H. Doct. Frantz Juger / in einer des Kays. Cammergerichts Præsidenten / am 19. Decemb. im Jahr 1624. überreichten Schrifft / namentlich eingeführt / daß nemlich D. Hartmannus Hartmanni ab Eppingen, in nachfolgendem Jahr des Religionfriedens anno 1566. den 16. Febr. Nicolaus Cisnerus anno 1576. 7. Ian. D. Johann Wilhelm Botzheim anno 1580. 30. Maii. Luther Quad von Wickraden anno 1588. 16. Febr. D. Peter Denaisius anno 1590. 7. August. Adrian von Borell anno 1593. 11. Octobr. D. Frantz Juger anno 1615. 8. Novembr. alle Religionsverwandten / von Chur-Pfaltz præsentirt, vnd durch ordentliche Wahl zu Beysitzern auf vnd angenommen / darbey auch bis an Ihr ende / oder gutwillige resignation, ausgenommen der bey jetzigem Krieg / vnd occupirung der Chur-Pfaltz vorgangenen neuerung / vnbekümmert gelassen worden. Dahin auch gehören / Eckard von Vsendum / so im Jahr 1611. den 11. Iun.

vom

von Chur-Brandenburg/Eberhard Wambolt von Umbstatt / so im Jahr 1573. den 15. Ian. D. Joh. Hartlieb im Jahr 1578. den 18. August. Johann Christoff von der Grün im Jahr 1588. den 16. August. alle vom Oberrheinischen Craiß/ und Joachim Willer / so im Jahr 1580. den 23. Iun. vnd Reinhard von Oldenhausen / beyde vom Sächsischen Craiß præsentirt / und angenommen/ niemals aber Ihnen einige beschwerung/ der Religion halben/ zugefügt/ oder/ ohngeachtet Ihrer etliche bey diesem Stand sich zu der reformirten Religion begeben/ sie zu entsetzen/ oder ihre Stelle aufzugeben / angemuhtet worden. Quæ si tunc observata, multò magis imposterum observanda erunt, postquam Pace Osnabrugis anno 1648. inter Imperium, & Reginam Sueciæ sancita, *art* 7. Reformati Protestantibus ferè æquales facti sunt. [add : *Hodie Serenist. Elector Brandeb. in Camera Assessorem dedit Excellentissimum Dn. D. Iungman : & Elector Palatinus Dn. de Friesen Reformatæ Religioni additum d. R. I. de an.* 1654. §. Doch soll dabey.]

Cultus Assessorum. XIII. In constitutis Assessoribus consideramus cultum, munus, privilegia, seu singularia, & salarium. Cultus duplex est, animi vel corporis. Ad illum perinet (1) ut vivant vel ad normam religionis Pontificiæ, vel ad Lutheranæ, cæterasque fugiant, & aversentur sectas cane peius & angue: (*d.* §. Und insonderheit.) (2) ut virtutibus & honestis studeant actionibus. Ad hunc refertur; (1) ut habitu honesto ac decoro utantur, memores sortis eorum, à quibus dependent, atque propriæ sui ipsius: (*d. t.* 8) (2) Vt progredientes in publicum suos habeant pedisequos: (Denais. *d. tr. tit.* 15. *num.* 4.)

Munus Assessorum. XIV. Muneris assessorum est; Generaliter, iuramento præstito satisfacere: (*d. part.* 1. *t.* 57.) In specie autem (1) solùm debent vacare Camerali iudicio, atque ab aliis negotiis, mercimoniis, advocationibus, consultationibusque in aliis iudiciis, penitus esse abstinentes (*tit.* 6. & 13. §. Die Beysitzer sollen.) (2) Debent ius dicere, & sententiam ferre, etiam minimis in rebus, non proprio ex affectu, arbitrio, & cerebrinâ æquitate, sed secundum communia Imperij iura, recessus atque constitutiones, iura provincialia, statuta atque consuetudines Principatuum, atque provinciarum, unde ad eosdem causarum deferuntur decisiones, idque æqualiter omnibus, sine affectu, & respectu (*tit.* 13. *in pr.* & §. Es sollen.) (3) Ad relationes uniuscuiusque invicem diligenter debent attendere, nec quenquam impedire sermone, actuve alio, quo minus sententiam non interrupto proferat sermone: (*dict. tit.* 13. §. Es sollen.) (4) In puncto præfinitæ horæ senatui adesse debent, nisi legitimum illis sit obstaculum: (*d. tit.* §. Es soll auch ein ieder.) (5) Quæ in Senatu geruntur, atque sententiâ votisque terminantur, perpetuo debent tenere silentio, nec ea cuiquam revelare, nisi Imperatoris præcedat iussus: (§. Es sollen auch die Richter.) (6) Acta iudicialia, quæ illis ad referendum tradita, domi secreto habere debent, ne familiæ suæ obviam, & ante oculos sint (§. Item es sollen.) (7) Publicationi sententiæ adesse tenentur (*tit.* 14.)

XV. Privilegia, ac singularia Assessorum sunt: (1) Ipsi tota cum familia, eorumque post mortem viduæ, immunes sunt, von Ungelt / Tax/ Zoll / und aller Beschwerung / auch anderer Gerichtszwang: (*dict. part.* 1. *tit.* 49. *in pr.*) (2) Degunt sub speciali Imperatoris protectione: (*d. tit.* 49. §. *ultim.*) (3) Excusationem à tutelis, aliisque occupationibus habent: (Denaisius *dict. tract. tit.* 57. *num.* 7.) *Privilegia Assessorum.*

XVI. Salarium Assessorum olim exiguum fuit: Denique *in Recessu Spirensi anno* 1570. (§. Derhalben setzen/ ordnen/ vnd wollen wir.) Comiti vel Baroni octingenti, cæteris Doctoribus, Licentiatis aut Equestris ordinis, septingenti floreni pro salario annuo constituti fuerunt. [add: *Novissimè per R. I de ann.* 1654. §. Dieweil auch. *Quinquaginta Assessoribus unicuique assignati fuerunt* 1000. *Rthlr.*] *Salarium Assessorum.*

XVII. III. Fiscalis Cæsareus. (1) Fiscalem hunc Imperator, vel Rex Romanorum præsentat: (*dict part.* 1. *tit.* 15.) (2) Fiscalis debet esse honesta, docta, discreta, atque in jure graduata persona (der Recht gewürdigte Person) non ignara rerum fiscalium (*dict. tit.*) (3) Fiscalis jurat, negotia ad se pertinentia, summâ sese diligentiâ, in utilitatem Cæsareæ maiestatis, & fisci tractaturum (*dict. part.* 1. *tit.* 60.) (4) Indeque quid eius muneris sit, generaliter ex juramenti tenore, in specie verò ex *tit.* 16. & 17. patet. (5) Salarium Fiscalis exæquatum est salario Assessoris communis: (*tit.* 45. & R. A. zu Speyer *anno* 1570. §. vnserm Käiserlichen Fiscal [add: *Hodie per R. I. de an.* 1654. §. Dieweil: auch *Fiscales accipit* 1000. *Rthlr:*] (6) Immunitates cum Assessoribus communes habet (*d. t.* 49.) *De Fiscali Cæsareo in Camerâ.*

XVIII. IV. Advocati, & Procuratores. Ex his unus Fiscali Cæsareo additus ab Imperatore est (*dict. tit.* 15.) cuius juramentum *tit.* 61. describit, unde eiusdem quid sit muneris cognoscere datur. Salarium olim habuit trecentorum florenorum (*d. tit.* 45.) postea extensum fuit ad quadringentos florenos: (*dict.* R. A. zu Speyer *anno* 1570. §. vnserm Käiserlichen Fiscal) [add. *Hodie Advocatus Fisci accipit* 575. *Rthlr per R. I. de an.* 1654: §. Dieweil auch]. Immunitates cum reliquis Cameralibus æquales habet: (*d. tit.* 49.) Cæterorũ Advocatorũ (1) viginti quatuor esse debent, secundum præscriptum (*dict. ordinationis Cameræ tit.* 18.). His sex additi: (*dict.* R. A. *anno* 1570. §. Wiewol auch leichtsam.) (2) Constituuntur iidem à Prætore & Assessoribus Cameræ. (3) Debent esse ex legitimis prognati conjunctionibus, juris scientissimi, honestæ vitæ, religionis aut Catholicæ, aut Lutheranæ: (*d tit.* 18.) [add: *Reformatos etiam esse admittendos discimus ex R. I. de an* 1654: §. Doch soll darbey]: (4) Iurare debent secundum formulam (*tit* 52. & *seq.*) expressam. (5) Quid eorum sit muneris, (*tit.* 22. 23. 24.) declarant. (6) Salarium certum non habent, sondern müssen sich mit dem/ was ihnen durch Cammerrichter vnd Beysitzer taxiret wirdt/ zur Belohnung benügen lassen/ vnd die Partheien darüber nicht weiter beschweren/ noch einige sondere Geding mit ihnen des halben machen (*tit.* 46.) (7) Immunitates cum assessoribus æquales obtinent: (*d. tit.* 49.) *De Advocatis & Procuratoribus in Camerâ.*

De reliquis personis Cameræ.

XIX. V. Sunt præterea & complures personæ aliæ, quæ Cameræ inserviunt, ut Administrator Cancellariæ Protonotarii, Notarii, Lectores, Registratores, Scribæ, Ministri, Bedelli, Nuncii, atque eorum Magister, der Bottenmeister / dequorum requisitis, muneribus, salariis, atque immunitatibus, varii extant tituli (*d. part. 1. ordinationis Cameræ*), ad quos, brevitatis studiosus, lectorem remitto. [add: *Medicus Cameræ hodie accipit.* 285. *Rthlr. Administrator Cancellariæ* 152½. *Rthlr. Quæstor* 344. *Rthlr: Libellio adversariarum rationum* 45. *Rthlr: Duo Pedelli, unusquisque* 90. *Rthlr. Duodecim tabellarii equestres unusquisque* 37½ *Rthlr.*]

Cameræ iurisdictio non dependet à solo Imperatore, sed à toto Imperio.

XX In illud inquirere operæ pretium est: *quanam Imperialis Cameræ potestas sit?* Responsionem certis includemus regulis I. Camera Imperialis jurisdictionem non à solo Imperatore, sed ab eodem, & cæteris Imperii Statibus coniunctim accepit. Quoniam verò Imperator Imperii caput est, ipsius in honorem Imperialis dicitur Camera potiùs, quàm Imperii, das Käyserliche Cammergericht / licet in effectu, & re ipsâ non Imperatoris tantùm, sed & Imperii Camera sit. Vnde etiam aliquando, sed rarius, ab Imperatoribus isthæc novimus observata verba, Vnser vnd des H. Reichs Cammergericht: (Ordnung des Cammergerichts zu Worms *anno* 1495. *in pr.* Vnser vnd des Reichs Cammer: Handhabung des Friedens *de anno* 1495. *tit.* Alle Register vnd des Reichs Lehenbücher / rc. Vnser vnd des Reichs Cammergericht: Satzung von dem gemeinen Pfenning / *de anno* 1495 §. *ult.*) [add: *Expressus textus est in Ord. Cam. p. 1. tit.* 8. Das die Beysitzer von der Käyserl. Maj. auch Chur-Fürsten und Ständen des H. Röm. Reichs an solche hohe *Iustitien* geordnet / und an ihrer stat sitzen. *Fatentur etiam hoc tres sæculares Electores in Replicâ ad Imperatoris resolutionem ap. Lundorp. T. 2. act. publ. 1. Tr. 4. p. 45. Vid. Dn. D. Strauch Diss. Exot. 13. th. 5. In Instrumento Pacis insuper art. 5. §. 20. non dicitur Imperatoris, sed Imperialis Camera, ubi Imperator & Status de novo Assessores constituunt, majorque numerus ibidem à Statibus in enumeratis circulis constituitur. In novissimo denique Recess. de an. 1654. ab Imperatore & Statibus simul ordo iustitiæ est emendatus; in quo Recessu* §. Weiln auch der Stände *expressò dicitur*: Des H. Reichs *iurisdiction.*] Paurmeisterus (l. 2. de Iurisd. c. 6. n. 18. edit. poster.) est in contrariâ opinione ob rationes pro se loc. cit. adductas. Verùm advertere debuisset Paurmeisterus, Ordines Imperii tanquam universos, unà cum capite suo, hoc est, Imperatore, Cameræ iurisdictionem tribuisse, non autem tanquam singulos. Cameræ iudicium fuisse constitutum ab Imperatore, & Statibus (R. A. *de anno* 1541. §. Vnd damit ausserhalb.) Ordinationes Cameræ, eiusdemque reformationes, extensiones, explicationesque ab Imperatore conjunctim cum Statibus factas: (Ordnung des Cammergerichts *de anno* 1495. *in pr. & f. de anno* 1500 *in pr. de anno* 1507. *de anno* 1517. 1521. 1523. 1531. §. Demnach setzen Wir / 1533. 1555. R. A. *de anno* 1557. 1566. §. Dieweil aber recht. 1570. §. Weiters / nach dem auch / *ibi*: vnsers Käiserlichen rc *de anno* 1594. §. Weiter und als Wir. *de anno* 1600.) revisionem Cameræ, atque sententiarum à Cameralibus latarum, Statibus competere (*Ordin. Cam. part. 3. tit. 53.*) Cameræ ab Imperatore atque Statibus mandari (Cammergerichts-ordnung *de anno* 1600. *tit.* Von der Verwesung Cammerrichters. *Reform. Cam. anno* 1531. *in f.*) Camerales, si quid dubii inter ipsos oriatur, quod in pleno consilio determinare haud valeant, id Imperatoris atque Statuum decisioni submittere: (R. A. *de anno* 1557. §. Ferner nach dem.) Camerales ab Imperatore potestatem accipere auf der Churfürsten / Fürsten vnd Stände vergleichen vnd bewilligen (R. A. *de anno* 1566 §. Als aber ferner.) [add: *Quod textus à Paurmeistero pro se ex Recessibus Imperii adductos attinet, in genere est notandum: Argumentum à verbalibus ad realia ductum non rarò fallere.*]

Iurisdictio Cameræ est ordinaria.

XXI. II. *Qualem vero Camera iurisdictionem obtineat, an ordinariam an delegatam?* ambiguum est. Pro *ordinaria* communis DD. est calculus (Gail. 1. *observ.* 41. *n.* 5.) Rationibus potissimum nituntur sequentibus: I. Cum ordinatione Imperii, quæ legis vim obtinet, iurisdictionem nacta sit: II. Cum recusari non possit: quod iudicum ordinariorum proprium est. III. Cum morte Imperatoris non exspiret: Ordinariæ autem iurisdictionis hoc signum est, morte concedentis non extingui. IV. Cum Imperator caussas in Camera proponi vel diiudicari cœptas, atque ita lites ibi pedentes, neque motu proprio, neque ad partis instantiam, avocare, aut ad se trahere possit: (*Ordin Cam part 2. tit. 35.*) Pro *delegata* licèt minor Doctorum pugnet numerus, attamen non desunt rationes, quibus ea firmatur opinio. I. Camera iurisdictionem directè non habet à lege, sed potiùs ex singulari Imperatoris cum Ordinibus, sive Statibus Imperii, conventione, atque ita non ordinariam, sed mandatam: [Cranius *de pace relig. part. 3. problem. 1. in connexis pag.* 356] A lege si quidem qui iurisdictionem habet, necesse est, ut eam iure proprio, non alieno beneficio obtineat: lex enim non mandat, sed dat iurisdictionem. II. Qui iurisdictionem ordinariam, seu propriam habet, is eandem proprio, non alieno exercet nomine: Camera autem quæcunque agit, nomine, titulo, & sigillo Cæsaris peragit, firmat atque definit: (*Ordinat. Camer. part. 1. tit. 27.* §. Vnd soll der Verwalter.) III. Assessores, & Prætor Cameræ, repræsentant Imperatorem, & Status Imperii reliquos, atque vice ipsorum sunt: sie seynd von Käiserlicher Majestät / auch Churfürsten / Fürsten und Ständen des H. Röm. Reichs / an solche hohe Iustitiam verordnet / und sitzen an ihrer statt: [*d. part. 1. tit.* 8.] Ast qui vice alterius iurisdictionem exercet, is sanè non ordinarius, sed delegatus est: [*d. l. 3 de officio eius, cui mandat est iurisd. l. 16 ff. de iurisdict.*] Hæc duo itaque expedienda erunt; *an Imperator iurisdictionem potuerit in Cameram conferre?* Pro ratione decidendi est; Imperatorem iurisdictionem suam in Cameram transtulisse, non sua ex potestate, sed consensu Statuum Imperii, à quo eam habuit, quibus consultum videbatur Reipubl. Germanorum, Dicasterium hoc summum erigi. Nunc videndum est, *quid quantumve Imperator*

perator

perator consensu Statuum in Cameram translatam voluerit? Illud partim ex ordinatione Cameræ, partim aliunde clarum esse videtur, ipsum ordinariam Cameræ coucessisse iurisdictionem. *Primò* etenim, si mandare, vel delegare tantùm iurisdictionem Cameræ voluisset Cæsar, non opus ad id fuisset Statuum consensu. *Deinde*, quòd ordinariam iurisdictionem Cæsar Cameræ voluerit attributam, ex qualitatibus iurisdictionis concessæ apparet. A delegato provocare licet, vel ad delegantem: [*l.1.in pr. & l.ult.ff. quis à quo appellet.*] A Camera verò appellare non licet: [*d. part.2. Ordin. Camer. tit. 3. in pr.*] Ad argumenta, & responsiones Cranii, dici poterit: I. Cameram directè à lege Imperii habere iurisdictionem. Habet enim eam à Cæsaris voluntate, Statuumque conventione, quæ lex est. II. Vicarius non nomine, & respectu proprio, quod agit, peragit, sed nomine & respectu eius, cuius vices gerit: & nihilo minus tamen, vicarium generaliter constitutum propriam habere iurisdictionem, statuunt Corasius Scipio Gentil. (*libr. 2.cap.9.*) Menoch. (*2. præsumpt.15.*) III. Quòd Camera integrum causarum processum aliis delegare non possit, noo inde est, quasi delegatam ipsa habeat iurisdictionem, sed quod ordinariam quidem, sed hoc modo limitatam. IV. Quòd Camera recusari non possit, ex ordinaria iurisdictione est, quam Cæsar & Status Cameræ dederunt, dum nimirum illis placuit, ne recusari Camera possit. V. Idem dicendum, Cæsari atque Statibus placuisse, ne causæ à Camera avocarentur placitum verò illud arguit iurisdictionem ordinariam eo ipso Cameræ concessam. VI. Delegata jurisdictio, morte aut delegantis aut delegati, regulariter, re integrâ exspirat: (*l. & quia 6.ff. de iurisdiction.cap.1.de offic.deleg.*) Ergo si delegatam Cameræ dixerimus esse iurisdictionem, morte Imperatoris omnino est ut eam exspirare dicamus, respectu scilicet eorum, quos Imperator suo, non Statuum nomine, Cameræ præfecit; quales sunt, præter Iudicem, sive Prætorem Cameræ, complures alii. [add: *Dn. Autor noster quoad decisionem huius quæstionis est in bivio Herculis. Expreßè enim l.9. c.2. n.58. fatetur se à contrariâ Cranii sententiâ non admodum abhorrere. Cæterùm tanti hæc non sunt, ut in re tam certâ fluctuare ulterius necesse sit. Scilicet Camera habet ordinariam iurisdictionem per repræsentationem, respectu scilicet habito non ad personas sive individua collegium hoc integrantes, sed ad repræsentationem Imperij, quod nunquam moritur. Personæ verò ex quibus constat numerus iudicij huius, ut tales, neque ut singuli neque ut universi, vel propriam vel delegatam iurisdictionem habere rectè dicuntur, sed Imperium ipsum propriam sibi suam, sub schemate horum individuorum, expedire rectißimè asseritur. Vid. D. Strauch. Diss. Exot.13. th.9. D. Blumius in Proc. Cam. Tit.25.n.9.*]

Causæ in Camerâ pendentes inde avocari non possunt.

XXII. III. Camera jurisdictionem hoc accepit modo, ut Imperator lites in eadem pendentes neque motu proprio, neque partis ad instantiam, avocare aut ad se trahere possit. (*part. 2. Ordin. Cam. tit. 35. ibi*: Daß dem Käiserlichen Cammergericht unverhindert einiger Restitution, Supplication, Avocation, oder andern Suspension, und Aufschläg / sein freier / stracker / unverhinderter Lauf gelassen / und darwider nicht gegeben werden). Matthias Berlichius, pro Imperatoriæ maiestatis reputatione conservanda (ita enim scribit *inter decis. aureas decis. 158. n.19.*] & tuenda [in causa Georg Burckharden und Melchior von Steinberg / Gebrüdern zu Wispenstein / contra Bertholden von Rautenberg / und Johannem von Gladebeck / Witwe von Steinberg / consultus] mense Martio anni 1612. contrarium respondit: Quòd si veritatem propositionis nostræ indagare quis voluerit, frustra is mihi videbitur ad juris civilis Romani leges, earundemque interpretes hoc in passu recurrere, cum, ut sæpius monui, immutata Reipubl. forma, pleræque Romanorum leges, potissimum illæ, quæ de jurisdictione loquuntur, hodie ab usu & observantiâ recesserint, atq; hac ipsa in quæstione decisionem in terminis, ut loquuntur, nobis suggerat Cameræ ordinatio. Proinde, licèt omnia, quæ à Berlichio ex jure civili Romano, atque eiusdem juris interpretibus, adducta sunt, firma atque verissima essent, firma atque verissima essent, qualia tamen non sunt, attamen nisi illa cum [*part. 2. t. 35. ordinationis Cameræ* convenientia fuerint, parùm ipsius proficiet conatus. An autem convenientia sint, præstat inquirere, & dabit hoc verborum sensus atque dispositionis ratio. Verba per se clara sunt, quod avocationem attinet, quod nec Berlichius inficietur: at in illo laborat, quo monstret; non ea Imperatorem, sed Status contingere Imperii: in eo mihi videtur, causæ suæ studiosius inserviendo, à vero ordinationis sensu quàm longissimè aberrâsse. Scopus & finis dictæ ordinationis est, ut judicio Camerali sein freyer / stracker und unverhinderter Lauf gelassen werde. Hoc ut effectui detur, placuit constituentibus, omnia in coortarium impedimenta removere. Talia erant, restitutio, supplicatio, avocatio, & cætera omnia juris remedia, quibus judicialis effectus suspenditur, Illa autem tam ex parte Statuum, quàm Imperatoris, removenda ut erant, ita remota sunt. Ex parte Statuum quidem, ut illis remediis non uterentur; ex parte Imperatoris, ne eadem aliis concederet, aut quicquam ageret, quo suspendi jurisdictio Cameræ videretur. Hoc innuunt verba: und darwider nicht gegeben werden: & illa: Und ob etwas dem zuwider ausgehen / oder erlanget würde / dasselbige soll unwürdig / kraftlos und nichtig seyn. Illud notant: auch daß Churfursten / Fürsten und gemeine Stände / derselben gebührliche Gehorsam leisten sollen Vtrumque verò clarissimis verbis, darwider nichts eingebracht / oder erlangt werden soll: Cammergerichts ordnung zu Worms *anno* 1521. *tit.* Daß dem Cammergericht sein freier stracker Lauf gelassen werde. Quod si verò tantum hæc ordinatio Status concernit, ut Berlichii mens est, quo referemus illud, quod consensus & approbatio tam Imperatoris, quàm Statuum ad hoc accessisse refertur, *ibi*: die Käiserliche Maiestät sampt Churfürsten / Fürsten und Ständen / bewilliget und zugegeben / *& paulò post*, Durch uns und die Stände zugelassen und bewilliget. Etenim si Status de jure suo aliquid

ordnung / an das Cammergericht ohne Mittel gehören: (*d.part.2.Ord.Cam.tit.1.*) II. Nisi iudices ordinarij eius, qui mediatè Imperatori subjectus, iustitiam protraxerint, vel denegaverint: (*d.tit.1.ibi*; Es were dann Sach / etc. Iunge *d. part.2.tit.26.*) III. Nisi Status aliquis Imperii subditum convenire velit: (Gail. *d.observ.1.n.18.*) IV. Nisi conveniatur persona quædam Cameralis: (*d.part.1. tit.49.*) V. Nisi conveniatur is, qui habet domicilium sub iurisdictione litigiosa inter duos Imperii Principes: Guilhel. Roding. (*in t. mandati de iurisd.Cam.Imperial.tit.3.n.27.*) ubi refert, aliquando in Camera processus fuisse decretos in causa Dormbachs contra Lynseck/ propterea quod illius loci iurisdictio, ubi reus habitabat, inter Electorem Moguntinum, & Hassiæ Principem litigiosa esset, & de illa lite in Camera Imperiali constaret. De quibus & similibus exceptionibus videri possunt, Gailius (*d.loc.*)

Immediatè Imperio subditi regulariter conveniuntur in Camerâ.

XXVI. Immediatè qui subsunt Imperio, illi regulariter in Camera conveniendi sunt in prima instantia [add: *Originem primæ instantiæ exponit Aut. ad Instr.Pac.p 2.Disc.20.n.8.*] I. nisi ius austregarum habeant: (*d.part.2.t.2.& tit.27.*) II. nisi ad iurisdictionem Cameræ causa non pertineat: (*d.part.2.tit.7.*) III. nisi à iurisdictione Cameræ exempti sint. Tales sunt (1) Lotharingiæ Dux. Ita enim legimus in dem Lotringischen Vertrag *anno* 1542. aufgerichtet / Sonst sollen sie / vnd das Hertzogthumb Lotringen/ vnd desselben Vnterthanen / aller anderer Proceß / Mandaten vnd Iurisdiction des H. Reichs / es sey in erster / oder anderer Instanz, geübrigt/ gemüssiget vnd frey seyn / vnd mit einigen Processen, Mandaten, Citation, Appellation, Annemungen vnd anderer Sachen / wie die Namen haben möchten / keine ausgenommen/ dann die allein zu Anzeigung der Anschläge vnd Auflagen / auch Handhabung Landfriedens / Sicherheit vnd Geleits / wie obgemeldt/ gehörig seyn / vnbeschwert gelassen werden vnd bleiben. (2) Dux Burgundiæ. Innuunt hoc des Burgundischen Vertrags verba sequentia: Ausserhalb solcher Contribution sollen erzehlte vnsere Land / vnd deroselben Vnterthanen / bey allen ihren Freiheiten/ Rechten/ Gerechtigkeiten/ Exemption der Appellation, vnd Iurisdiction, gäntzlich vnd ruhiglich gelassen / darwider nicht betrangt/ sondern deren Land-Vnterthanen vnd Zugehörige/ mit vnsers Kayserlichen Cammergerichts Mandaten, Citationen, Annemung der Appellation, vnd andern Processen/ in allen andern Sachen/ wie die Namen haben/ keine ausgenommen / ausserhalb der Contribution, vnbeschwert vnd vnangefochten bleiben / vnd vnser vnd des H. Reichs Iurisdiction in erster vnd anderer Instanz geübriget vnd gefreiet seyn. (3) Austriæ Archiduces: (Mynsing.5.*observ.*58.*n.1.*) de qua tamen exceptione nondum certa stat omnium sententia: Nam in caussis fractæ pacis publicæ Cameræ iurisdictioni nihil detractum, etiam extra easdem mandata contra Austriacos, istamque arctiorem inhibitionem, cum annexa citatione ad videndum, se incidisse in pœnam banni, decretam fuisse, certis quibusdam præjudiciis notat Thom. Michaël (*disput. de iurisdict. concl.23.*) Imò Imper. Carolus V. tanquam Archidux Austriæ, ad Cameram fuit citatus, ista formula: Wir Carl / etc. Römischer Kayser/ entbieten dir Carl von Oesterreich / etc. (Buxtorf. *ad A.B.c.5.concl.64.circa fin.*)

Quæ causæ ad Cameram pertineant.

XXVII. Porrò negotia & causas quod attinet, omnes diximus regulariter in Camera proponi & ventilari posse. Id quod partim in prima, partim in secunda agitur instantia. In prima instantia causæ Cameræ iurisdictioni subjectæ, sunt fiscales omnes, puta fiscum Imperij concernentes causæ: (*Ordin. Camer.part.2.tit 20.§.ult.*) & aliæ quàm plurimæ: Inter quas connumerandæ sunt, *primò*, causæ fractæ pacis religiosæ, quando videlicet aliquis religionis intuitu, contra tenorem ordinationis anno 1555. confirmatæ, in persona, vel rebus, ab alio turbatur: (R. A. zu Augspurg *de anno* 1555. §. Wir befehlen und gebieten.)

An in his causis concurrat iudicium aulicum.

XXVIII. Hic magnâ nonnullorum contentione disquiritur, *utrum scil. non solum ad Cameram harum causarum cognitio & diiudicatio pertineat, verùm etiam ad Imperatorem, sive aulicum ipsius consistorium, ita ut præventioni locus esse possit?* Ad solam Cameram pertinere cognitionem causarum religiosarum, statuit Autor der beständigen Information *facti & iuris* wider die Donawertische Relation *p.* 111. *part. & seqq.* & nonnulli alii. Quam in partem inclinat quoque scriptum quorundam Protestantium Cæsari Rudolpho II. 19. Iulij anni 1608. per delegatos exhibitum: Es wüsten die schickende Stände dero Posteritæt zu Nachtheil niemand einzuraumen/ wann zwischen den Ständen des Reichs über dem Religionfrieden Streit fürfallen/ daß alsdann Kayserlicher Majestät Hof vnd Rähte darüber cognosciren sollen / dann solches wolle sich in der Ordnung keines Wegs finden. Rationes huius opinionis adduci video, I. verba *dicti Recessus Imperii de anno* 1555. §. Wir befehlen vnd gebieten auch etc. Imperatorem, vel aulicum eiusdem Consilium, etiam de caussis pacem religiosam concernentibus ius dicere statuunt. Petr. Syringius (*in dissertat. de pace religionis, th.54.lit.b.*) & alij, quos recenset Cranius (*d.l.p.301.*). Cranius ita distinguit, *p.*347. Aut quæritur, inquit, an sine ulla concurrentiæ vel præventionis annexione, causæ religionis, Imperatoris fundent iurisdictionem? & respondet, quod sic. Aut quæritur, an Imperator extra Cameram in aula de caussis religionis cognoscere possit, ut cum Camera ejus cognitio concurrat, & ex præventionis iure sit constituta? & dicit, quod non: tum, quia nusquam quicquam de eiusmodi iurisdictione Imperiali concurrente, extra causas fractæ pacis publicæ, proditum est in Recessibus Imperij, ex quibus hodiernorum Imperatorum potestatem, & iurisdictionem metimur: tum per alias rationes multas, quas *p.*348 *& seqq.* videre licet. Sanè cum Imperator in capitulatione sua & illud iuret, den Religionfrieden stät / fest zu halten / zu handhaben / vnd darwider niemand zu beschweren / oder durch andere beschweren zu lassen: si nullum ipsi ius est per aulicum senatum de religionis cognoscere causis, omnicè in id incumbere

debet, ut Aſſeſſoribus frænum pareτur ne ambiguo religionis Catholicæ zelo incirati, conſtitutionis religioſæ atque Imperii receſſuum cancellos perrumpant, ſed juris, nec affectuum ſint diribitores: quod tunc obtinere poterit, ſi quod in Cameta Imperiali ſaluberrimum anteceſſorea ſui agnoverunt remedium, idem in aulici ſenatus conſtitutione ſequatur: ſcilicet ut illic, ita & hic, utriusque religionis ſint Aſſeſſores, & lites ſine ſuſpicione procedant.

Ad Cameram pertinent cauſa fractæ Pacis publicæ.

XXIX. *Secundo*, in prima inſtantia ad Cameram pertinent cauſæ fractæ pacis publicæ profanæ: (*part.2.Ordin.Cam.tit.9.*) de qua re copioſè agit Gailius *libris duobus*, quos *de pace* conſcripſit *publica*.

Cauſa pignorationum pertinent ad Cameram.

XXX. *Tertio*, conſtitutio Imperii de pignorationibus fundat jurisdictionem Cameræ in prima inſtantia: (*d.part.2.tit.22.*) Summa eius conſtitutionis eſt, ne quis Imperio immediatè ſubiectus, vel per ſe, vel per ſuos, aliũ itidem immediatè Imperio ſubiectum, vel illius ſubiectos, pignoret, vel capiat, ulla de cauſa, exceptis cauſis criminum, Maleſitzſachen: Contrà ſi egerit, Cameta Imperialis pignorato, aut capto, aut illi cuius is jurisdictioni ſubiectus, officium judicis imploranti, mandatum ſine clauſula decernit, quo continetur: Daß er ohne Verzug / auch einige Einrede / die Pfändung wiedergebe / vnd die gefangene auf alte gewöhnliche Vrphed / doch anders nicht / dann auf wieder ſtellen / im Fall ſolches mit Recht erkant würde / ledig zu laſſen / mit angehenckter Ladung / in einer beſtimten Zeit am Cammergericht zu erſcheinen / erſtlichen / Daß er ſolchem Mandat gehorſamlich gelebt / anzuzeigen / vnd dann weiter ſeine Gerechtigkeit der Pfändung / oder Fahens halben / in Rechten / wie ſichs gebühret / furzubringen vnd darzuthun / oder aber zu ſehen / vnd zu hören / ſich in die Poen des ausgegangenen Mandats / ſeines Vngehorſamb halben mit Vrtheil vnd Recht zu erkennen vnd zu erklären. Vide elegantem *de pignoribus* libellum Andreæ Gailii.

Cauſa arreſtorum pertinent ad Cameram.

XXXI *Quarto* in cauſis arreſtorum, etiam per viam ſimplicis querelæ, Cameræ adiri poteſt. Summa iſtius conſtitutionis eſt, ut ſi quia immediatè Imperio ſubjectus, vel per ſe, vel per ſuos, alterum immediatè Imperio ſubiectum, vel illius bona, vel eius ſubditos, eorumque bona arreſtaverit, & ad cautionem oblatam de judicio ſiſti & judicatum ſolvi, arreſtum non relaxaverit, Cameta mandatum ſine clauſula decernit: (*Receß. Imperii anno* 1570. §. Wann auch die *arreſta*, *&* *an.* 1594. §. Bey den Arreſten ſind.) Cæterùm ex conſtitutione arreſtorum, jurisdictio Cameræ fundata eſt tantùm quoad relaxationem rei, vel perſonæ arreſtatæ, quâ factâ, cauſa, ſive lis principalis, in qua, juſtumne an injuſtum arreſtum ſit, exploratur, ad ordinarium judicem remittenda eſt: (*Conſtit. arreſt. verſ.* Da dann demſelben Mandat: Gail. *de arreſt.c.2.n.4.*). Vt autem actio ex conſtitutione arreſtorum de relaxando & reſtituendo in Camera locum habeat, requiritur *primò*, utramq; partem, arreſtantem & arreſtatam, immediate Imperio ſeu Cameræ eſſe ſubiectam. (*d.conſtit. anno* 1570 §. Wann auch die *arreſta.*) *Deinde*, poſſeſſionis vel perſonæ impedimentum adeſſe: *Tertiò*, quod reus arreſtans ipſe alius ve ipſius mandato, vel aſſenſu, ſuper bonis alterius immediati, vel ſubditorum eius, arreſtum fecerit (*d. conſtit. anno* 1570.) *Quartò*, cauſam ob quam arreſtum ſit factum, merè eſſe civilem: eò quòd Cameræ jurisdictio in criminalibus non niſi ratione nullitatis fundata ſit: (*Ordin. part. 2. t. 28.* §. Item / nach dem / *verſ.* Doch ob ſich iemand.). *Denique*, cautionem de judicio ſiſti, & judicatum ſolvi, oblatam eſſe: (*d. conſt. verb.* Auf angebottene gebührliche Caution de judicio ſiſti & judicatum ſolvi).

Item de poſſeſſione litigioſa.

XXXII. *Quinto*, Conſtitutio ſuper poſſeſſione litigioſa fundat jurisdictionem Cameræ: (*d. part. 2. Ordin.Cam.tit.21.*).

Item abſolutio à juramento.

XXXIII. *Sexto*, fundatur jurisdictio Cameræ per petitionem abſolutionis à juramento, ad effectum agendi (*d.part.2.tit.24*).

Nec non quando mandata S. C. peti poſſunt.

XXXIV. *Septimo*, fundatur jurisdictio Cameræ generaliter, quotiescunque caſus eiusmodi incidit, ob quem mandata ſine clauſula in Camera impetrari poſſunt. Talia autem ut impetrari poſſint, requiritur, ut reus immediatè Imperio ſubiectus ſit, & qualitas cauſæ per ſe ad Cameram principaliter ſpectet: (*part. 2. Ordin. Cam. tit. 23*).

Item in cauſis privilegiorum Cæſareorum.

XXXV. *Octavo*, in cauſis privilegiorum Cæſaris fundatur jurisdictio Cameræ; puta ſi quis ratione violati privilegii Imperialis ad pœnas eidem privilegio inſertas agere velit: (Gail. 1. *obſerv.1.n.7.*).

Item in cauſis ex l. diffamari.

XXXVI. *Nono*, fundatur Cameræ jurisdictio conſtitutione legis *diffamari*, quando diffamatus Imperio immediatè ſubiectus eſt, & alia concurrunt requiſita, de quibus *in Ordin. Cam.* (*part. 2.tit.15.*) Gail. (1. *obſ.9.* 10. *obſ. & ſeqq.*).

Item examen teſtium ad perpetuam rei memoriam, &c.

XXXVII. *Decimo*, petuntur & decernuntur à Camera commiſſiones pro recipiendis teſtibus ad perpetuam rei memoriam, dummodo illud petatur à partibus immediatè Imperio ſubiectis. Sufficit tamen reum, contra quem teſtes produci debent, immediatè Imperio ſubiectum eſſe, etſi actor immediatè ſubiectus non ſit: (Gail. 1.*obſ.1.n.16.* & *obſ 93.n.2.*).

Vndecimo, quando inferior Iudex alicui denegat juſtitiam, poteſt adiri Camera: (*d. part. 2. Ordin.Cam.tit.26.*)

Duodecimo, continentia cauſæ, quæ dividi, & coram diverſis judicibus agitari non debet, Cameræ jurisdictionem fundat (Gail. 1. *obſervat.32.*).

Decimotertio, Tutorum & Curatorum datio, vel confirmatio, quoad perſonas immediatè Imperio ſubiectas, ad Cameram ſpectat: (Gail.1.*obſ.1.n.47.*). [add: *In quibus cauſis fundetur jurisdictio Cameræ eleganti tabellâ incluſit, adjunctâ analyſi Caſpar. Wilh. Scipio, quam huc apponemus; quia tractatus ille hodie valde rarus.*

TABVLA

IVRISDICTIONEM IMPERIALIS EMONSTRANS.

urisdictionem, quoad istam causam, amittit, & Camera Iurisdictio fundatur. 16.
n Camera Iudicio PROMOTORIALES *peti & decerni solent,* 18. *quemadmodum etiam tunc petuntur & decernuntur,* *dicis, in rem judicatam transijt, & in eius executione mora committitur.* 19.

ij Princeps aliquis, Prælatus, Comes, Baro, Nobilis immediatus, tanquam superior subditos suos convenire cupit. 24.
iti, vel alij mediatè Imperio subjecti, Comites, Barones, aut Nobiles, immediatè Imperio subjectos convenire volunt. 25.
eps vel Magistratus immediatè Imperio subjectus, subditum aut alium Extraneum, ex causa Civili captum, & donam *utionem offerentem, relaxare nolit. Tunc enim in Iudicio Cameræ Mandata de relaxando cum & sine clausula, de-* *rni possunt.* 26.
issiones pro recipiendis testibus ad perpetuam rei memoriam, à personis immediatè Imperio subjectis, ante motam *ialem controversiam petuntur.* 27.
, immediatè Imperio subjecti, Tutores sibi dari postulent. 28.
mmediatus, filium emancipare velit. 29.
onem inter vivos, 500. Solidos excedentem insinuari petat. 30.
egia, sub numero 82. 83. 84. statuta, ordinationes vel etiam contractus, insinuari petantur. 31.
lienatione rerum minoris, decretum petatur. 32.

Habens privilegium primæ instantiæ, & tunc non rectè in Iudicio Cam. sed vermög der Außträg *conveniri debet. Quod tamen privilegium locum non habet*
- *Si Princeps vel alius Status, ad requisitionem Actoris, non tres Principes, intra mensem juxta Ordinationem nominarit, vel alio modo Ordinationi satisfecerit.* 33.
- *Si Princeps vel alius Status, est Proscriptus vel Bannitus.* 34.
- *Si ex conventione partium, privilegio primæ instantiæ fuit renunciatum.* 35.
- *Si in Cameram compromissum.* 36.
- *Si Iurisdictio Cameræ prorogata.* 37.

Non habens Privilegium primæ Instantiæ. Et tunc rectè in Iudicio Camer. conveniri potest. Cuius generis sunt
- *Collegia Canonicorum libera.* 38.
- *Collegia & Capitula Canonicorum Ecclesiâ vacante.* 39.
- *Imperiales Civitates.* 40.
- *Assessores Advocati, & aliæ Imperialis Cameræ personæ.* 41.
- *Vagabundi.* 42.
- *Correi diversi fori.* 43.

. Et regulariter, ad Iudicium Cameræ alis in prima Instantia non vocatur, sed ordinario suo Iudice conveniri debet. 44. *ualitas vel circumstantia caussæ faciat su-m Iudicem.* 45. *Vtpote*
- *Si ad pœnam Banni agatur.* 46.
- *Ad pœnam violatæ pacis publicæ.* 47.
- *Vel religionis.* 48.
- *Si caussa sit Fiscalis.* 49.
- *Aliáve ordinatione expressa* 50.
- *Iudex inferior justitiam denegârit.* 51. *cum reliquis supra dictis.* 52.
- *Fori proprij renunciatio intervenerit.* 53.
- *Plures diversi fori in Ius vocentur.* 54.

sallos de Principatu, Ducatu, Comitatu, Imperij contentio est, de ea solus Imperator cognoscit. 55. *Si verò de alio Impe-* *c Cameræ Iurisdictio præventione fundatur.* 56. *Nec est locus* Außträgis 57.
asallus Principem vel Comitem Imperij convenire cupit, id non, nisi coram Paribus curiæ, facere potest. 58.
uis in constitutionem Imperij de pace publica profana committit. 59.
uis Religionis intuitu, contra placita Constitutionis Vom Religion-frieden/ *vel in persona, vel in Rebus turbatur.* 60.
tatus, vel Nobilis Imperij, alterius Status, vel Nobilis subditos, aut eorum mobilia bona, ob controversam Iurisdictio- *, vel possessionem alicuius juris, quod in eo loco, in quo fit Pignoratio, prætenditur, capit, & pignori accipit.* 61.
tatus, alterius Status bona propria, vel eius subditi, de facto, non de Iure impedit, vel manus injectione molestiam affert. *nc enim uti in præcedente casu ex const. de pign. ita hîc ex const. de Arrestis rectè in Iudicio Cameræ agitur.* 62.
inter Status, aut primarios Imperij Nobiles, ob controversam possessionem alicuius rei, vel Iurisdictionis, vel servitutis *est præsens armorum periculum. Nam ex const. de litigiosa possessione processus ibidem decernuntur.* 63.
Imperio immediatè subjectus, gravioribus diffamationibus læsus est. 64. *Tum ex Imperiali Const. Diffamator, etiam* *perio mediatè subjectus.* 65. *in Iudicio Cameræ convenire potest.* 66.
etitur absolutio à Iuramento ad effectum agendi, ex Constit. Imper. ea in Iudicio Cam. petenda. 67.
ter, quoties casus omni iure prohibitus, vel factum est tale, quod nullo iure probari potest: In Cameræ Iudicio, Mandata *e clausula peti & obtineri possunt, dummodò Reus, immediatè Imperio sit subjectus: vel qualitas causæ ad Cameram* *ncipaliter spectet* 68.
tione violati Imperialis privilegij agere cupit: Quia Imperator, qui privilegium dedit, etiam rectè de eo cognoscit. 69.
tiones Sententiarum, per Commissarios, vel Iudices Ordinationis læsarum, faciendæ sunt: Ejusmodi enim Executiones *ediatè ad Cameram spectant.* 70.
inentia causæ dividatur, omisso medio Iudice, superior omnium, Camera Imperialis adiri potest. 71.
issariorum, in Iudicio Cameræ taxatæ, Citationes, Monitoria, decerni solent. 72.

TABULA ANALYTICA Modum Fundandi Iurisdictionem Imperialis Cameræ accuratè demonstrans.

SEQVITVR PRÆSENTIS Tabulæ explicatio.

1.

ET vocantur causæ citationis sive simplicis querelæ. S.C.

2. Ita Wesenbec. in parat. C. ubi causæ fiscales, in princ.

3. Id est, pecuniarias l.1. §.1. ff. de calumniat. sive de re familiari. l.4. ff. de public. iudic. vulgò Bürgerliche Sachen.

4. Sivo agatur ad pœnam corporalem, sive pecuniariam, Fisco applicandam: ex gloss. communiter recepta in l. 3 in verb. centum aureorum ff. de sepulch. violat. Soarez in verb. pœna. num. 132. Mynsing. cent. 2. obs. 98. num. 2. Idem respons. 7. num. 9. decis. 1. Gail. 1. obs. 65. num 2. vers. criminaliter. & n. 4. Idem de pace publica lib. 1. cap. 15. num. 24. latè Mascard. conclus. 463. Et eam tuetur Menoch. casu arb. 265. numer. 4. Ludo. à Peguera. decis. crimin. 6. num. 2. Vulgò Peinliche sachen. Differentiam inter causas civiles, & criminales prosequitur Ioh. Bapt. Asinius in praxi Iudiciorum: in Rubric. cap. 5. per tot.

5. So Leibstraff an ihnen haben. Ord. p. 2. t. 28. §. Item nach dem auch. An in hisce causis cognitio penes Cameram vel Senatum Spirensem sit, adhuc indecisum est. vid. Denais. in disp. de Iurisd. Imp. Cam. & Apol. præd. Sen. Spirens.

6. Ita distinguit Ord. d. tit 28. §. Item nach dem: ut si agatur ad pœnam fisco inferendam: ad reparationem damnorum, ex fracta pace publica. Ord. p. 2. tit. 9. §. Wir wollen auch. Mynsing. cent. 2. obs. 29. cent. 4. obs. 14. Gail. de P. P. lib. 1. cap. 8. num. 13. cum seq. & cap. 15. num. 25. ad fin. cum seq. aut conjunctim, ad pœnam pecuniariam pro commodo Fisci, & ad interesse privatum. Vtrumque enim rectè petitur, Gail. d. n. 25. text. Ord. dict. §. Wir wollen: Nec solùm in prima instantia in illis causis criminalibus pro quibus pœna corporalis non irrogatur, vel exigitur, Iurisdictio Cameræ fundatur, sed etiam per viam appellationis. Vt probat latè Ludolphus Schraderus consil. 40. numer. 81. cum aliquot sequentib. Tom. 1. Consiliorum Iureconsult. German.

7. Ord. p. 2. tit. 20. gl. in l. a. in verb. unà cum C. si advers. Fisc.

8. Ita distinguit Gail. lib. 1. obs. 20. n. 5. Nic. Vigel. Meth. Camer. lib. 3. c. 1 q. 2. reg. 8.

9. Quæ ordinem & solennitatem processus desiderant. Gail. ibid. Coler. de process. exec. p. 1. c 2. n. 143. in fin.

10. Vbi ordo Iudiciarius relaxatur & executivè proceditur. Gail. d. num. 5. & num fin. Coler. d. n. in pr. de discrimine causarum ordinariarum & extraordinariarum, agit Ordin. p. 2. tit. 2. in quem locupletè scripsit P. Gilken. ad l. 1. C. de litis contest. à num. 88. Oldend. in Enchirid. Except. ad fin. in progymn. fori. sub quænam sint causæ ordinariæ. Marant. in spec. part. 4. dist. 10. adde text. & ibi Myns. num 22. & seqq. in c. quoniam contra 11. de probat.

11. Gail. d. observ. 20. num. 5. in princ. & latius observ. seq.

12. Gail. d. num. 5.

13. Gail. ibid. comment. ad Ord d. tit. 20. vers. secundo. & seq.

14. Gail. d. num. 5. & seqq. Coler. d. num. 143. Item contributionum pro sustentatione Cameræ Ius Cam. tit. 56. §. 12. tit. 155. §. 22. reliquas fiscales causas, require in Iure Cam. Denais. tit. 143. processu Camer. Iohan. Forsteri tit 10. obs. 1 vat 93 apud Marilian. & q. sub num. 53 vers Ita exempti: P. Belluga in Spec. Princip. rub. 33. & ibi n. 14. quatuor causarum fiscalium genera enarrat: Feudist. ad tit. quæ sint regal. scripsit & Francisc. de Clapperiis Centu. iam causarum fiscalium. Hinc facilè est colligere, causas MIXTAS, hoc est, ubi pœna partim fisco, partim parti tribuitur: Alexand in Rubric. Cod. de iudic. sub n. 2. Asin. in practic. iudic. part. 1. in rubric. cap. 4. num. 14. in fin. Clarus in pract. crimin. quæst 1 num. 2. vers. Tertius est casus. Pari modo in Imper. Camera tractari posse. Gail. de P. P. cap. 15. n. 25.

15. Ord p. 2. tit. 1. §. fin. tit. 8. §. Wo sich aber. & tit. 26. per tot.

16. Auth. statuimus, in fin. C. de Episc. & Cler. ibique Cyn Bald. & alij: latè Gail. lib. 28. obs. 1. per tot. Myns. cent. 1. obs. 24. & 74. cent. 3. observ. 57. cent. 5. observ. 82. Io. Bessian. ad consuet. Alver. tit. ult. art. ult. vers. Et pro dicto 14. articulo & seqq. concordat constit. Imperatoris Friderici in constitut. Regn. Sicil. lib. 1. tit. 44. de offic Iustitiar. cap. Iusticiarij nomen. ibique Afflict. & P. Follor. num. 100. 106. & seqq. num 118. & 120. Bellug. in Spec. Princip. rub. 24. vers. postremò testat num. 6. in fin & seq. Quintil Mandos. in Praxi commiss. form. 4 in verbis devolutæ. vers. alio modo. & ad reg. Cancel. Apostol 34. de annal. quæst. ult. num. 3. & seq Coler. de processib. execut. p. 1. c 2. num. 271 272. 279. & seqq. M. Antonius de Amat. decis. 9. num. 15. 16 17. Menoch. casu arb. 341.

17. Ord. & Dd. dictis locis.

18. Priori enim casu, causa per SC. ad Cameram devolvitur; scilicet, si audientiam deneget Iudex. Sin autem lis coram ipso cœpta sit, & protrahat Iustitiam, etiam appellationis viâ, causa ad Cameram defertur, ut in causa Buchinger contra Bourquin. appellat. & probat. Ord. p. 2. tit. 29. in princ. Mynsing. Cent 1. observat. 67. in pr. item cent. 3. obs. 57. & d. obs. 24. & 82. Gail. d. obs. 28. num. 2 & seq. & ante hos idem notavit Comment. ad Ord. d. tit 26. in princ. Item promotoriales ad inferiorem Iudicem decernuntur. Ord. d. tit. Deput. abschl. de Anno 600. §. Ob auch promotoriales fol. 12. Rursus per mandata cum clausula, ad iustitiam administrandam, metu incursionis pœnæ compelli solent Iudices morosi & socordes. Comment. Mynsing. Gail. dictis locis. Verùm cum promotoriales hodie dentur, non observatâ distinctione, causa coram inferiore cœpta sit, an non: ex d. Abschied Anno 600. præ-

missis remediis indiscriminatim supplicantibus nec licebit; modò cætera requisita in promptu sint: Sed quid statuendum erit, si Iudex inferior appellationis, legitimè à sententia condemnatoria primi Iudicis appellanti, & citationem petenti contra appellatum, eandem decernere deneget vel recuset, cum ei tamen iuxta narrata libelli supplicatorii, processus decerni debuissent: nonne ab hac denegatione Cameram appellare licebit; eaque citationem decernet? Id sanè existimo, ex his quæ præmissa sunt & probat post alios Rolandus à Valle cons.37. sub num.13. vol.1. quicquid in contrarium scripserint Blarer. ad l. diffamari cap. 10. num.111. Cod. de ingen. manuss. Mynsing. cent. 3. observat. 55. apospas. syndiom. Thilemani de Benig. obs. supplic. cent 2. observ.21. Si enim Iudex superior appellanti hic non succurreret, sententia primi Iudicis in rem transiret iudicatam, citra omnem appellantis culpam eique defensio & favorabile oppressorum refugium, cum summa ipsius injuria adimeretur. Itaque processus appellationis decreti in causa Bürgermeister vnd Raht der Stadt Lippe contra Curd Braunhagen: Item in causa Galen. contra Wyman.

19. Ita de promotorialibus Com. in Ord. d. t. 26. vers. Et sciendum: & p.3. t.48. v. Et hoc quoque casu fol.495. Mynsing. d. observat.24. in fin. centur 2. Sed commodiùs erit, mandatum executoriale petere: quod contra Iudicem cum clausula decerni solet, Comm. loco proximo citatus vers. quid ergo si inferior: vel etiam cùm Iudex inferior, nolens vel denegans exequi, iurisdictionem in illa causa amittat, & ea, in statu in quo est, ad superiorem devolvatur, ex dict. Abschied de Anno 600. pro literis executorialibus contra partem scilicet in Camera supplicare licebit: Differentia enim inter Mandatum Executoriale, & Executoriales notari solet à Gail. lib.1. observ.113. num.13. & deinceps: Noe Meurer in Pract. Cam. part. in pr. §. Weiters ist zu wissen.

20. Vt, si sit banuitus, excommunicatus &c. cap. si is cui 10. ubi gloss. & Dd. de offic. & potest. Iudic. deleg. in 6. cap. si à subdelegato 14 & ibi gl. 5. verb. in aliis casibus. eod. tit. Socinus reg.25. fallent. XI. *Felyn. in c. super quæstionum num.14 vers.* Item fallit generaliter. De officio & potest. Iudic. deleg. Rebuff. ad constit. reg. Tom 3. de appellat. art.2. gloss. un. num.15. & probat. ord. p.2 tit.29. in princ. & ibi comment. Mynsing. cent.1. obs.67. in princ. Gail. lib.1. observ.119. sub num.2. Item per not. obs.1. num.38. Mynsing. cent.1. observ.90. Oldend. in Enchir. Excep. tit. Exceptiones recusatoriæ n.2. fol.24. Pract. P. Iacob. rubr. 43. n.43. Idem Rebuff. ad concord. rubr. de frivolis appellationibus reg.2. vers. sexto limitatur. pag.651. Iust. Gobler. ad ordin. latin part.3. tit.35.

21. De eo quidem rectè quis dubitabit, an hoc casu adiri possit superior Iudex, qui de causa principali cognoscat: Cùm notissimum sit, ordinarium Iudicem non recusare suspectum, sed ei adjunctum dari, cuius assumptione purgetur suspicio. auth. Si verò contigerit. Cod. de iudic. auth. offeratur cap. de litis contest. Sichard. in l. apertissimi 14. n.7. Zas. & alij communiter. C. d. tit. de iud. quam sententiam tenet totus mundus, ut inquit Zas. Covarr. pract. quæst. cap. 26. num.1. Cacher. decis.15. n. 1. & decis.84. num.1. Lancell. latè de attent. part. 2. cap. 26. eamque in Camera Imp. confirmatam ait Mynsing. cent.2. observ.52. adde Gail. obs.33. lib.1. Comment. in ord. pag.2. t.4. § Zum dritten. pag 121. Præterea causam alteri delegare poterit l. prætor 17. ff. de iurisd. Oldrad. cons.303. num.2. Marant. part.4. dist.5. n.43. Cacher. d. decis.15. in fin. Verùm Iure Canonico, ordinarius etiam in totum recusatur, c. cum speciali 61. de appell. Dd. in d. l. apertissimi. Myns. d. observ.52. Gail. d. observ.33. sub num.1. Vivius decis. 363. sub numer. 1. quòd ius, etiam in foro civili moribus passim est receptum; adeòque immediatè superior Iudex adiri poterit: de Regno Neapol. testatur. Vivius ibid. de Regno Franciæ. P. Rebuff. ad const. reg. Tom.3. tr. de adjunctionib. num. ult. Item Tom.1. de Evocat. in præfat. num. 65. cum seqq. num. 73. 109. in fin. & art.2. num.25.26. in fin. Item de regno Siciliæ. Marant. d. dist.5. num.42. in fin. Idem testatur Bald. in d. auth. Si verò contigerit num.1. Menoch. quæst. arbitr.54. num.15. vers. accedit quod hodie: consentit Sichardus in l. rem non novam 12. num.7. vers. & sic etiam C. de iud. quod ipsum Ord. Cam. p.2. titul.29. in pr. satis disertè statuit: Item Myns. cent.1 obs.67. in pr. Et cent.5. obs.8. num.12. ibi, tunc ad ipsius superiorem cent. 6. obs. 19. num 2. vers. quales sunt: Comment. ad ordin. p.2. tit.25. quid ergo si fortè ordinarius suspectus sit. Et d. tit.29. ad §.1. ibid. Der Sachen verwandt. Vbi præjudicia allegant: Gail. lib.1. obs.119. n.2. vers. Si tamen Iudex: Quinimò si penitùs rem ipsam examinemus, etiam jure civili, non solùm certis casibus, de quibus Cacher. dict. decis.15. vers. in contrarium num.5. in fin. & deinceps. P. Gilken. in d. l. apertissimi ad fin. sed indefinitè, statuendum erit: ordinarium iudicem ex iusta suspicionis causa recusari posse; Iureque Canonico, nihil novi introductum esse: quæ fuit opinio Martini antiqui glossatoris. De qua Accurs. in d. l. apertissimi in verb. Iudices: cuius etiam opinionis, plures ex antiquioribus sapientibus fuisse liquet, ex margarita Albert. Galeotti, vetustissimi authoris tit. de iudic. ordinat. n.7. Specul. lib.1. de recusat §.1. n.1. & ibi Ioban. Andr. *Summa Roffredi* in princ. operis sui ordinis judiciarij part. t. rubrica. *Vtrum recusetur ordinarius.* per tot. ubi rationes Martini ad longum recenset, cujus opinionem, ibid. sequi testatur, Dominum & præceptorem suum, à quo non prorsus ipse dissentit, ut patet in vers. Si quis autem vellet Martini sententiam defendere, &c. Easdem rationes commemorat penè Odoffred. in d. l. apertissimi. num.4. Eamque sententiam probat, ibi, *Iacob. de Arena.* in pr. & mul. Zas. ibid. n.9. & 10. quam non improbat P. Gilk. eodem in loco, à num.6. ubi undecim argumenta pro hac sententia affert: Socin. reg.23. fallent.11. *Hieronym. Treutler.* select. disputat. vol.1. disp.12. thes.11. in fin. *Petrus Salumus Aquilius, in notis ad Tancredum de ordine iudiciario, lib.2. tit.2.* § 2. ibi intelligunt de iudice ordinario, pag.414. *Oldendorp.* in Enchirid. Exception. de Exceptionib. recusatoriis adversus Iudices, n.5. vers. quòd enim Iudex, fol. mihi 25. qui, inquit, eam esse communem omnium sententiam, ordinarium posse

ob

ob legitimam suspicionis causam recusari: cui opinioni favet Gobler. in fine præcedentis n. citatus: hinc P. Folter. ad constit. reg. c. Iusticiarii nomen num. 104. fol. 158. de officio Iustitiarii: inquit. ob causam suspicionis, litem à superiore rectè avocari posse, accedit Rebuff. ad concord. de frivol. appell. reg. 2. lim. 4. p. 651. scio plures ex Neotericis, hanc sententiam approbare: Verùm cum text. ord. sit clarus, superfluum erit autoritatibus contendere: Non omittam tamen quod scribit Mansuet. ad practic. Ferrar. in forma declinator. verb. rationibus. addit. 2. incip. Iure Canon. vers. accedit quòd allegans suspectum: ubi ex *Neviz.* consiliis docet, quod quando Ordinarius recusatur suspectus; quod debeat adiri superior, non autem dari adjunctus, ut quotidie errari dicit in Practica: Et patet, ad similia narrata, processus in Camera decretos fuisse, in causa Georg Philips von Berlichingen contra Hans Scheusen. Secundarum injuriarum An. 93. 1. Sept. & conclusum in causa Hectoris von Olderssum contra H. Ezard Graffen zu Ostfrießland. l. diffamari: sententia pronunciata An. 96. 28. Ian. quæ exstat in Tom. 5. sententiarum, f. 1099. pr.

22. Arg. §. Wann zwischen zweyen. fol. 12. dep. Abschieds Anno 600. Rebuff. ad const. reg. Franc. Tom. 1. de Evocationib. in præfat num 69. & 108. Comment. ad Ordin. part. 1 tit. 5 vers. nam ubi incertus. pag. 124. Item tit. 9. ad fin. rubric. vers. Item ubi duo superiores. p. 165. Ruland. de Commissar. part. 2. lib. 1. cap. 2. num. 12. atque ita decreta citatio, in caussa Weissische Vormünder contra Schoneck 28. Septemb Anno. 87. Item in causa Dornbachs contra Lynsing. Roding. in Manuali de Iurisd. Cam. tit. 1. num. 27.

23. Probat ord. pag. 2. tit. 29. in pr. Comment. in ord. pag. 2. tit. 25. vers quid ergo si fortè. p. 245. & ad d. tit 29. regula prima, vers. quarto. pag. 294. & ad §. 1. pag. 296 Specul. tit. de Legato. §. nunc ostendendum 6. num. 36. in fin. Gail. lib. 1. observ. 119. num. 2. vers. vel caussam sua sponte: & vers. remissiones verò caussarum: adde not. Mynsing. cent. 5. observ. 2.

24 Myns. cent 5. obs. 1. in princ. quæ est desumpta ex notis Hartm. Hartman. tit. 1. obs. 1. in addit. ubi plura citantur præjudicia. Gail. lib. 1. observ. 1. num. 18. apud Marilian. in observ. Cam. Imp. [decisionibus namque illius quas scripsit, adjectæ sunt quædam observationes Cameræ Imperialis, cujusdam anonymi Assessoris] observ. 21. Ernest. Cothman cons. 12. num. 1. text. in §. Darwider auch an unser Keyserl. Cammer-Gericht / Abschied de Anno 1576. Abscheid An. 94. §. Demnach solten. cum seq.

52. Myns. cent. 1. observ. 89. Gail. lib. 1. obs. 1. num. 17. & 46. Nam ut locus sit privilegio primæ instantiæ, sive Außträgis (ut vocant) inter præfatas personas, de quibus agitur Ord. p. 2 tit. 5. requiritur quòd uterq; & actor & reus immediatè subsint Imperio. Mynsing. d. loc. Comment. ad Ord. d. tit. ad rubric. pag. 125. §. probat textus ord. part. 2. titul. 4. in fin. ibi, gegen den Fürsten / sumpto argumento à contrario sensu, & ibi notat Comment. Zang. tract. de Except. pag. 2. c. 1. num. 125. in fin. vers. licèt hoc casu. Ita cuidam privato Dietz / contra H. Philipsen Graffen zu Nassaw / 5. Decembr. Anno 601. Decreta citatio. Item Nasserlrath nobili mediato, contra Comitem de Schwartzenburg. Rusticis zu Freyensee contra Solms / &c. Hargaw contra Hanaw. Weillmunster contra Nassaw. Aliisq. permultis: Idem est judicium si civitas Imperialis in jus à cive, vel extero vocetur: Gail. d. obs. 1. n. 20. Comment. in ord part. 2. titul. 5. Insuper rursus quarto. pag 125. & 1. num. 40. De Statibus Imperii primi ordinis, Electoribus, Principibus iisque æqualibus, de quibus agit ordinatio part. 2. tit. 1. & titul. 4. non est idem sentiendum. Hi enim eâ præfulgent prærogativâ, ut à quibuscunque, sive statibus, sive privatis conveniantur, immediatis an mediatis, fori exemptione fruantur: §. fin. d. tit. 4. addit ad Hart. Hart. tit 1. obs. 1. Myns. Cent. 5. obs. 1 num. 2. Gail. d. obs. 1. num. 17. vers. secus esset, & num. 19. num 64. vers. secus in subditis Principum. Ernest. Cothman. d. cons. 32 num. 2. & seq. Zanger. de Except. part. 2. c 1. n. 125. v. Idem est si Nobilis.

26. Ita Gail. de obs. 1. num. 24. obs. 26. num. 2. 5. 6. & ult, Item obs. 78. num. 1. 3. & 7 ex quibus locis apparet, hujusmodi mandata, propter favorem personæ & moræ periculum cum clausula decreta, mandatis sine clausula adæquari; adeoque privilegio außtregarum / non esse locum cum de captivo relaxando agitur. Idipsum probat Comment. in ord. part. 2. tit. 27. ad fin. vers. Et in omnibus caussis. pag. 262. attamen mandata sine clausula, absque prævia prius caussæ informatiône, ohn Bericht schreiben ad loci Dominum, quando subditus supplicat, neutiquam decerni solent. Vt in causa Kattenbracke contra Bischoffen zu Münster. mandati s. claus. de restituendo & amplius non turbando 8. Octobr. Anno 83. hâc formâ: Soll dem Beklagten seinen Bericht jnnerhalb zween Monat darauff zu thun / zugeschickt werden. aliisque infinitis, ex Memoriali Iudic. & Assessor. Ann. 86. in princ. nisi verisimiliter sunt narrata probata, vel de caussa gravaminis indebitæque oppressionis ex actis liqueat, ex Abschied de Anno 94. §. So solle auch zum fünfften. fol. 13. Quæ in subditis nobilium, peræquè non observari stylus Cameræ imperialis quotidianus demonstrat.

27. Gail. lib. 1. obs. 1. num. 16. & obs. 93. per tot. at hic etiam sufficit ipsum Reum, contra quem testes produci debent, immediatè subjectum esse in Imperio, quamvis actor immediatus non sit, nec privilegio außtregarum / locus datur. Gail. d. loc. Myns. cent. 1. obs. 18. Ruland. de Commiss. part. 2. libr. 1. cap. 2. num 8. & deinceps, ubi rationes hujus rei latiùs prosequitur: nonnunquam etiam pendente lite, hujuscemodi Commissiones, ob moræ periculum, decernuntur: videatur Abschied de Anno 600. §. Wann judicialiter. fol. 32. & § Es sollen auch Commissiones. fol. 42. Quid jure communi obtineat, in decernendo hujuscemodi examine ad æternam rei memoriam, tractatur in c. quoniam frequenter 5, ut lite non contest. Ferrar. in præctic. formæ capitulorum, quando testes producuntur ad æternam rei memoriam, Myns. cent. 4. obs. 71. & seq. Gail d. lib. 1. obs. 92. 93. 94. Ruland. d. part. 2. lib. 1. quasi per totum. Mascard. vol. 2. conclus. 685. vol. 3. conclus.

1367. num. 4. & seqq. Prosp. Farinac. lib. 3. titul. 8. quæst. 76. Pistor. lib. 1. quæst. 39. per tot. Eberhard Speckhan cent. 2. class. 4. quæst. 29. & quatuor sequentibus.

28. Gail. d. obs. 1. num. 47. cum seq. Idem est, si adulti curatores petant, vel datos Tutores Curatoresve confirmari postulent: Gail. ibidem; maximè cùm hodie, tutela cum cura continuetur, usque ad Annum 25. Gail. lib. 2. obs. 96. num. 1. possunt tamen tutores: non obstante dictâ consuetudine, tutelâ pubertate finitâ, & rationibus redditis, administrationem causâ cognitâ deponere, & alium Curatorem adulto dari petere; ut in Camera sæpe factum meminisse se Gailius testatur ibid. num. 6. in fin. Id si non fiat, administratio continuatur: Nec est locus §. Item inviti, Instit. de curat. ubi ait text. "Invitos adolescentes curatores non accipere, præterquam in litem": quod, quàm verè à Triboniano traditum sit, examinat *Iacob. Revard.* varior. lib. 1. cap. 17. ubi non levibus textibus & argumentis, contrarium Romanorum legibus cautum esse, demonstrat; & Tribonianum, jus vetus, pro novo obtrusisse contendit: cuius consideratio, optimè Germanorum morem & consuetudinem confirmat: Sed quod dixi moribus nostris tutelam continuari ad annum 25. perpetuum non est: Nam ex aurea bulla Caroli IV. Imp. tit 7. de successione Principum; in Electore Principe, tutela Anno 18. exspirat: quod in Ducatu Bavariæ, sine discrimine dignitatis, etiam in plebe receptum est, ex ordinat. Ducis titul. 51. art. 4. fol. 161. In regno Franciæ, Anno 14. ætatis, administratio regni, filio Regis decernitur. Molin. ad consuet. Paris. §. 29. num. 14. in fin. Idem statuitur consuetudine Turonensi, ut author est *Iohannes Saison* ad consuetudinem Turon. tit. 31. art. 1. super verb. *jusques à dixhuit ans accomplis.* Statutis Italiæ quoque Iuri communi derogatum esse patet. ex consilio Baldi. 105. incip. quæritur utrum Vol. 4. & ibi. Marc. Anton. Rovescal. latè, de statuto civitatis Papiæ, in addit. ad d. consilium Baldi: de statuto Florentino, Quintil. Mandos. tractat. de ætate minori. quæst. 14. & 19. Aliis in locis, ætas annorum viginti, censetur legitima; uti consuetudine Aurelianensi tradit *Pyrrhus Engelbermeus.* tit. 1. de feudis. cap. 30. de statuto urbis Romæ. Mandos. d. tract. quæst 20. de statuto Pistoriensi. Salyc. in l. 2. C. de his qui veniam ætat. impetr. num. 2. de Nobilib. vasallis in Francia. Molin in consuet. Paris. §. 21. & 29. Iure Saxonum, Ann. 21. quis major habetur. Saxenspiegel art. 42. lib. 1. (aliàs Landrecht lib. 1. artic. 5.) Non etiam omittendum est hoc loco, quod Gail. d. num. 47. censuit, non aliter Cameram Imperialem dare vel confirmare Tutores posse, nisi Pupillus & Tutor, immediatè Cameræ iurisdictioni subsint: Idque probat text. in l. 1. in fin. l. ius dandi. 3. ff. de tutor. & curator. dat. ab his. ibique gloss. in verb. eiusdem l. neque 5. C. qui dare tut. vel curat. poss. gloss. in §. sed hoc iure 4. in verb. iurisdictionem in fin. & in verb. creent. Instit. de Atilia. tut. ibique Angel. num. 2. in fin. Schneid. *Cantiuncula,* Nicasius & communiter reliqui Institutistæ: Faci. in disput. Iustit. 3. thesi 32. & latiùs. Cent. 5. legum conciliatarum quæst. 70. in fin. *Iac. Cujac.* in l. 1. ff. de excus. tutor. post princ. vers. Id non est omittendum: Quod Ferrar. in forma libelli quo agitur ad redend. rati. tutelæ in verb. Eidem Iacobo num. 4. in tantum probat, ut existimet, si is qui datus est tutor vel curator non sit de iurisdictione Iudicis decernentis, non valeat datio ipso jure; quia (inquit) "exigitur, quod uterque tàm is qui datur quàm is cui datur, sit de iurisdictione dantis": Verùm præmissâ declaratione indigent: quod de pupillo dicitur, id omninò concedo: Quod autem Tutor non subditus immediatè Cameræ Imperiali, ibidem nec dari, nec confirmari possit, non item admitto: dari potest testamento tutor pupillo, qui non est sub eadem iurisdictione vel provincia, & rectè tutelam gerit l. quæro 32. in princ. ff. de testam. tutel. l. fin. §. ult. ff. de excusat. tut. l. hæres absens 19. §. 1. ff. de iudic. l. testamento 11. C. de excusat. tutor. Itaque & eundem Camera optimo iure confirmabit, quem pater liberis suis præpositum esse voluit: hodierno enim jure, quo in Imperio utimur ex Carol. V. Imperat. politica ordinatione Anno 48. reformata ad invictiss. moderno Imperatore Rudolpho II. Francofurt Anno 77. titul. 31. singuli Tutores & Curatores, sive Testamentarij, sive legitimi, dati vel ordinati judicialiter, non se tutelæ vel curæ, aut eius administrationi ingerere, debent, nisi à Magistratu antea ipsis decreta & commissa fuerit: §. Daß auch ein jeglicher: De Tutoribus legitimis confirmandis, idem statuendum est: nec enim à tutela Ideò excludendi sunt, quòd non sint de foro pupilli, ita in specie visum est Alexand. consil. 161. incip. super primo dubio. num. 7. li. 5. *Cavalcan. Tractat. de Tutore & Curatore*, num. 3. "Tutor legitimus ait, potest esse extraneus, & alterius iurisdictionis & territorij, post alios, quos commemorat: Ioachim Scheplitz in notis ad promptuarium Bald. Klammeri tit. 32. §. 7. num. 2. De Tutore autem dativo, leges in contrarium citatæ loquuntur: sed non ita præcisè, ut prorsus removeri à tutela debeat forensis, alioquin idoneus, quod liquet ex l. Divi. 24. ff. de tutor. & curat. dat. ab his: & multò clariùs, ex l. 10. ff. de tutel. ubi *Vlpian.* ita scribit: "Etiam non municeps, tutor dari potest, dummodo municipi detur: text. in d. l. hæres absens 19. §. 1. ff. de iudic. Quare Doctores rem ita componunt; Tutorem qui alterius fori est, excusatione uti posse, ne Tutor fiat: d. l. fin. ff. de excusat. tut. d. l. testamento 11. C. eod. Sin eod. Sin autem consentiat se ordinari dationem valere: ita sensit gl. in d. l. fin. in fin. & probat d. l. testamento 11. ubi, quod si facere cessasti: Odoffr. in d. l. neque à Præside 5. in fin. ibi. unde si se non immiscuit. C. qui dare tutor. vel curator. poss. & quamvis gl. ibid. putet tutorem sic datum, non esse propriè tutorem; sed conveniri posse actione negotiorum gestorum; tamen contrarium probat ibid. *Cynus* in fin. "Id vetum est, inquit, nisi consentiat decreto, nam tunc videtur quòd valeat, & sic ut tutor convenietur", allegat not. in d. l. Divi. Eandem sententiam ibid. sequuntur & approbant Bald. ibi, nisi ex consensu eius, & latiùs Salyc. n. ult. addens ex huiusmodi consensu, censeri prorogatam iurisdictionem Iudicis: quod etiam Angel. placet in eadem l. qui

sic

72. De taxatis, non est dubium, quòd executoriales aut monitoria à Cam. Imp. decernantur, tit. 46. part. 1. ord. & ibi latè Comment. Gail lib. 1. obs. 44. n. 6 & seq. Ad pacta salaria, auff Bestallungen / conceduntur tantùm citationes ex Memor. Anno 59. §. den Procuratoren: sive partes seu clientes immediatè Cameræ subsint, sive mediatè: at non nisi Advocatis & patronis causarum in Cameræ Imperialis judicio juratis & approbatis;

cis: quod stylus Imp. Cam. hactenus edocuit: ita namque decreta citatio Doctori Leißler/als Ehevogten Catharinæ Brentzlins/ (filiæ q. Procuratoris Imper. Camer. Doctoris Brentzlins) contra Sachsen Lawenburg / Anno 92. 26. Aug. Et licet Reus 28. Sept. Anno 95. declinatorias fori exceptiones in judicio proposuerit, & ad Iudices Außträgarum provocarit; tamen Anno 607. 5. Febr. litis contestatio eventualis, pro pura, acceptata fuit dictis exceptionibus fori declinatoriis non obstantibus: Pari modo, à Licent. Carolo Seyblin tanquàm prædicti Iudicii Imp. Advocato, contra Grothagen. Anno 604. 23. Octob. rursus contra Judith Ruttenbergerin/als Vormünderin/ihrer mit weyland Bernhard Ledenburen erzielten Kinder 26 ejusdem, citationes obtentæ: Nec aliter Iurisdictio fundabatur in libello supplici, quàm ad allegationem consueti styli & observãtiæ judicii, cùm rei tamen agnoscerent Iudicem intermedium: Gail. 1. obs. 1. n. 37. & obs. 44. n. 5. cũ seqq. Rul. de Commiss. p. 1. l. 8. c. 8. n. 21. Christoff Wintzler in addit. ad processum judic. Io. Vels tit. 9. n. 24. & seq. Non tamen probo rationẽ quam adducunt, quasi Camera sit locus destinatæ solutionis, & contractus: nam in loco contractus non aliter forũ quis sortitur, quàm si ibi reperiatur. Covar. pract. quæst. c. 10. n. 3. & n. 6. vers. undecimo. Coler. de process. exec. p. 1. c 3. n 4. Zang. de except. p. 2. c. 1. n. 46. 48. 54. cum seq. Plurimum favendum esse Advocatis in petitione salarii & mercedis, tradit Hieronym. Magon. decis. Florent. 11. ante n. 1. & decis. 12. n. 11. adeò, ut sententia adjudicationis salarii, sit appellatione remotâ executioni mandanda. Quod tamen Camera non admittit, nam recepta est appellatio, in causa Hico Hovverda, contra Doct. Fridericum Inthiema, à sententia adjudicationis salarii, reproducta Anno 93. 5. Decembr.

Quæ actio detur ad salarium, & de salariis Iudicum, Assessorum, Advocatorum, Procuratorum, Commissariorum, &c tr. Spec. l. 1. tit. de salariis. Dd. in l. un. C. de suff. & ad tit. C. de præbendo salario lib. X. & in l. diem functo 4. ff. de offic. Assess. in l. 1. §. in honorariis 10. ff. de extraord. cognit. Paris. de Puteo tr. Syndic. in verb. salarium. c. 1. usq; 6. à f. 184. Deci. cons. 70. Paul. Granut. theorem. 12. Gars. Gallec. de expens c. 20. à n. 13. Asin. in Praxi Iudic. p. 1. §. 32. c. 2. ampliat. 61. n 6. ampl. 66. n. 2. & 4. Marant. part. 4 distinct. 9. à n. 81. Petr. Surd. cons. 42. Menoch. casu arb. 223. Franc. Benius de privil. Iurisconsultorum privileg. 73. & seqq. Guid. Pap. quæst. 190. Francisc. Marcus quæst. 636 Tom. 1. Rurg. Ruland. de Commiss. part. 1. lib. 8. c. 7. Ius Cam. Denais. tit. 20. 137. 154 & 244. Gail. l. 1. obs. 43. & seq. M. Ant. de Amat. decis. 52. Mart. Monter. à Cueva decis. Aragon. 14. & 36. Labores Advocatorum, Procuratorum, & Commissariorum, Iudices & Assessores Imperialis Cameræ judicii, taxare & æstimare solent, ad modum qui infrà suo loco sub num. 84. 85. 86. subsequitur; Cui conjungemus Taxationem quam in Cancellaria utuntur n. 87. Nec non designationem Valoris monetæ n. 88. prout ibidem frequentatur: Item taxa actorum priorum instantiarum: 89. Lectorum 90. & Nunciorum taxa 91. cùm unum ab altero necessariam habeat dependentiam & connexitatem.

73. Ord part. 2. tit. 28. & seqq. tot. tit. ff. C. de jure Canon. de Appellat.

74. Cùm scilicet appellatur à sententia judiciali, solenniter prolata.

75. Cùm appellatur à decreto vel sententia extrajudiciali, quæ appellationes, quatenus admittendæ sint, declarat Reichs Abschied de Anno 94. § Wann aber von gemeiner. Ius Cam. tit. 27. Gail. lib. 1. obs. 120. lib. 2. obs. 76. Mynsing cent. 4. obs. 43. Item in Tom. 5. Iurecons. German. cons. 18. n. 9. Ernest. Cothman, resp. 32. n. 11. & seqq. Roding. in Manu. tit. 20. n. 7. & seq. Præju. Cam. verb. appellatio extrajudicialis. fol. 21. & in verb. attentata f. 49. Rosbach. in process. judic. titul. 73 à numero 4. Forster. in processu Camer. Imper. sub titul. 84. Hercul. de attentat. cap. 28. num. 35. cum seqq. Ferrariens. in practic. formæ appellat. ab interlocut. suprà verb. in his scriptis, num. 2. & 5. Ferrariens. Mont. tractat de appellat. cap. 3. lib. 1. Lãcellot. de attentat. part. 2. cap. 12. limitat. 50. à num. 113. & 137. & ampliat. 17. à num. 20. & cap. 4. in præfat. à num. 187. Item part 2. cap. 15. à num. 62. in prima edit. Natt. cons. 606. Conrard. ad l. un. C. si de mom. poss. limitat. 25. per totum. latissimè Phil. Franc. post alios, in c. bonæ memoriæ 51. de appell. Brederod. tract. de appellat. part. 1. tit. 8. vers. appellatio extraiudicialis. col. 14. tit. 21. col. 596. cum seqq. tit. 22. col 612. cum subseqq. col. 620. & p. 2. tit. 4. col. 81. ad fin. tit. 20. col. 434. v. de extrajudiciali. tit. 33. col. 543. post pr. col. 560. v. quintò lim. Aug. Berous. in rubr. de appel. à n 32. & in c. dilecti, eod. à n. 14 17. cũ seqq n 30. cum seqq. n. 3. cũ seqq. & in c. cum sit Romana. 5 à n. 72. Mat. Neerutius in d. rub. de appel. Tom. 4. repetit. iur. can. n. 4. 10. & in c. dilecti, n. 1. Crot. ibi. n. 13. 15. & in d. c. cũ sit Rom. n. 8. 10. 23. 30 31. Guid. Pap. cõs. 77. 97. & 138. Io. Iosr. de appel. q. 4. Oct. Vestr. in Pract. l. 3. c. 7. Marches. in Prax. Comm. p. 2. c. 10. à n. 35. & à n. 43. *Formulã* appellationis extrajudicialis not. Wurms. ti. 24. de appel. obs. latè Hostiens. in sum. de appel. sub n. 6. ubi plurimas formulas adducit; alias septẽ formulas ponit Gul. Mandagot. tract. de Electionibus novorũ prelator. p. 3. c. 60. per tot. & ibi Nic. Boër. in addit. Differentias quatuordecim, inter appellationẽ extraiudicialẽ & iudicialẽ ponit Panorm. in d. c. bonæ memoriæ, à n. 7. ibiq; additionator. Rebuff. de appell. Tom. 3. ad constit. regi. in præf. à n. 54. Hercul. de attent. c. 10. sub n. 18. Contard. d. lim. 25. à n. 15. *Appellatur* autem aliquando ab actibus merè extraiudicialibus, quemadmodũ ab electionibus à postulationibus Prælatorum, à collatione beneficii, à vocatione ad munera, &c. l. 1. §. solent. 3. ubi Dd ff. quando appell. sit. Pet. de Bellapert. in Rub. ff. de appell. Bald. in Ru. ext. eod. n. 5. hæc propriè nõ est appellatio, sed provocatio ad caussam, scil. inchoandã, d. cùm sit Romana ubi Beroy. n. 75. & 79. v. sequor itaque item v. nec obstat. item n. 74. 78. & 80. Aliquando verò procedit, Princeps seu magistratus, tanquam pars, comminando, gravando, spoliando, vel aliàs de facto procedẽdo, & hîc quoq; appellatur, sed talis appellatio extrajudicialis, similiter erit ad instar provocationis ad causam; & ideò iudices primæ Instãtiæ sunt adeundi, nõ autẽ immediatè Camera, ne quid fiat in fraudem der Außträg/ ut disponit dict. Abschied A. 94. Diversum verò statuitur a

quando Magistratus ad partis instantiam seu supplicationem procedit,& sententiam dicit; Non tamen existimo, Magistratum extrajudicialiter procedere, quoties partibus citatis & sufficienti causæ cognitione interpositâ, de causâ cognoscit & iudicat, per se, vel suos ad id deputatos consiliarios; sive commissarios, licèt formam solennem iudicij non observâtit nec in loco solito iu-
• dicij,vel pro tribunali sententiam dixerit.Si enim partes in huiusmodi processum summarium consenserunt, & se Magistratus decisioni submiserunt (cùm id ipsis liceat, sive tacitè non opponendo, sive expressè renunciaverint; Cravet. conf.140.n.4. v. præterea tali solennitati, unde si partes consentiant,ut in lupanari feratur sententia,licèt fatuè faciat Iudex,qui eam ibidē pronunciat;tamen valet,nec partes possunt contravenire. Spec.tit.de sent.§.iuxta 8.n 6.in fin.) licèt solennitas processus observata non sit,non tamē ideò rectè dicetur extra judicialiter processum esse; Imò sententia sic prolata valet,& vim definitivæ obtinet,adeò ut si non appelletur transeat in rem iudicatam,ut alia quævis in Iudicio solenniter prolata,ex notatis per Dd.in Clem. sæpè & in Clem.dispēdiosam.de iud.optimè Pet. Stella in repet.l.nec quicquam 9.§.ubi decreti 1. de off.proconf.vers. suoit..it, hîc An.Alciat.p.m 108.& v. præterea cōtra Alc.pag.111.& aliàs passim ibid.& bene probat hanc sententiam text.in c.ad petitionem 22.ad fin. & ibi per Dd.de accus.tex.in l.ait Prætor 7.§.sed si ei 2.v.permittitur.ff.de minor: ex quo Bald.conf. 512.sub n.1.vol 5.à præcepto litis; decisivo appellandu est ait,aliàs transit in rem iudicatam.text. "
in l. levia 6. ibi, audire & discutere de plano "
proconsulem oportet.ff.de accus.Guid.Pancir. "
in notitia utraq; cùm Orient.tùm Occid.&c.c 18. & c.99.ad fin.Nam de substantiali solennitate iudiciorum est,sola causæ cognitio;Bar.in loc.prolatā 4.C.de sent.& interlo.omn.iud.n.6.Naturâ "
enim ipsâ docemur nisi recognitâ & intellectâ; "
sufficit ergo ut rationi naturali satisfiat, si ne- "
gotium ita geratur, ut eius possit sufficiens pro "
rei conditione haberi cognitio.ut ait Francisc. "
Sarmient.select.Interpr.l.2.c.ult sub n.7 Horsum spectat distinctio Zasij.in l.iustè 11.ff.de aquir. vel amitt. possess. à num.2. ubi cùm text. dicat, iustè eum possidere, qui authore Prætore possidet. differentiam examinat inter hæc adverbia, *Iustè, ritè & rectè*: Is ait,dicitur ritè possidere,cùm ordo iudiciarius servatus est,ea scilicet quæ pertinent ad processum,etiamsi non rectè possideat:quia rectè dicitur possidere quispiam, *qui secundum veritatē*
,, *iustitia, vel cum causæ cognitione possidet.* Est
,, enim rectitudo in Iudicio duplex, cognitionis
,, & veritatis. Rectitudo cognitionis est,cùm de
,, causa cognoscitur.Cum Iudex perpendit acta,
,, & actitata, tunc dicitur rectè processisse, licèt
,, iustitiam læserit.quia Iudices nō possunt sem-
,, per secundùm iustitiam iudicare:unde sufficit,
,, cæteris paribus,quòd ex causæ cognitione iu-
,, dicent: hoc est,quod dicitur in sententiis,visis
,, actis causæ pronunciatis, &c. Ista est rectitudo
,, cognitionis.Sed rectitudo veritatis,præsuppo-
,, nit Iudicem ex Iustitia & veritate pronunciâs-
,, se & tunc talis sententia, etiamsi non procede-
,, retur ritè, id est, non servaretur ordo iudicia-
,, rius,valeret,maximè in Principe ex veritate fa-
,, cti procedat & diffiniat; quod est vobis omni-
,, nò servandū: In minore Iudice aliud esset,quia
,, omissus ordo judiciarius reddit sententiam, li-
,, cèt in veritate rectè esset pronunciatum nullā
,, l. prolatam 4.C. de sent. ergò, *Ritè*, in judiciis,
,, processum causæ respicit: *Rectè* verò, refertur
,, ad merita causæ: ex gl.in l.2.ff.de inoff.testam.
,, Bart.in l.1.ff.de liber.& posthum. cum simil.b.
,, Et hæc vera sunt in judicialibus; Cæterùm in
,, extrajudicialibus, puta in conventionibus,
,, pactis, contractibus negotiis, tunc dicitur res
,, ritè fieri, cum forma servatur à Iure tradita,
,, forma statuti, forma conventionis partium,
,, & hoc casu *Ritè & Rectè* non differunt:Hactenus verba Zasij,quæ in rem propositam tanquam singularia,commemorare libuit; qui deinde a n.5. explicat,quis dicatur *Iustè* possidere,ille videlicet, qui ritè possidet,etiamsi nō rectè, ex cōmuni Dd. sententia:& eò loci præmissa magis magisq; enucleat,& ad praxin doctissimè accommodat:Zasio in effectu adstipulantur Alex. Iason. Bolognet.& quotquot in eandem l.commentati sunt:Cravett. quoq; conf.5. eandem omninò distinctionem facit,inter Principem,ritè & rectè procedentē post alios quos commemorat; Item inter rectitudinem respicientem iustitiam causæ & ipsa acta,& rectitudinem quæ respicit solennitatem & ordinem procedendi n.1.in fin.& n.3.& subiicit,quòd solennitas quædam sit à mero jure civili introducta, & illâ Principem non ligari: sed valere eius sententiam sine ordine & solennitate juris: quædam, quæ respiciat jus naturale seu rationem naturalem,ut partis citatio, &c. & ea quidē regulariter intervenire debet,Principe judicante,vel Iudicem suo nomine constituente, quantumvis cōmissio decreta fuerit cum clausula; ut procedatur summariè, simpliciter, de plano, sine formâ & strepitu judicij,ac solennitate processus per Clem. sæpè 2.de verb.signif.Bald.in l.ult.n.3.C.de precib. Imper. offer. Curt. sen.conf.20.n.4 & seq.Coler, de process execut.part.3.c.7. n.2. Octav. Vestrius in Pract. libr.3. cap.2.n.7.& 25. & lib.5.c.1 num.5. Mynf.obs.70.cum seq.cent.3.& non minùs causæ cognitio exigitur l. Iudices 9. & ibi post alios. Gail.n.7.C.de iud Bald in d.l.fin.n.3.in fin.Coler. d.loc.Dd.in d Clem. sæpè, & in Clem.pastoralis, de sent & re iud. & in l. prolatam 4 C.de sent.& inter loc.omn. iudic. Blarer. ad l. diffamari C. de ingen.manum.c.10.n.41 42 & 51.Afflict.decis 361. n.35.vers.nec obstat & ibid.Gramm.in addit.Cùm enim causa ipsa quæ inter partes disceptatur, sit sententiæ materia,necessariò de ea cognitio præcedat necesse est,ut probat Marant.in Spec.p.6.de sent.n.58.cū seq.Si itaq; Princeps,causas cū dicta clausulâ aliis committere potest; nulli dubiū est; quin ipsemet virtute propriâ cognoscens, & vi Magistratus à lege vel Imp. sibi concessâ vel præscripta,de plano procedens,partibus citatis,auditis,& informatione sufficienti habitâ,condemnet vel absolvat,rectè iustitiam administrâsse dici debeat:ut notat Andr. de Isern. ad cōstit reg Sicil.in c.cordi in pr.tit.5 l.2.& major est potestas Principis vel Magistratus,proprio iure judicantis,quàm alicujus ordinarij & deputati Iudicis,qui sub juramēti religione,processū,iure vel ordinatione speciali

ciali sibi præscriptū, ad unguē observare tenetur; arg. l. Eum qui 13. ff. de jurisd. l. potestatis 215. in pr. de verb. sig. Nov. 26. c. ult. l. si in aliā 7. & l. seq. ff. de off. procons. & leg. Longè enim firmius & potentius est jus illud, quod quis proprio jure, quā quod alieno beneficio habet, l. 2. ff. d. tit. l. quod Principi 56. cum seq. ff. de legat. 2. l. si filius 33. §. erit 1. ff. de fideicom. libert. Quemadmodum & illud receptum est: Iurisdictionem ordinariam, potentiorem & firmiorem esse jurisdictione delegatâ: Cum eam ordinarius, suo jure, non alieno beneficio habeat, l. more 5 ff. de jurisd. Coras. miscell. 3. c 19. In Germania sanè Electores, Principes, Duces, Marchiones, &c. ex quo sunt Domini perpetui, omnimodam jurisdictionem, potestatem, & imperium in ditionibus ipsorum, beneficio & clementiâ Imperiali habere videntur, non minorem ferè quā habebat ipse Imp. in toto imperio: ut copiosè deducit Hieron. Schiurpff. cons. 18. per tot. cent. 3. Curt. sen. cons. 65. n. 5. vers. & ideò plus Curt. jun. consil. 61. n. 9. 10. Rol. à Val. consil. 91. n 16. & seqq. vol 2. Mod. Pist. cons. 5. n. 19. & cons. 49. n. 3. ubi idem de Episcopis scribit vol 2. Sim. Pistor. ib. cons. 4. n. 15. & seq Franc. Marc. Tom. 2. q. 362. n. 1. Credidit " enim Imperator, qui iis territorium & regalia " largitus est, Eos, qui ob singularem industriam " exploratâ eorum fide, & gravitate, ad hujus of- " ficii magnitudinem adhibentur, non aliter ju- " dicaturos esse pro sapientiâ ac luce dignitatis " suæ, quam ipse foret judicaturus. Vt ait text. " in l. un. §. penult. ff. de offic. Præf. Prætor. De iis igitur Principibus; accipiendum non erit quod Dd. censent; Duces vel Principes, superiorem recognoscentes, non posse causas committere sub d. clausulâ, ut procedatur, summariè, simpliciter, de plano, &c. quos citant Natta cons. 402. num. 9. Gravat. ad Pract. Oct. Vest[illegible] 3. c. 2. n. 15. & seq. Sufficit igitur, si Princeps talis perpetuus, solâ veritate inspectâ causam decidat, omisso omni ordine judiciario. Bald. in c. 1. §. 1. sub n. 3. & ibi Andr. Barb. in addit. super verb. inspectâ. de novo form. fidel. quem sequitur Curt. senior de consil. 65. num. 6 vers. Meritò Princeps. Idem *Bald.* in l. rescripta 7. „ n. 7. C. de precibus Imp. offerend. Coram Prin- „ cipe ait, magis habet locum veritas, quàm ritus „ judiciorum. Idem in l. fin. n. 2 C. de legib. Prin- „ ceps, inquit, non tenetur servare ordinem ju- „ diciorum in procedendo. & n. 3. Coram Princi- „ pe, requiritur examinatio & ventilatio veri- „ tatis, licèt solennitates legales non teneatur „ Princeps observare. Rursus in c. 1. si de invest. inter dom. & vasall. lis oriatur, n. 11. ubi latè idem Barbat. in verb. sic facias: alia in hanc sententiam adducit Curt. sen. d. cons. 65. n. 6. & seq. Quando itaque Magistratus, eo modo de causâ cognoscit, & partibus præsentibus jus dicit, necessariò sequitur; sententiam hujusmodi, non minùs ac aliam, â Iudice in loco Iudicii & cum solennitate processus promulgatam, robur & firmitatem obtinere; ut non supersit remedium aliud, nisi appellationis; in tantùm ut si causæ cognitionem qualem interponat, licèt perfunctoriam & in sufficientem, peræquè appellationis auxilio, rescindenda veniat; ut notant Zasi. in l. Indices 9. C. de dic. num. 15. & seq. Sichard. in l. prolatum 4, C. de sent. & inter omnium judic. sub num. 2. Quæ omnia cò recidunt, quòd existimem, de hisce sententiis, recessum Imperii de Anno 49. Suprà allegatum, non esse accipiendum: Quâ tamen in re vulgus practicorum, ut plurimùm hallucinatur, qui statim atque Princeps, vel Magistratus, causam aliquam ipse cognoscit, vel cognoscendam committit, summariè & de plano procedendo; si non in judicio aulico solenni, vel in loco audientiæ consuetæ sententia feratur; eam statim extra judicialem exclamant, nec appellatione suspendi posse contendunt ex d. recessu: cùm tamen id ibi minimè dicatur, atq; jus & praxis ipsa, contrarium doceant, nihil enim eæ juris positivi solennitates, causæ justitiam instruunt vel coadjuvant; sed licitum est partibus his omissis, viâ supplicationis, & brevioris processus, rectâ Magistratus officium nobile implorare, ut his citò sopiantur: quo modo hodie, in causis mercatorum, in causis pauperum, personarum miserabilium, advenarum, peregrinorum, alimentorum & similibus, etiam à judicis certâ judicandi formulâ adstrictis, procedi videmus: Vnde Matant, in specul. part. 4. distinct. 10. n. hujusmodi judicia extraordinaria appellat, ideo, quia judicium tale sit summarium vel executivum in quo non servatur ordo juris; & propterea dici extraordinarium, quia fit extra juris ordinem. Et hic processus extraordinarius, summarius, aut si malis, extrajudicialis, in Camera Imperiali non est inusitatus: Videmus enim quotidie supplicari in consilium, à Cameralibus, vel contra Camerale ab exteris, & ad informationes auff Bericht vnd Gegenbericht/decreta & sẽtentias præceptivè dari, in hunc aut similem sẽsum: soll Beklagter/Supplicanten befriedigẽ/ꝛc. vim diffinitivæ obtinẽtes: quas, cùm ab iisdem personis judicantibus procedant, non minùs judiciales dixeris; licèt materialiter, extrajudiciales sint, cùm extra locũ judicii proferantur: sed ut dixi, nihil interest, si partes consentiant, & sufficiens causæ cognitio interveniat. Vnde Cra- „ vet. cons. 302. n. 4. v. ratio est, Iudex, ait, non di- „ citur processisse extrajudicialiter vel ut priva- „ tus, si partem vocavit. nisi partem vocatam, & „ comparentem audire noluisset: & infrà: cùm „ processerit Iudex ad executionem parte voca- „ tâ, non potest dici quòd processerit, ut priva- „ tus & extrajudicialiter. Ex quibus liquet, sententiam rectè prolatam dici, quotiescunq; causæ intervenerit cognitio, utcunque aliæ solennitates processus fuerint omissæ: *Quod ius* ubiq; ferè observatur, præsertim in nostra Germania; non solùm apud summos magistratus, sed etiam civicos, & hisce inferiores, ut usus & experientia docent: Imò etiã in summis Tribunalibus, hæc procedendi via non est inconsueta, quemadmodum de more Iudicii Imperialis præfati sumus. *De regno Franciæ*, „ Franc. Marc. To. 1. q. 714. n. 3. *Sic* inquit: Licèt in „ Consistorio Galliæ non servetur ordo judicio- „ rum, tamen requiritur examinatio veritatis. „ Ant. Fab. in C. tit. de sent. præf. Prætor l. 7. tit. 14. „ definit. 7. Senatus. ait qui supremus Magistra- „ tus est tenetur judicare secundum conscientiam „ potiùs, quàm ex merâ nimiâq; juris subtilitate: „ Guid. Pap. q. 58. in pr. De stylo & communi ob- „ servantiâ hujus curiæ Parlamenti, in quibus- „ cunq; causis etiam majoribus de necessitate lis

„ non contestatur, nec observatur ordo quia partibus in eorum juribus exauditis, proceditur „ ad definitionem, & determinationé causarum, „ summariè, simpliciter & de plano, solâ facti veritate inspectâ, juxtà dispositionem Clem. sæpè de verb. sig. *In regno Neapolitano.* test. Afflict. decis. 250. ad fin procedunt Iudices, summariè, simpliciter, & de plano, solâ veritate inspectâ; & sublatæ sunt solennitates juris civilis: idq; probat pragmatica reg. Neap. incip. dispendia litium rubr. de procedendi modo in causis civilibus, & notabiliter Afflict. decis. n. 3. in fin. cum seq. *De Statutis talia:* testatur Rol. cons. 71. n. 35. vol. 1. Barnab. Garnazz. decis. 39. n. 9 In Lucana urbe, causas solâ facti veritate inspectâ decidi ait: Consiliarios justitiæ Ferrariens. procedere solâ veritate inspectâ, testatum reliquit Prosper. Paseth. cons. 107 n. 3. & cons. 131. in pr. De Senatu Montisfet. Idem cons. 33. in pr. De aliis senatib. & senatoribus Italiæ, scribit Fräc. Ecc. cõs. 47. n. 15. post alios quos commemorat. De Senatu Mediolanensi, Clar. § fin q. 78 n. 28 in fi. Gravet. cons. 198. n. 7. *Et hinc est* quòd ord Cam. Imper. p. 3. tit. 34. in pr. Und so der Cammerrichter statuat, nullitates nõ attendendas, si pars in causa principali, per eas nõ sit iniquè & irreparabiliter læsa Myns. cent. 1. obs. 17. in fin. cent. 5. obs. 93. in pr. Et Imp. Carol V. id ipsum in veteri ord. Noriberg. an. 1523. tit Wie auch in Appellatio und Nichtigkeit Sachen auff erste Termin sol gehandelt werden. §. Ferneren tit. jampridẽ statuerat, ne solẽnitates & observationes juris communis, in processibus ad Cameram devolutis omissæ, adeò strictè curarentur: & si quæ repeterẽtur in actis nullitates, iis non attentis, nihilominùs Iudices Cameræ secundùm id quod justũ esset deciderent causas: Imò ex consuetudine Germaniæ, ea omnia quæ sunt de substantialibus judicii plenarii, nõ observantur, testes sunt, Henning. God. & post ipsum Myns. cons. 2. o. 18. Laur. Kircho. cons. 5. n. 15. & seq vol. 5. Iurecons. German. atq; hæc eadem ex stylo Cameræ confirmat Gail. l. 2. obs. 42. quæ uti notissima prætereo. Diversa porrò ratio est, ubi Magistratus extrajudicialiter, sine citatione partis, & sine cognitione causæ ullâ quid fieri mandat vel præcipit; huiusmodi enim præcepta, nec sententiæ, nec rei judicatæ authoritatem habent, nec ab iis provocare est necesse, quia hoc casu, non ut Magistratus, sed ut privatus procedit. ita probat l. factum a Iudice 131. & ibi in specie Deci. n. 1. & addit ibid. item n. seq. & latiùs n. ult. ff. de reg. jur. c. ea quæ fiunt 26. eod. tit. in 6. tot. tit. C. cõminationes epistolas, programmata, subscriptiones, authoritatem rei judicatæ non habere, latè Petr. Stella in d. l. nec quicquam. §. ubi decretum. ff. de off. Præsid. Dd. in l. de pupillo 5. §. meminisse 10. ff. de oper. nov. nunciat. decis. Rot. Luccos. diversorũ, decis. 43 Bonif. Rug. cons. 24 n. 34. & seqq. li. 1. Alcit. cons. 392. n. 2. Castrens. cons. 3. in pr. li. 2. M. Antoo. de Amat. decis. 64. n. 27. Daniel. Moller. lib. 4. semestr. c. 1. n. 14. cum seq.

76. Quæ tunc in Camera peti potest, si ea erat judicatura in causâ, compromisso non interveniente. Comment. in ord. tit. 27. p 2. f. 261. vers. sic quoque reductio Myns. cent. 2. obs. 61. Gail. lib. 1. obs. 149. Anton. Tessaurus decis. 14. num. 8.

77. Ordin. Camer. part. 2. titul. 34. per totum. Vant. tractat. de nullitat. titul. coram quo nullitas, num. 8. in fine. Quas nullitates Camer. non attendat, dictum est supra num. 75. ad finem. vers. Et hinc est.

78. Gail. quidem, lib. 1. obser. 143. n. 1. Octav. Vestr. in Practic. lib. 8. cap. 3. num. 13. & nonnulli alij existimant; quando aliquis omisit appellare, & postea petat citationem ad videndum se restitui ad appellandum, tunc esse adeundum Iudicem à quo, non autem Iudicem superiorem: Sed huic opinioni non accedo, nam qui à sententiâ Iudicis appellat, is de iniquitate eiusdem conqueritur. l. 1. ff de appellat. & dicit sibi ipsius sententiam displicere. l. 1. ibi, si vobis sententia displicebat. Cod. si sæpiùs in integr. restitut. postul. ibique Philipp. Corneus num. 1. in vers. in textu ibi, si sententia. Et ideò superiorem, ut iniquitatem corrigat, appellat. l. præfecti l. 17. ff. de minor. ab eo igitur, à quo auxilium speratur, etiam restitutionem adversus appellationem omissam faciliùs sperare licebit; quàm a Iudice, de cuius iniquitate, obtentâ restitutione, detegendâ, agitur: Et quia sententia lædit petentem restitutionem, & is de ea conqueritur, adiri debet superior ejus qui judicavit. Ita probat Bart. in l. 2. num. 1. Cod. ubi & apud quem cognitio in integr. restitut. agit. sit. & est text. in l præses 5. C. de appellat. ubi Bart. & Corneus num. ult. rursus in l. 1. C. si sæpiùs in integr. restitut. postul. num. ultimo. ibid Bald. & Angel. Corn. ad fin vers. coram quo autem Iudice. Quibus in locis tradunt, liberum esse appellanti, restitutionem adversus omissam appellationem, à superiore Iudice ad quem, non minùs etiam, ab ipso Iudice à quo, petere: Idem voluit Milis in Repertor. verb Iudex quis adeundus sit in causa restitut. vers. sed si petitur restitutio ad appellationem interponen[dam]. Mauritius D[e]lan. tract. de restit. in integrum c. 239. n. ult. Quæ sententia ad praxin & usum fori propiùs accedit, & in Parlamento Delph. observatur, quemadmodum constat ex Guid. Pap. cons. 182. n. 1. in pr. Rebuf. ad consuetud Regias Tom. 2 tract. de restit. in integr. in præfat. n. 18. præiudicium Cameræ in hanc sententiam exstat apud Ch. Barth. in Tom. 1. sentent. Camer. Imp. Anno 1503. 20. Dec f. 210. & ex Mynsing. cent. 4. obs. 17. patet, minores fuisse in Camera ad omissam appellationem, restitutos: De petendâ restitutione, contra lapsum fatalium introducendæ, vel prosequendæ appellationis, non est ambigendum, eam à Iudice superiore postulandam esse; non item à Iudice à quo: Gail. d. obs. 143. in princ. & aliis, dictis locis citati.

79. Sic docet, & præjudiciis confirmat Myns. cent. 3. obs. 43. per tot. cent. 4. obs. 41. in pr. & patet ex notatis supra, n. 6.

80. Ord. Cam. Imp. part. 2. tit. 28 §. Item, nach dem auch. & supra, n. 5. & 6.

Hæc sunt, Lector benevole, quæ in præmissæ tabulæ adornationem impræsentiarum, summatim, & remissivè exaravimus; In quibus si quid imperitè, vel imprudenter elapsum est, pro tuo candore emenda. Cætera quæ placent, boni consule, & bene Vale.]

XXXVIII. In secunda instantia ad Cameram quando devenire liceat, *Ordinationis Cameræ tit. 28. part. 2.* innuit ibi: Es soll nicht allein von de *In secundâ instantiâ quando ad Cameram appellare liceat?*

Urtheilen/

Urtheilen / durch die ordentliche Untergericht / dem Käyserlichen Cammergericht ohne Mittel unterworfen / außgesprochen / sondern auch in den Rechtfertigungen / so gegen Churfürsten / Fürsten / Fürstmässigen / Prælaten / Grafen / Herren und Ritterschaften / durch andere / oder unter ihnen selbst furgenommen und geübt / einem jeden Theil / der sich mit gesprochenen Urtheilen beschwert befindt / an das Käyserliche Cammergericht zu appelliren zugelassen seyn / in massen hieroben von den Rechtlichen Austrägen in erster Instanz weiter geordnet und versehen ist / doch einem jeden seine Privilegien und Freiheiten derhalben vorbehalten. [add. *Quum ingens abusus appellationum hodie in* Camera *Imperiali & inferioribus iudiciis occurrat, quomodo is tolli possit, eleganti Consultatione exposuit. Nobiliss. & Consultiss. Dn. D. Ludolphus Hugo, quam hic apponemus:*

Præfatio, & propositi explicatio.

Quum nulla magis re Resp. nostra hactenus laboraverit, quàm Iudiciorum perversitate; nulla etiam frequentior deliberatio, quàm de eorum emendatione, ab eo usque tempore, quo instituta est Camera *Imperialis, in Comitiis Imperii suscepta est. Aliquoties enim Ordinatio summi illius Iudicii, quod reliquis viam præire, & exemplum præbere debet, emendata est. Res excitavit etiam Iuris consultos nonnullos, ut privatâ industriâ* Consultationes *ea de re conscriberent:* Vid ap. Wehn. in obs. pract. verb. Iustiz-wesen. *feceruntque singuli, alius tamen aliâ parte, non contemnendum opera pretium. In Imperii etiam* Comitiis *ita Iudiciorum emendatio instituta est, ut tamen semper sequentis temporis industriæ aliquid relinqueretur. Ultima equidem manus imposita videbatur in Comitiis Ratisbonæ anno huius seculi LIV. habitis, accedente præsertim memorabili illo Decreto* Communi *in Camera Imperiali An. MDCLIX. Idibus Decemb. publicato: si tamen consideremus, variis adhuc incommodis litigatores, iuxta ac Iudices, conflictari, trahi adhuc lites, necdum exoptata illa brevitate concludi; vereri cogimur, ne adhuc in quibusdam Iudicii partibus hæreant adhuc ulcera aliqua, quæ manum Medicam desiderent. Nondum igitur omnis cura, quæ in Iudiciorum emendationem hactenus impensa est, relinqui debet: sed omni in eam studio incumbendum, quoad tam utili, tamque necessario operi aliquid deesse animadvertimus.*

Si quis igitur causas multitudinis ac diuturnitatis litium quærere incipiat, statim deprehendet, nihil plus negotii facere, quàm appellationes. Postquam enim multo labore, & magno sumptu, eò tandem res redacta est, ut Iudex sententiam ferat, victor quidem iam sibi in portu navigare, & omnibus molestiis defunctus videtur. Modò autem adversarius dixerit, appello; *unica hac voce omnem ferè prioris iudicii fructum ei eripit. Quippe tunc litigatores ad ipsum litis principium reiiciuntur, qui iam ad finem pervenisse videbantur. Nam principium Iudicii litis contestatio est.* Gail. 1. obs. 79. *Appellatio verò statum causæ ad tempus litis contestatæ redigere censetur.* l. ita demum. 13. & ibi Dd. C. de proc. Gail. 1. obs. 144. n. 1. Clerzel. de appel. c. 6. n. 19. *Iterum igitur offertur libellus, litis fit contestatio, excipitur, replicatur, duplicatur, dantur articuli, decernuntur* Commissariæ, *producuntur testes, & alia probationum genera: breviter idem in Iudicio appellationis processus instituitur, quo in prima instantia utimur.* Ord. Cam. p. 3. t. 31. 32. 33. *Quid igitur in priori Iudicio factum est, si omnia ex integro aguntur? Nisi fortè, quoniam Iudicium bello comparari solet, primam instantiam velitationis cuiusdam, secundam verò iusti demum prælii speciem habere dixeris.* Certè *ita penè se res habere videtur. Longè enim contentiosius est Iudicium appellationis, quàm primæ instantiæ. Non enim tantùm, quæ priori Iudicio sæpe ad nauseam usque dicta fuerunt, denuo inculcantur (licet enim hoc prohibitum sit, hactenus tamen, uti infrà ostendemus, satis caveri non potuit) sed nova etiam, & antea vel neglecta, vel verò ita comparata, ut ad causam præsentem parùm pertinere, ab ipso litigatore crederentur,)* arg. R. A. zu Regenspurg An. 1654. §. Zumahlen aber jederzeit. ibid. fur undienlich und unnötig geachtet. *nunc accumulantur. Unde in libellis gravaminum inter solennia præfationis est: appellantem contestari, quòd uti velit salutari beneficio* l. Per hanc. C. de temp. appell. Non deducta deducam: non probata probabo: *quasi dicat:*

Hàc non successit, aliâ aggrediemur viâ.

Repetito igitur ad eum modum bis, ter, vel plurios etiam Iudicio, quantum temporis consumatur, quanto cumulo coacerventur acta, quomodo fatigetur adversarius, & Iudex, nemo non videt.

Si quis igitur calumniam struere, vexare adversarium, extrahere litem cupiverit, quantam eius consilii exequendi occasionem sub prætextu appellationis habet? Imò nihil est quod fiat frequentius. Graviter ea de re queruntur Ordinatio Cameralis, aliaque Imperii Constitutiones. p. 2. t. 28. §. Dartzu dieweil. *Queruntur etiam ea de re Iuris Interpretes.* Gail. 1. obs. 128. n. 2. *Non inscitum est, quod Clerzelius in* tract. de appell. cap. 1. n. 23. *scribit:* incredibile dictu, quæ tela abusuum ex hoc magno litium stamine & subtegmine enascatur. *Testis est experientia in Camerâ Imperiali. In causis enim appellationum longè plures sententiæ confirmantur, quàm reformantur; ut nihil dicam de iis, quæ non devoluta, vel deserta, pronunciantur. Si igitur plures appellationes iniustæ, quàm iustæ, pronunciantur; abusus earum frequentior est, quàm usus.*

Inde verò, & publicis, & privatis rebus quàm plurima damna evenire necesse est. Præcipuum est, quòd Camera Imperialis multitudine appellationum ita obruatur, ut omnia ad se delata negotia expedire non possit. Quàm misera enim passim audiuntur voces eorum, qui queruntur sibi iustitiam non administrari? Quæ verò causa est? In Camerâ certè Imperiali nulla alia causa est, quàm quòd mole negotiorum adeò oppressa sit, ut omnibus in tempore succurrere non possit. Præcipua verò negotiorum moles ex appellationibus constat. Si enim verum est, quod refert Constitutio Ratisbonensis An. MDCLIV. §. Und nachdem. *nullam fere sententiam in Iudiciis Ordinum Imperii ferri, à quâ non appelletur; quomodo Camera Imperialis tot causis, quæ ad eam confluunt, sufficere possit? Hoc verò Iudicio laborante quantò magis Resp. nostra laborat? Si enim summum hoc Imperii Iudicium vinculum est Reip. asylum oppressorum, frenum iniustitiæ; qualia encomia merito tribui solent Cameræ Imperiali; quid unumquemque in ordine continebit, oppressis*

opem feret, iniustitiam coërcebit, si hoc Iudicium officium facere nequit? Quapropter quacunque ratio iniri & excogitari potest, ea adhibenda, quò Iudicium hoc nimiâ istâ litium multitudine exoneretur, & ita comparetur, ut opem eius implorantibus in tempore præbere se possit. Et verò imprimis obviam eundum, quod plurimum negotii facit. Quoniam igitur appellationes præcipue Cameram Imperialem obruunt; cogitandum, annon via aliqua inveniri possit, quâ cumulus iste appellationum minuatur, ambages processus resecentur, & immenso isto labore, quoad eius salvâ Iustitiâ fieri potest, Camera Imperialis levetur.

Attamen hoc neutiquam facile erit. Quid enim hactenus non tentatum? quid non remedii adhibitum est? Nulla enim pars iudicij pluribus munita cautelis est, quàm appellatio. Postquam enim animadvertere cœperunt Legislatores ingentem beneficii appellationis abusum; indulgentiam istam, quâ erga litigatores usi fuerant, nonnihil minuendam, & facultatem appellandi quibuscunque modis constringendam putarunt. Quicquid autem tentarent, quicquid constituerent, hactenus quidem appellantes in ordinem redigere non potuerunt. Taceo varia illa, & sanè scrupulosa formalia, in quibus si levissimè peccaveris (quàm facilè autem, quamque sæpe hoc fiat, testis est experientia) appellatio irrita est. Taceo reliqua remedia Iure Civili Romano appellantium temeritati opposita. Nostri Comitia Imperii haud segnius eandem curam susceperunt, & remedia illa Iuris Romani, partim approbarunt, (omnia tamen apud nos introduci non potuerunt) partim alia atque alia addiderunt R. A. zu Regenspurg/ An. 1654. §. Wie aber zu verhüten. Summa appellationis quoties aucta est? Sed quid de summâ Lege definita dicam? Quàm varia, quamque ampla privilegia Ordinibus Imperii data sunt, quibus vel planè prohibetur appellatio, vel certa, eaque satis magna pecuniæ summa determinatur, intra quam appellare non licet? Si verum fatendum est, vergunt quidem horum nonnulla in detrimentum aliquod Iurisdictionis Imperii. Sed quid aliud suppetiit remedij ad iudicia Imperii exoneranda? Adhuc hodie post tot privilegia Ordinibus indulta multitudo appellationum Iudicis Imperii oneri est. Præterea pœna temerè appellantium, quæ, cùm Ordinatione Camerali arbitraria esset, Memoriali Visitationis An. MDLXXIV. in marcis argenti, postmodum verò Recess. Deputationis Spirensis An. MDC. §. Und ob wol weiter. in marcis auri determinata erat, ita ut minima unius, maxima decem marcarum auri esset, hodie altero tanto aucta est. Minima enim frivolæ appellationis pœna unius; maxima viginti marcarum auri statuta est; data præterea Cameræ Imperiali potestate, si quando graviori animadversione opus sit, etiam pœna corporali protervium appellantis plectendi R. A. zu Regenspurg/ An. 1654. § Und nachdem weiters.

Sed ne sic quidem satis eam coërcitam esse, creditum fuit. Itaque adhuc graviora remedia adhibere, ipsamque conscientiam, cùm litigatorum, tum Advocatorum excutere, necessarium visum. Qua de causa Constitutione Comitiorum Ratisbonensium An. MDCLIV. introductum est grave illud Iuramentum calumniæ de non frivolè appellando, quod appellans, eiusque Advocatus in principio statim litis præstare tenentur. Quanquam enim iam tum olim Iure Civili Romano iuramentum calumniæ introductum esset: l. 2. C. de iurei propt. cal. dand. idque in appellationis etiam instantia Ordin. Cam. p. 3. t. 32. § und sol alsbald. (licèt hoc à nonnullis Vid. Vult. de Iud. lib. 3. cap. 2. no. 1. nep is rationibus in dubium vocatum esset) locum habere crederetur: c. 2. de iuram. cal. in 6. Setler. de iuram. lib. 3. c. 4. n. 27. consuetudo tamen forsitan hoc interpretabatur, ut tunc demum, si alteruter litigantium, vel etiam Iudex, hoc exigeret, præstandum esset. Aliàs enim tacitè remissum censebatur. Gail. 1. obs. 85. Rariùs autem exigebatur. Sed Constitutio Ratisbonensis, §. Zumahln aber. adde commune decretum An. 1659. 13. Decemb. § ferner und am dritten. quod antea Iudicis, vel litigantium, arbitrio relictum erat, in appellationibus perpetua lege sanciendum putavit: quanquam iam antea non paucorum Ordinum Imperii, vel statutis, vel privilegiis, cautum esset, ut nemo, nisi qui priùs de calumnia iurasset, ad appellationem prosequendam admitteretur. Illa verò Lex Iustinians, l. Rem non novam, §. 1. C. de Iud. qua Patroni causarum in singulis causis, quas agendas susciperent, iurejurando adstringi iubentur, planè in desuetudinem venerat. Nunc autem per Constitutionem illam Ratisbonensem in appellationis instantia in usum revocata est. Qua de causa formula mandati specialis, quo Procuratori per animam litigatoris atque Advocati iurandi potestas datur, diris quibusdam execrationibus concepta est, quò metu saltem Divini Numinis, & horrore æternæ damnationis commoveantur, à quibus nullâ aliâs ratione impetrari potuit, què minus beneficio appellationis frivolè utantur. Etsi verò ingens de hoc iuramento spes concepta esset (quis enim quicquam mali metueret ab eo, cum conscientia tam duro vinculo constringitur?) effectus tamen longè infra communem expectationem fuit. Docuit enim experientia, appellationes æquè, ut antea, & magno cumulo, & frivolis ex causis ad Cameram Imperialem confluere. Hoc verò mirum, non iurejurando, non pœnarum adeò gravium comminatione appellantes terreri. Quid de aliis remediis sperandum, si hæc adeo dura parùm profuerunt? Dixeris, appellantium temeritatem prohibere velle, rem deploratam esse.

Omnino tamen opera danda est, quò ita instituantur appellationes, ut non opprimant magis, quàm defendant Iustitiam. Alioquin fortè satius esset, planè eas abrogare. Sed quoniam tam necessario ac salutari remedio carere non possumus, ne bona & fortunæ temeritati Iudicum exposita sint: usus propter abusum tollendus non est: sed abusus tollendus, quò usus maneat. Hoc igitur est, de quo nobis nunc instituta deliberatio est. Putamus enim, in ipso appellationis processu ingens aliquod vitium latere, quo errores & abusus longè maximi invecti sint; adeò quidem, ut, si finem & rationem introductarum appellationum consideremus, à vero earum instituto nostri fori usus quam longissimè recessisse videatur. Inde verò multa mala sequi oportuit. Varia etiam illa remedia, quibus appellantium temeritati occurrere consilium fuit, successu destitui oportuit. Hærente enim in ipsis visceribus malo frustra extrinsecus remedia applicantur. Ante omnia igitur vitium illud processus appellationum, quod sane grave videtur,

emen-

emendandum. Hoc tanquam ungue ex ulcere remoto, remedia adversus appellantium temeritatem, & quæ jam inventa sunt, longè efficaciora erunt: & si quibus adhuc aliis opus erit, longè facilius invenientur. Duæ igitur erunt Consultationis nostræ partes; *prior* de processu appellationum emendando; *altera* de temeritate eorum, qui frivolè appellant, coërcendâ. *Etiam Constitutio Ratisbonensis Ann. MDCLIV. utrumque caput seorsim tractat.* §. in appellation-Sachen. & §. Wie aber zu verhuten.

Mirum fortassis videbitur, nos de processu quæstionem movere. In Iudicio enim appellationis idem ferè processus est, qui in primâ instantiâ. Si igitur processus primæ instantiæ rectè se habet, annon dicendum, etiam processum appellationis rectè se habere? Aut si emendationi aliquis adhuc locus relictus est; fortè de processu potius primæ instantiæ quæstio instituenda erat, quàm de processu appellationis. Verùm fatendum quidem est, processum primæ instantiæ, quo quidem Camera Imperialis hodie utitur, adeò esse brevem & compendiosum, ut quomodo adhuc magis contrahi possit, non appareat. Quod autem in appellationibus eadem ratione disceptandi, eodemque processu utamur, hoc an rectè se habeat, nunc inquiremus.

Quanquam verò ea, quæ dicturi sumus, maximâ ex parte Iudiciis in universum omnibus convenire videantur: nos tamen præcipuè ad Cameram Imperialem ea accommodabimus. Præcipue enim hoc Iudicium fatigant appellationum abusus. Præ cæteris igitur remedio opus habet. Nec hoc sine ratione accidit. Quemadmodum enim vitia, virtutesque hominum in Magnatibus conspectiores sunt, plusque damni vel commodi afferunt, quàm in privatis: sic id, quod rectum, quodque depravatum in processu est, in magnis Iudiciis magis conspicuum est, & plus boni vel mali efficit, quàm in mediocribus. Quâ de causa Constitutiones Imperij nostri omne studium emendandi processus ad Cameram Imperialem conferre solent: huius verò processum inferioribus Iudiciis, quoad eius fieri potest, normam esse volunt. R. A. zu Regenspurg. An. 1654. §. Es sollen auch. *Hoc igitur exemplum sequi debemus.*

Quoniam autem, uti antè diximus, nec grave illud iuramentum calumniæ de non frivolè appellando, nec pœna temere appellantium satis validè constrinxit litigatores, quo minùs beneficio appellationis abuterentur; hoc quoque dignum videtur, cuius causam quæramus. Causa enim intellecta, de rei veritate non ampliùs dubitamus. Tunc igitur manifestum erit, quàm necessarium sit, alia remedia quærere: simul etiam ad ea invenienda via monstrabitur. Apparebit enim, iuramentum calumniæ, & pœnam temere appellantium, vitium litigantibus quàm maximè familiare intactum relinquere. Hac igitur tanquam præcipua causa morbi inventa, qualia remedia quærenda sint, non ampliùs obscurum erit. Sed de pœna quidem temere appellantium in secunda parte Consultationis (eò enim pertinet) dicemus. Iuramento autem calumniæ de non frivolè appellando Lex non tantùm temeritati frivolè appellantium frenum imponere, sed etiam vitioso processui aliquid remedij afferre voluit. Nequis igitur putet, nihil ampliùs mali metuendum esse, hoc juramento introducto, atque incommodis processus, si quæ sint, satis prospectum esse; primò omnium ostendemus, quàm imbecillis cautio in Iudiciis juramentum calumniæ sit; quò hoc scrupulo exempto, eò expeditiùs deinceps in explicatione argumenti nostri progredi possimus. Eadem autem via vitia litigantium, quibus iuramentum calumniæ oppositum videtur, explicanda sunt; qualia sunt calumnia, temeritas, & pervicacia. Quoniam igitur hæc ipsa illa sunt, quorum coërcitio de Iudiciis rectè constituendis deliberanti proposita esse debet; meritò ab eorum explicatione ordimur.

PARS PRIOR

DE

PROCESSU APPELLATIONUM EMENDANDO.

CAPUT I.

Iuramentum calumniæ non esse satis validum remedium ad temeritatem litigantium cohibendam: simul etiam vitia litigantium, calumnia, temeritas, & pervicacia explicantur.

Mirum equidem videatur, juramento calumniæ litigantes à frivolis appellationibus non deterreri, nisi jam tum olim magni nominis Cti, longa experientia edocti, de exigua litigatorem ergà jusjurandum calumniæ reverentia conquesti essent. Testatur enim Socinus in c. Cæterùm. x. de juram. calumn. *quod hac nostra ætate magis de calumnia committenda, quàm evitanda jurent litigantes. Baldus* in l. si post perfectum. n. 1. C. de evict. *etiam observavit, juramentum calumniæ hodie ne obulo quidem æstimari; quia, inquit, facti sumus contemptores Dei & religionis. Suffragatur his Gailius* 1. obs. 85. n. 4. *Vir rei iudiciariæ, si quisquam alius, peritus, qui tanta facilitate & levitate hoc juramentum passim in Iudiciis præstari testatur, ut planè incontemptum abierit eius religio. Idem sentit Iohannes Oldendorpius.* class. 1. act. 7. in fin. Habemus, *inquiens*, nunc juramentum calumniæ, quo perjuria magis introducuntur, quàm excludatur calumnia. *Adhuc longiùs progreditur Maranta,* part. 6. tit. de juram. n. 11. *qui etiam suadere non dubitat, ut Constitutio illa Iustinianea de juramento calumniæ planè antiquetur. Verba eius ita habent.* Ego puto, quòd litigatores nostri temporis potiùs jurant de calumniâ committendâ, quàm vitandâ: & ideo melius esset, quòd istud juramentum ex toto tolleretur à Iudicio, causâ vitandi tot perjuria, non obstante, quòd hoc juramentum inventum sit ob publicam utilitatem, ne veritas occultetur: tamen istud parùm curant jurantes, argumento illius dicti per Poëtam Aquinatem:

Quid enim salvis infamia nummis.

Atque hæc ratio Saxones movit, ut juramentum calumniæ generale, retento saltem speciali, tacita consuetudine, teste Glossa Iuris Saxonici in Lehnrecht. cap. 88. col. pen. König in procel. cap 67. *n. 2. planè abolerent.*

Plærimi tamen alij ICti in contrariâ sunt opinione. Tanti enim æstimant juramentum calumniæ, ut nec consuetudine remitti posse statuant c. Cæterùm, & ibi Panorm num 73 x de juram.cal. Ideoque consuetudinem illam Saxonicam ipsius Iuris Saxonici Interpretes nonnulli Coler.decis.117. n.11. improbant, adeò quidem, ut Henningus Gœden in pract. sub tit. de lit. contest. n 11.12. Glossam illam, cuius mentionem fecimus, Diabolicam dicere ausus sit. Cæterùm cùm hi autoritatem Legum sequantur; isti verò de propriâ experientiâ testentur; vereor, ne illorum auctoritas prævaleat. Accidit enim, ut Legislator ingentis utilitatis spe inductus, aliquid constituat; eventus tamen spei non respondeat. Cùm igitur ICti isti hoc experientiâ magistrâ in juramento calumniæ deprehenderint, plus fidei mereri videntur, quàm illi, qui solâ autoritate Legis moventur. Sed nolumus pugnare autoritate. Quæramus rationes.

Quid Iuramentum calumniæ sit, quamque vim habeat, tunc intelligemus, si prius investigaverimus, quid calumnia sit, quam per hoc juramentum excludere conantur. Est autem calumnia species quædam injustitiæ particularis, quæ abusu Iudiciis, seu pravè litigando, committitur. Non utique autem omnis, qui injustam causam habet, calumniator est. Accidit enim satis frequenter, ut causam quis injustam habeat, non injustè tamen litiget. Hinc ICtus l.63. ff.de reg iur.l.21 & 24. ff. de usur. tradit, quod qui sine dolo malo ad judicium provocat, moram non faciat; quippe nemo tenetur temere jus suum indefensum relinquere. l.40. in fine princ. ff. de hered. petit Quemadmodum igitur justus possessor est, qui bonâ fide bonoque titulo, rem possidet, licet dominus non sit: ita non injustus litigator est, qui, licèt justam causam non habeat, bonâ tamen fide litem instituit. Atque hoc satis apparet ex ipsâ juramenti calumniæ formula, quam præscribit Imperator. l.2.pr. C. de iurejur.propt.cal.dand. Actor enim jurat, quòd existimet, se bonam causam habere; reus verò, quòd putans, se bonâ instantiâ uti, ad reluctandum pervenerit. Opinionem igitur Leges sufficere voluerunt. Ratio in promptu est. Hâc ipsa enim causa Iudicia instituta sunt, quoniam nemo facilè de rebus ad se pertinentibus rectè existimat. Amor enim nostri, quem ipsa natura nobis impressit, corrumpit judicium nostrum, ut benignius de nobis, rebusq; nostris sentiamus, quàm debebamus. Inde verò inter homines, qui negotia inter se habent, dissidia oriri necesse est. Quo igitur Iudex, quippe qui liber est ab affectu illo, qui litigatorum judicium corrumpit, cognitâ utriusque opinione, rationibus etiam utriusque perspectis, statuat, utrius opinio vera sit; propterea Iudicia in societate Civili instituta sunt. Non igitur ad hoc, ut quis jure experiatur, planè necesse est, ut quis iustam causam habeat, vel certò sciat, se iustam causam habere: sed sufficit, ut de causa sua iustitia bonam opinionem habeat. An autem hæc opinio vera sit, nec ne, ea de re Iudex statuet. Qui verò ipse scit, causam suam iniustam esse, adeoque bonam illam opinionem non habet; eam tamen habere simulat; & litem instituit, non veritatis, ac Iustitiæ obtinendæ, sed lucri faciendi, aut vexandi adversarij causa; hic calumniator est. Calumnia igitur est, ut habet definitio Azonis, in summ. C. de iurejur. propt.cal. dand. cùm quis ex certa scientia & dolo malo injustè agit, aut excipit. Rectè etiam se habet definitio ICti: l.233 pr.ff. de V. S. quòd calumniator sit, qui per fraudem & frustrationem alios vexat litibus. Nam qui dolo malo litem instituit, eum legitimo processu usurum, sperandum non est. Ad malum enim finem consequendum, mala media adhibere oportet. Non igitur aperto Marte cum adversario congreditur calumniator: sed per obliquum incedit: conatur corrumpere Iudicem: quærit dilationes atque effugia: immiscet aliena. His artibus victor evadere vult.

Quò igitur talis fraus à Iudiciis excludatur, juratione una calumniæ inventum est. Calumnia enim delictum occultum est, & in animo consistit. Quæ verò in animo consistunt, nulla meliùs ratione, quam juramento probantur. Gail.2.obs. 48.n.84. Meritò igitur hoc statutum videtur, ut litigatores sub initium litis iuramento opinionem suam declarent; simul etiam spondeant invicem, se litem bonâ fide peracturos.

Quæ cùm ita sint, mirum videtur, quòd tamen ICti nonnulli testentur, se expertos, temerarios litigatores juramentum calumniæ haud multùm curare; quodque iis nostri etiam temporis experientiam suffragari dixerimus. Quæ igitur hujus rei ratio est? ICti quidem illi rationem dicunt esse contemtum religionis, qui nostro seculo adeò familiaris sit. Atque hæc ratio non omnino contemnenda videtur. Calumniatores enim homines sunt improbi, versuti, fas & nefas nullo discrimine æstimantes, qui pravo quodam artificio hoc efficiunt, ut Iudicium, quod præsidium debebat esse innocentiæ, ipsis fiat velamentum nequitiæ, adversario cumulus injuriæ. Hoc verò hominum genus an religionem magnopere curabit? Cum iustitia enim plerumque etiam pietatem homines exuunt; iuxta illud Apostoli: 1.Iohan.4. v.20. Qui non diligit proximum, quem videt, quomodo diligere potest Deum, quem non videt? Nec verò metu vindictæ divinæ vehementer commoverì homines improbos, putandum est. Nam Deus non punit homines ἐπ' αὐτοφώρῳ, sed ut tempus resipiscendi indulgeat, pœnam plerumque in alteram usque vitam differt; ubi tarditas gravitate compensatur. Homines autem improbi hanc, quæ tam procul adhuc abesse videtur, pœnam non valde metuunt. Quippe homines, teste Aristotele lib.2.Rhet. cap.5. n 3. ea, quæ longè absunt, non timent. Sciunt enim (exempli gratiâ) omnes sibi esse moriendum. Sed quia id propè esse non putant, non laborant. Hinc idem lib.1.Rhet. cap.7. inter incitamenta delinquendi refert dilationem pœnæ. Unde etiam oritur spes impunitatis, quâ, qui Deum offendunt, sibi blandiuntur. Ad pœnitentiam enim agendam, & Deum, qui clemens sit, & facilè se exorari patiatur, placandum, satis sibi temporis superesse putant. Itaque quo præsenti lucro, vel voluptate, fruantur, nihil non audent, de futuris parùm solliciti. Qui verò tali animo sunt, iurejurando parùm afficiuntur. Ipsa calumnia per se peccatum mortale est, i. e. tale, cui proposita est æterna damnatio. Quem igitur æternæ damnationis periculum non movet, quo minus calumnietur; eundem idem periculum haud facilè movebit, quo minùs peieret.

Hæc quidem uberiùs propterea exposuimus, quò eò evidentior fieret ratio, quàm ICti suprà nobis

allegat

allegati in re illa, quam longa eos experientia docuerat, reddendam putarunt. Si tamen verum fatendum est, hæc ratio nondum omnem scrupulum eximit. Vix enim cuiquam verisimile fiat, tot numero homines, qui in causis frivolis & injustis iuramentum calumniæ præstant, peierare, & infando isto crimine, (quo quid gravius vel cogitari potest?) caput suum obligare. Adeò in contemptu apud nos religionem esse, durum dictu videtur. De religione certè Christiana aliquantò meliùs sperandum. Quare si nulla alia ratio in promptu esset, de rei veritate dubitandum esset. Videamus autem, num qua alia ratio inveniri possit.

Quæstio est de temeritate litigantium cohibenda. Iuramentum autem calumniæ inventum est adversus calumniam. Quid igitur? An calumnia, & temeritas litigantium, unum idemque sunt? Fatendum est, non vulgari tantùm loquendi consuetudine, sed ab ICtis etiam, imò interdum in ipsis Legibus hæc confundi. pr. Inst. de pœn. tem. litig. l. 39. §. 1. ff. de lib. caus. Quoniam tamen alibi distinguuntur; confusio ista, quæ fortassis errorem peperit, obstare nobis non debet, quo minus differentiam calumniæ & temeritatis litigantium inquiramus. Frequens enim est hæc vocabulorum translatio, à specie ad speciem, à specie ad genus, rursus à genere ad speciem; docente Aristotele. de art. Poet. cap. 21. Si igitur temeritas, tanquam species opposita calumniæ, ipsi quandoque calumnia tribuitur; vel etiam si temeritas generaliter sumitur pro peccato isto, quod calumniæ, & temeritati specialiter dictæ, tanquam genus, commune est, hoc mirum videri non debet. Revera autem hæc diversa sunt: atque etiam in Iure nostro, ubi accuratiùs loquuntur ICti, distinguuntur. Subiiciemus verba Marciani, l. 1 §. 3. ff. ad Senat. Turpill. ex quibus discrimen illud elucescit. Non utique, inquit, qui non probat, quod intendit, calumniari videtur. Nam eius rei inquisitio arbitrio cognoscentis committitur, qui reo absoluto de accusatoris incipit consilio quærere, quâ mente ductus ad accusationem processit. Et siquidem iustum eius errorem reppererit, absolvit eum: Si verò in evidenti calumniâ deprehenderit, legitimam pœnam ei irrogat. Quorum alterutrum ipsis verbis pronunciationis manifestatur. Nam siquidem ita pronunciaverit, non probâsti; pepercit ei. Sin autem pronunciavit, calumniatus es; condemnavit eum. Sequitur paulo post: §. 5. Quæri possit, si ita fuerit interlocutus, Lucius Titius temerè accusâsse videtur, an calumniatorem pronunciâsse videatur. Et Papinianus, temeritatem facilitatis veniam continere, & inconsultum calorem calumniæ vitio carere, & ob id hunc nullam pœnam subire oportere. Apparet sanè, quomodo hæc distinguantur, non probare, (quod de iis intelligitur, qui iusto errore ducuntur) calumniari, temerè accusare. Calumniator igitur est, qui sciens, ac dolo malo; temerarius autem litigator, qui inconsulta quadam levitate injustam causam in iudicium introducit. Apparet differentiam ex principiis humanarum actionum fluere. de quibus Aristot. lib. 3. Nicomach. cap. 1. & seqq. & lib. 5. cap. 10. & lib. 2. Eudem. cap. 6. & seqq.

Nimirum res ita se habet. Qui causam, quæ sibi videtur iusta, consulto & deliberato animo in iudicio agit, iuris sui obtinendi causa, hic rectè litigat. Contrà verò, qui causam, quam intelligit injustam esse, consulto & deliberato animo in iudicio agit, lædendi alterius causa, hic calumniator est. Duo hîc extrema habemus, proæresin bonam, rectè litigantis; proæresin malam, calumniatoris. Est autem inter hæc aliquid interjectum; videlicet quod absque proæresi fit. Atque hoc temeritas est. Temerè enim fieri dicitur, quod homines absque ratione & consilio faciunt. Manifestum est ex illo Ciceronis: de Invent. lib. 1. Domus ea, quæ ratione regitur, omnibus instructior est rebus & apparatior; quàm ea, quæ temerè & nullo consilio administratur. Temerè igitur facere, & nullo consilio facere, idem sunt. Adhuc magis perspicuè hoc declarant vocabula Græca, quæ in hac materia Latinis respondent; videlicet, ἀβούλως, i. e. temere: ἀβουλία, i. e. temeritas, & id genus alia. In omnibus verò hominum negotiis hoc usuvenire animadvertimus, ut alii quidem considerate & matura cum deliberatione; alii verò temere, nullo, vel levi cum consilio, ea suscipiant, & administrent. Vulgus enim hominum ferè cupiditatibus magis, quàm ratione, regitur. Multi igitur, si quid ipsis in animum ingessit cupiditas, avidè statim arripiunt, parùm expendentes, an cum recta ratione conveniat, nec ne. Aliis nimis hoc molestum videtur, curam aliquam negotiis, quæ tractant, impendere. Parùm igitur considerant, quid agant. Temeritas igitur, vel ex affectu aliquo, vel ex negligentia & socordia hominum oritur.

Quanquam autem in litigatore nihil ampliùs desideremus, quàm ut ipse opinetur, causam se iustam habere: non tamen qualibet opinio, quomodocunque in animum inducta, sufficit. Habent enim aliqui stolidas & frivolas opiniones. Hominum autem est recta ratione uti. Debent igitur litigatores rem expendere: debent, antequam iudicio experiantur, deliberationem adhibere, si non optimam & accuratissimam, qualis censeri potest εὐβουλία illa ab Aristotele descripta, saltem mediocrem, qualis in plerosque homines cadit. Tali deliberatione adhibita, etiamsi fortè errent, & Iudex causam, quam ipsi iustam crediderunt, injustam deprehendat; hoc tamen ipsis vitio verti non debet. In rebus enim propriis versantur, in quibus naturali quadam imbecillitate fallax est hominum iudicium. Error igitur eiusmodi iustus est, ut eum vocat Marcianus, paulò antè nobis allegatus; vel ut rectiùs loquamur, nihil injusti habet. Principium enim non est in errante; sed in Natura, quæ hominibus vehementem sui amorem indidit, quo fit, ut in rebus propriis, si quid dubii subsit, haud facile verum cernant.

Quando verò quis, vel nulla, vel vix levi deliberatione utitur in lite instituenda; sed phantasia ipsi hanc opinionem suggerente, sibi aliquid ab altero deberi, vel se alteri, qui aliquid à se petit, nihil debere, statim eam arripit, & judicio propugnat, etiamsi nullam bonam rationem dicere possit; hic temerè litigat. Habet igitur opinionem quidem de causæ iustitia, sed frivolam, nullis, vel ad virum vel mediocriter solertem movendum non idoneis, rationibus subnixam. Error igitur ipsius injustus est; quoniam in ipso principium est erroris; sive, ut cum Scholasticis loquar, quoniam error eius vincibilis est. Qui enim

in re, quam non rectè, consideravit, errat, eius culpæ error imputandus. Si enim, quam debuisset, curam adhibuisset, non errasset. Est quidem amor sui omnibus hominibus naturalis, qui virorum bonorum etiam judicium nonnihil corrumpit, ut de rebus ad se pertinentibus benignius sentiant, quam debebant: attamen huic rei certus quidam modus est, quem non tenent, qui affectibus suis nimium indulgentes, etiam in re manifestâ cæcutiunt. Talis igitur error veniam non meretur. Quapropter temerè litigantes in expensas condemnantur. l. 3. C. de fruct. & lit. expens. Qui verò tales sint, ex eo liquet, si nulla satis gravis ratio appareat, quæ eos ad litigandum movere potuisset. Si quis verò causam perdat quidem, rationes tamen probabiles appareant, quæ eum adducere ad litigandum potuerunt, expensæ compensantur, quoniam non iniustè litigavit. Quemadmodum igitur justè, & temerè litigantes differant, diximus.

Non etiam obscurum est, quomodo temerè litigans à calumniatore differat. Uterque quidem peccat, & injustè litigat; sed alter magis, alter minus. Delinquitur enim, ut docet ICtus l. 11. § 2. ff. de pœn. aut proposito, aut impetu. Calumniator igitur proposito delinquit, dum litem iniustam dolo malo instituit. Temerarius autem litigator, aut impetu affectus abreptus, aut præ socordiâ rem non expendens, litem iniustam instituit. Quemadmodum igitur in contractibus dolus & culpa, ita & in Iudicio, qui quasi contractus quidam censetur, l. 3. §. 11. ff. de pœn. calumnia & temeritas invicem differunt. Vel si calumniam tanquam delictum considerare magis placet, propterea quod inter delicta etiam calumnia soleat referri; l. 37. §. 1. ff. de min. l. ult. ff. de calumn. quemadmodum omnibus ferè delictis hoc accidit, ut inferioris cuiusdam gradus peccata iis respondeant; homicidium v. gr. propriè dictum est, quod dolo committitur: est autem aliud quoddam inferioris generis, quod culpâ, vel calore irritata ab adversario iracundia, vel simili animi perturbatione committitur. quæ propterea pœnis distinguuntur: ita etiam calumnia & temeritas differunt.

Solet verò cum temeritate etiam pervicacia conjuncta esse. Nam qui temerarij sunt in opinione concipienda, temerarij etiam sunt in ea retinenda & propugnanda. Hinc non inepta videtur comparatio illa Aristotelis, quâ pervicaces incontinentibus confert. lib. 7. Nicom. 10. Quemadmodum enim incontinens, animo cupiditate voluptatis planè occupato, non considerat turpitudinem actionis, quam molitur: sic pervicaces, animo in præcepta sua opinione penitus defixo, nihil admittunt, quod ei adversetur. Quicquid igitur dixeris, illi suæ inhærent opinioni. Nam se rem planè assecutos putant. Ideoque in sententia sua immobiles sunt.

Denique notandum adhuc est, temeritatem longè familiariorem esse litigantibus, quàm calumniam. Aliquando enim calumniantur quidem: plerunque autem temerè tantùm litigant. Primò docet hoc experientia. Deinde ratione etiam potest ostendi. Nam calumniatores in dolo sunt; temerè litigantes in culpa. Longè frequentius autem homines culpâ peccant, quàm dolo. Præterea temerè litigantes, quodammodo medios esse, dictum est, inter calumniatores, qui planè improbi litigatores sunt, & inter justè litigantes. Quemadmodum igitur plerique hominum, nec omnino mali sunt, nec omnino boni, sed inter utrosque medij: ita etiam litigatorum plerique ferè medij sunt inter improbos litigatores, calumniatores videlicet, & justè litigantes. Tales verò temerè litigantes sunt.

Hisce præmissis, non amplius difficile erit, quæstionem nobis propositam, quam scilicet vim in judicijs juramentum calumniæ ad litigatores in officio continendos habeat, decidere. Ad calumniam enim tantùm excludendam introductum esse, ipsum nomen indicat. Cæterùm si per juramentum hoc temeritatem etiam excludi putamus, profectò fallimur. Diversa enim hæc sunt, calumnia, & temeritas. Itaque juramentum adversus calumniam comparatum non etiam adversus temeritatem valebit. Nam juramentum stricti juris est, & ad diversa non extenditur. c. pen. x. de jureiur. Sed res luce meridianâ clarior erit, si ipsam saltem juramenti calumniæ formulam consideremus. Iurant enim litigatores nihil aliud, quàm quòd credant, se justam habere causam, quodque litem bona fide peragere velint. l. 2. C. de iureiur. propt. cal. dand. Ordin. Cam. p. 1. t. 65. Itaque juramentum calumniæ vulgò credulitatis tantum esse perhibetur. Sed temerarij litigatores iidem credunt, se iustam habere causam. Itaque juramentum calumniæ subire nequaquam dubitant. Licet enim opinio eorum frivola ac temeraria sit, adhuc tamen revera aliqua est opinio. Imò temerarij homines longè magis solent animo esse obfirmati, quàm viri considerati, ut antè tradidimus. Nam hi propterea diligentia utuntur, quoniam norunt, quàm fallax sit hominis judicium. Isti verò omnia se planè assecutos, ac rem adeò certam putant, ut ne quidem consultatione aliqua indigeat. Ruunt igitur cæco impetu. Ita igitur animo affecti iuramento calumniæ neutiquam terrebuntur. An enim eos, qui temerè aliquid opinantur, tunc opinionem suam mutaturos credimus, si jurare cogantur, quòd ita opinentur? Quoniam enim sibi conscij sunt se aliter non opinari; vel millies hoc iuramento affirmabunt. Addendum & hoc est, quòd iuramentum calumniæ nihil aliud, quàm dolum prohibeat quod manifestum est ex appellatione Germanica. Dicitur enim Ayd für Gefährde. Gefährde autem dolum significat. Imò in universum per iuramentum dolus tantùm excluditur, non verò culpa, siquidem periurium nonnisi dolo malo committitur. l. 26. pr. ff. de iureiur. Temerè verò litigantes in culpa tantum sunt; non in dolo. Nam à dolo quælibet, etiam iniusta, & fatua causa excusat. l. 12. ff. de lib. caus. Ex mente Doctorum etiam bestiales & asininæ causæ à dolo excusant. Quoniam igitur iniustæ illæ & fatuæ (non audeo dicere cum Doctoribus, bestiales & asininæ) causæ temeritatem constituunt, temeritas dolo carebit: consequenter nec periurij tenebitur. In quo vero periurium non committitur, id iuramento non excluditur. Qui enim iurant, metu periurij in officio continentur. Temeritas igitur, quoniam periurium non facit, iuramento non excluditur. Iam verò ostensum est, litigatores plerumque temeritate peccare. Plerique igitur eorum, qui iniustè litigant, iuramento calumniæ non coërcentur. Atque hæc causa est, quòd litigatores ad iuramentum calumniæ in quibuscunque causis præstandum adeò audaces sint.

Quæ cùm ita sint, miretur quispiam, quid igitur moverit eos, qui putarunt, fore, ut per iuramentum

calumniæ

calumnia omnis temeritas à Iudiciis arceatur. Dixeris enim, ipsum Iustinianum Imperatorem in hâc sententia fuisse videri. pr. Inst. de pœn. tem. litig. *Ratio sine dubio est, quòd admodum difficulter temerarij litigatores à calumniatoribus secernantur. Etsi enim differentia, quam inter eos intercedere diximus, non sit obscura, si universaliter consideretur: si tamen ad singularia accedamus, temerè litigantem à calumniatore distinguere, non in proclivi est. Nam uterque idem facit. Temerarius enim litigator causam manifestò iniustam in Iudicio agit: rationibus utitur frivolis, iisque præfractè inhæret, quicquid ei obiectum sit. Quid verò aliud facit calumniator? Itaque non differunt, nisi animo. Alter enim consultò, alter non consultò peccat. Animum verò discernere difficile est. Nos enim actiones tantùm quæ extrinsecus eduntur, cernimus. Cogitationes verò & consilia animi inspicere non possumus. Eadem difficultas in multis aliis actionibus humanis, à quonam animi habitu, vel affectu, profectæ sint, in dijudicandis oboritur. Nos saltem verba Aristotelis,* lib. 7. Nicom. cap. 9. *quibus similitudinem & differentiam intemperantiæ & incontinentiæ exponit, subjiciemus. Egregiè enim hæc, quæ diximus, illustrant.* Incontinentiam igitur, *inquit,* non esse vitiositatem, perspicuum est, nisi fortè aliquâ ratione. Hæc enim à consilio aversa est: illa consilio congruit. In actionibus tamen reperiuntur similes: quale illud est Demodoci in Milesios: Milesii non sunt illi quidem stulti, sed tamen eadem faciunt, quæ stulti. Sic incontinentes non sunt illi quidem iniusti: sed iniustè faciunt tamen. *Eodem igitur modo dicere possumus: temerarios litigatores non esse quidem calumniatores: eadem tamen, quæ calumniatores, facere. Itaque quos eadem facere cernunt homines, eodem etiam animo esse putant. Ex operibus enim ferè animum judicamus. Hæc igitur causa est, quòd calumniam cum temeritate multi confuderint: quodque juramentum calumniæ oppositum adversus temeritatem valiturum crediderint.*

ICti verò, quorum sub initium huius capitis mentionem fecimus, cùm in eâdem sententiâ essent, viderent autem, quantâ cum audaciâ iuramentum calumniæ subirent temerarij litigatores, eos religionem contemnere, ac periurium committere putarunt. Verùm tantum quidem scelus illis impingi non potest; siquidem dolo carent: nec tamen planè excusari debent. Temerè enim iurant. Etsi verò temeritas iudicandi peccatum sit periurio longè levius: est tamen hoc ipsum adhuc satis grave. Nam & qui temerè iurat, quodammodo contumeliosus est erga Deum add. Setser de juram. lib. 1. cap. 17. n. 6. & seqq. *Quàm enim gratum Deo esse potest, si quis eum frivolæ ac temerariæ suæ opinionis testem adhibeat? Nam quòd ita opineris, quoniam temerarium & iniustum est, hoc ipso Deum offendis. Si igitur in re adeò injustâ Deum testimonio suo tibi adstipulari cupias, peccatum peccato cumulas. Imò certam judicio Dei se sistit, qui jusiurandum præstat. In re igitur tanta timidè, cautè, circumspectè, adhibita iusta deliberatione & diligentia, versari debebant homines. Atque hoc quidem sperarunt Legislatores, qui juramentum calumniæ introduxerunt* l. 2. §. 8. C. de iureiur. propt. cal. dand. *Sed experientia, & quam exposuimus, ratio, contrarium docuerunt.*

Quemadmodum verò juramentum calumniæ non impedit litigantes, quò minùs temerè ad Iudicium provocent; ita multò minùs eos impedit, quò minùs temerè processum peragant. Nihil enim temeritati hominum æquè obnoxium est, ac processus judiciarius. Vterque enim litigatorum adversarium suum, tanquam hominem iniustum, sibi figurat. Hunc igitur sibi vincendum proponit: quâ id ratione fiat, parùm referre credit. In processu enim non facilè peccari vulgò creditur, modò causa bona sit. Causa autem bona litigatoribus est, quam ipsi talem opinantur. Si igitur reus procrastinetur; & dilationibus multis Iudicium moretur; etiamsi actor inde damnum patiatur; nihil tamen reus, suo quidem judicio, peccat. Cogitat videlicet, alterum esse hominem injustum: siquid damni igitur patiatur, sibi & injustæ suæ actioni imputare id debere: reo verò vertit vitio non posse, quòd ad litem injustè sibi motam, relictis rebus cæteris, peragendam non usque adeò promptus sit. Contrà actor quoque cogitat, se nil nisi suum petere: fortè autem non se usque adeò promptas probationes habere: vel reum iniustis quibusdam defensionibus petitionem suam morari: itaque rectè se insidiis uti; quoniam aperto Marte suum consequi non possit. Cum tali hominum genere Iudex in Iudicio conflictatur. In Iudicio igitur, quasi in bello quodam, nihil noxæ committi putant. Nolo attingere illam doctrinam ICtorum Myns. cent. 3. obs. 4. *quâ tradunt, Advocatum in justa causa dolo bono posse uti; quasi dicant?*

Dolus, an virtus, quis in hoste requirat?

Quoniam igitur quilibet ferè putat, se iustam habere causam; annon quilibet putabit, sibi omnia in processu licere?

Iure igitur adeò hominum temeritati subjecta cautio Iurisiurandi oppidò fragilis est: non tam quòd perjuria metuenda sint: quàm quòd, qui iuramento suo committitur, Iudex fiat suarum actionum. De processu verò instituendo nimis temerarium est litigatorum iudicium. Promittit v. gr. qui de calumnia iurat, se nonnisi necessariam probationem, vel dilationem petiturum. Sed quænam est necessaria dilatio, vel probatio? Quam ipse talem iudicaverit. Quàm pulchrè igitur cautum est adversario? Ipse enim necessarium iudicabit, quod sibi commodum erit. Quare arbitrio litigatorum, quamvis iurato, quàm minimum fieri potest, committendum. ac processus ita Lege constituendus, ut litigatores, vel inviti ac renitentes, officium facere cogantur. An igitur hoc in appellationibus fieri possit, nunc inquirendum.

Apparet autem ex his, quæ hactenus diximus, quòd non sine ratione consuetudo fori Legem Iustinianeam; quæ jusiurandum calumniæ in initio omnium causarum præstari præceperat, ita mitigaverit, ut si id litigatores, alter ab altero, exigerent, tunc demum præstaretur. Intellectum enim sine dubio est, quàm exiguam vim adversus temeritatem litigantium habeat. An autem calumniæ suspicio aliqua sit (hoc enim casu juramentum calumniæ utilitatem habere potest) ipsis litigatoribus in singulis casibus æstimandum relinquere consultum visum. Sed Comitia Ratisbonensia An. MDCLIV. Legem illam Iustinianeam in appellationibus repetendam, atque ex integro constituendam putârunt; prima instantia pristinæ consuetudini reli-

ctâ: id quod argumento est, appellationes calumniæ & temeritati magis obnoxias esse, quàm primam instantiam. Aliàs enim satius fuisset, in prima instantiâ juramentum calumniæ exigere. Imò ne formula quidem jurisiurandi in primâ instantiâ aliàs recepta sufficere visa est. Iuramento enim calumniæ de non frivolè appellando adhuc clausula aliqua inserta est; videlicet de novis istis assertionibus, & probationibus, quibus appellantes utuntur R. A. zu Regenspurg. An. 1654. §. wie ebenmessig. & §. Zumahlen aber. *Quid igitur? an ea in re tantum periculi, ut nominatim de ea juramento caveri, necesse fuerit? Hoc certe suspicari cogimur. Sed in novis illis causa argumentis exponendis totus ferè processus appellationis, occupatur. Hic igitur processus, qui adeò fragilis cautiens innituur, nobis in dubium venit. Sed antequam ad hanc quæstionem venimus, ipse processus appellationis breviter delineandus, & quasi in summâ repræsentandus est.*

CAPVT II.

Processus appellationis breviter delineatur, ac præcipuum illius fundamentum, beneficium non deducta deducendi, non probata probandi exponitur.

IN processu appellationis tres actus, certis temporibus, quæ fatalia vocantur, distinctè occurrunt. Alius enim est interponenda, alius introducenda, alius prosequenda appellationis. Sed de interponendâ, & introducenda appellatione non opus est quicquam dicere. Sunt enim quasi præludia quadam Iudicij. Nihil etiam in ijs occurrit, quod reprehensionem mereatur. Nullus omnino tergiversationi locus hîc relictus est. Vnus dies neglectus totam perdit causam. Sed quid de die loquar? In interponenda appellatione etiam horæ numerantur. Decendium enim à momento ad momentum computatur, testibus Mynsingero cent. 5. obs. 11. & *Gailio* 1. obs. 139. n. 5. Quapropter, *inquit Gailius*, consultum est, ut Notarius in instrumento appellationis. non solùm diem, sed etiam horam diei appellationis apponat, ad hoc, ut rite cognoscatur, an decendium effluxum sit Nam prima dies appellationis non computatur tota, sed momentum, hora, & punctus illius diei, qui ad decimum diem eiusdem puncti referri debet: unde evenire potest, quòd decima dies in undecimam desinat. *Hinc si ultimo decendij die appellatum sit, Camera Imperialis, antequam processus decernat, non tantùm horam interposita appellationis, sed etiam horam lata sententia inquirit. Formula decreti talis est:* Wofern *supplicant horam sententia à quâ* der Gebühr anzeigen wird / sol darauff ergehen / was Recht ist. *Laudanda quidem est diligentia, quam Leges hâc in parte requirunt. Sed verendum, ne fructum adeo adstricta parsimonia effusâ sequentis temporis prodigalitate totum perdamus: & cùm circa initium horam perdere nolimus, deinceps complures annos frustrà consumamus.*

Videamus igitur rationem prosequenda appellationis, ipsumq; adeo certamen judiciale. Certatur autem, partim de causâ principali: partim de quæstionibus nonnullis, quæ hîc satis frequentes sunt, incidentibus, inhibitionis videlicet, attentatorum, & compulsorialium. Sæpè enim inferior Iudex spernit appellationẽ: non vult edere acta: gratificatur appellato: & quoniam intelligit, Iudicium appellationis non tam citò finitum iri ne hoc moram faciat, mandat sententiam à se dictam executioni. Inde verò graves querelæ & contentiones oriuntur: & siquidem intra decendium attentata commissa sint, per viam Mandati revocantur: sin postea, interdum quidem, si res adeò manifesta videatur, itidem per viam Mandati revocantur: Ordin. Cam. p. 3. tit. 31. §. So mit. R. A. zu Regenspurg. An. 1654. Vnd wann gegen. *plerumque tamen ad processum iudiciarium remittuntur. Atque olim quidem de causâ attentatorũ quæri solebat, antequam veniretur ad causam principalem. Sed cùm hoc Iudicio principali moras facere, intellectum esset, constitutum fuit, ut quæstio attentatorum cum causâ principali coniunctim tractaretur.* Ordin. Cam. dict. loc. §. Vnd dieweil. Gail. 1. obs. 164. n. 2. *Unde apparet processum appellationis longè plus difficultatis, longeque ampliorem litis materiam habere, quàm processum primæ instantiæ. Nam in hoc tot incidentes quæstiones non habemus: & plerumque inter litigatores tantùm principales res agitur. In Iudicio autem appellationis sæpè etiam inter Iudices, superiorem, & inferiorem, contentio oritur. Quantum autem negotij in processu appellationis plerumque attentata faciant, & experientia docet, & non obscurè significat ipsa Ordinatio Cameralis.* dict. loc. *Quòd si jam Iudex non pronunciet de attentatis, antequam causam principalem decidat (sæpe autem hoc fit) omnis ista contentio frustrà instituta fuit. Propterea enim appellans de attentatis querelam instituerat, quod speraret, attentata ante causam principalem revocatum iri. Si hâc spe excidit, frustra quæstionem eâ de re movit. Causâ enim principali decisâ attentata ferè nihil amplius dubij habent. Interdum autem Iudex attentata per sententiam revocat, pendente adhuc causâ principali. Hoc autem ferè malè habet Iudicem inferiorem, se executionem à se factam juberi revocare antequam causa principalis decisa sit. Ægrè igitur adducitur, ut obtemperet. Hîc appellans potest quidem, si vult, in causâ principali nihilominus progredi. Sed fortassis uti mavult cautelâ illâ à Gailio* d. obs. 146. n. 6. *tradita, ut suspensa tantisper causa principali, revocationem attentatorum urgeat. Ordinationem enim Cameralem, qua utramque causam conjunctim tractari voluit, non obstare, quo minus hac cautela, quando per sententiam de attentatis constat, uti liceat, aliquot præiudiciis Cameræ Imperialis confirmat Thomas Michael in relatione pro Assessoratu.* Kloc. vot. Cam. rel. 1. n. 66. *Adhibita igitur hac cautela fuit non ita pridem in causa admodum ardua* W. *contra* H. *sed successu, uti mox dicemus, non satis felici. Quid enim, si Iudex Inferior potens aliquis Princeps sit, qui nolit parere sententiæ Cameræ Imperialis attentata revocanti? Mandatur executio Principibus, ad quos Circuli istius, vel etiam, si res postulet, vicinorum Circulorum cura pertinet. Quid autem, si illi quoque executionem detrectent? Hîc hæremus. Quantas enim in Imperio nostro difficultates executio habeat, notum est. Qua ratione in causa, cuius mentionem fecimus, accidit, ut, cùm attentata revocari non possent, causa quoque principalis in suspenso maneret. Hîc igitur statim in limine in difficiles nodos incidimus; qui quomodo explicandi sint, vix apparet. Dicendum*

enim

enim videtur, si quid hic est vitij, non tam processus, quàm Reip. nostræ vitium esse. Debebant enim Inferiores Iudices, appellatione interpositâ, & sibi significatâ, attentatis abstinere: aut, si attentatum esset, debebat Cameræ Imperiali attentata revocanti obtemperare: aut, si non obtemperaretur, debebat erga refractarios prompta esse executio. Quid igitur hic remedij? Nam defectus istos Reip. corrigere, etiam dictu difficile est; nedum factu.

Interim tamen, si rectè expendimus, nihil ferè aliud est, quod nobis pariat tantas difficultates circa attentata, quàm longus iste ac diuturnus processus appellationis. Quoniam enim norunt litigantes, causam appellationis principalem non tam citò decisum iri; interim uterque inhiat commodo possessionis. Hoc igitur est, quod stimulat, appellatum quidem, ut attentet, appellantem verò, ut attentatorum revocationi magis, quàm causæ principali, studeat. Si enim sententia in causâ principali brevi speraretur; quoniam in brevi tempore, nec jactura, nec lucrum magnum; omnes istæ machinationes, omnes turbæ istæ, vel cessarent, vel tamen non essent, vel exortæ in herbâ supprimi possent. Causâ enim principali decisâ, simul deciditur quæstio attentatorum. Nam confirmatâ priori sententiâ, haud facilè superest quæstio de attentatis: illâ autem reformatâ, executio revocationis attentatorum tantas difficultates non habet, quantas habet, si ante causam principalem decisam fiat. Etenim tunc Iudex inferior nullo ampliùs colore se excusare potest, cur attentata non revocet. Si etiam ad eos, qui Circulis præsunt, veniendum sit, illi longè paratiores erunt ad exequendum, quàm causâ principali nondum decisa. Pendente enim causa principali executionem facere, grave illis videtur. Timendum enim, ne sententia Iudicis prioris fortè confirmetur. quo casu contraria executio deinceps facienda esset. Quare si processus appellationis ita institui posset, ut Iudex appellationis statim, nulla, vel exigua mora interposita, ad causam principalem progrederetur; hujusmodi ratio profutura etiam esset ad difficultates istas, quæ ex attentatis oriuntur, tollendas. Veniamus igitur ad processum causæ principalis.

Causa principalis duas habet partes, justificationem (sic vulgò loquuntur) formalium, & justificationem materialium, seu meritorum causæ. Iustificationi formalium ex adversa parte opponuntur exceptiones non devolutæ, vel desertæ appellationis. Sed quoniam jam antè diximus, formalia appellationis rectè se habere: nec de eorum justificatione opus est dicere. De meritis igitur causæ videamus. In his enim quasi cardo rei consistit. Cætera, vel præparatoria sunt vel incidentia.

Duplex via est merita causæ in Iudicio appellationis tractandi. Aliter enim se habet processus appellationis ab interlocutoria: aliter à sententia definitiva. Appellatio enim ab interlocutoria (simplici videlicet, appellabili tamen) nonnisi ex prioribus actis justificari potest. Nullus igitur novus libellus admittitur: sed instrumento appellationis loco libelli gravaminum repetito, statim acta priora cognitione Iudicis subjiciuntur. Ordin. Cam. p. 3. l. 31. §. Und so fern. R. A. zu Regenspurg. An. 1654. §. in appellation Sachen. Hæc quidem via brevis & compendiosa est. Sed appellatio à definitivâ non saltem ex prioribus actis, sed etiam ex novis causis justificari potest. Tunc igitur novus libellus offertur, & novus processus instituitur. Possunt quidem appellantes, si ita visum fuerit, processu illo appellationis ab interlocutoria etiam in appellatione à definitivâ uti, ut statim ad acta priora concludant, & sic omni novâ disceptatione supersedeant Ord. Cam. p. 3. t. 32. §. Und sollen solche. Sic multa molestia, sumptus, ambages, & mora evitantur. Sed tantum compendium non valde placet appellantibus. Quoniam enim ipsi succubuerunt in priori instantiâ, adversarius autem victor exiit; iterum eum aggrediendum putant, quò ei victoriam eripiant. Verentur enim, ut Iudex appellationis solâ actorum priorum perlectione commoveatur, quò sententiam prioris Iudicis reformet. Si autem causam denuo exponant, sperant, se hoc ipsi persuasuros. Quoniam enim acta priora non suffecerunt ad priorem Iudicem in suas partes trahendum, timent, ut apud Superiorem Iudicem plus autoritatis habitura sint. Itaque novas rationes, nova argumenta quærunt. Illa etiam, quæ jam antè dicta, aliquantò pleniùs explicare cupiunt, quò plus ponderis consequantur. Forte etiam, dum nunc stimulati dolore amissionis causæ, aliquantò diligentius causam omni ex parte expendunt, incidit ipsis aliquid, quod si antè attulissent, putant, se causam vincere potuisse. Sed quoniam occasio prioris instantiæ deperdita est: spes est, saltem beneficio secundæ, ulteriorisve instantiæ, si nova illa inventa prioribus actis addiderint, rem adhuc salvam fore. Apparet quidem, accidere litigatoribus id, quod proverbio dicitur: Serò sapiunt Phryges: attamen Leges in his angustijs succurrendum ijs putarunt: permiseruntque, ut Vlpiani l. 3. in fin. ff. de appell. verbis utar, quocunque modo persequi appellationem. Dederunt igitur appellantibus decantatum illud beneficium non deducta deducendi, non probata probandi. Vocatur etiam beneficium l. per hanc. C. de temp. appell. Hâc enim Lege præcipuè beneficium illud nititur. Postquam igitur appellans, id quod plerumque fit, ad hoc beneficium provocaverit; iterum congrediuntur litigantes, eodem ordine & modo, quo in prima instantia litigarunt. videlicet libelli oblatione, litis contestatione, exceptione, replicatione, duplicatione, probationibus, & cæteris actibus. Mirum quidem videtur, omnes litis actus, in eadem causa bis, ter, & fortè sæpius ex integro agi: sed ita lex scripta est. Nec tamen mera priorum actorum repetitio concessa est. Sed tunc denuo audiuntur appellantes, si quid novi habere se putent, vel causam in prima instantia non satis explicatam pleniùs instruere velint. Tunc non deducta deducere, non probata probare licet: Si autem nihil novi appareat, iterata causæ disceptatio non admittitur: sed tunc ad acta priora concludendum Ordin. Cam. p. 3. t. 33. princ. & §. wo aber. R. A. zu Regenspurg. An. 1654. § Auch in Fällen. Ex quo apparet, unicum fundamentum, quo nititur totus processus appellationis, quo quidem ipsius causæ principalis merita continentur: unicum inquam, istum fundamentum esse beneficium l. per hanc. C. de temp. appell. Hinc est, quod statim in exordio libelli hæc solennis vox audiatur: non deducta deducam: non probata probabo. Hoc beneficium si non haberent appellantes, statim ad acta priora concludere tenerentur, quemadmodum fit in appellatione ab interlocutoriâ, in quâ beneficium illud locum non habet: & sic in Iudicio appellationis nullam novam litem haberet.

mus. Nunc autem ad non deducta deducenda, ad non probata probanda novo multorum sæpè annorum processu opus est. Tantum igitur tanta consequentia beneficium aliquantò amplius considerandum, quò de ratione novi istius processus, qui in appellationibus instituitur, planè constet. Res enim difficultatem habet, non tantùm apud Interpretes Iuris, sed etiam in praxi Camerali.

Iam universum trium generum sunt illa, de quibus disceptatur in Iudicio appellationis; quæ propterea specialiter appellans in libello appellationis recensere tenetur; videlicet, ut hæc verbis Constitutionis Comitiorum Ratisbon. An. MDCLIV. §. zu Beförderung referam, 1. worin er sich beschwert/ 2. was er besser zu beweisen/oder 3. von newen vorzubringen gedencke. Distinguuntur etiam hæc satis perspicuè Decreto communi XXX. Octob. An. MDCLIV. §. dann sollen quo appellantium patroni singula capita notâ in margine libelli adscriptâ indicare jubentur; num videlicet id, quod proferunt, gravamen sit, an novum deducendum, novúmve probandum. Sed quoniam hoc recens constitutum est, cui patroni causarum adsueti non sunt; nec adeò in promptu ipsis est, tria ista capita accuratè distinguere, & singula singularis notis indicare: hinc factum, ut libellum appellationis ritè componere, hodie in Camerâ Imperiali pro difficili habeatur. Causam, quare hoc ita constituendum fuerit, infrà exponemus. Nunc autem, quomodo tria ista differant, propterea explicandum nobis est, quoniam inde apparebit, quid contineat beneficium nova deducendi, quantamque materiam novæ litis in Iudicio appellationis præbeat.

Iure Civili appellans, quando in Iudicio appellationis agit, causas appellationis reddere dicitur l. 3. §. 3. l. 4. §. 1. l. 18. l. 28. §. 2. ff. de appell. rubr. & t. ff. an. per al. caus. app. Barnab. Brisson. de form. lib. 5. Hodie autem causæ appellationis gravamina vocantur Gail. 1. obs. 123. n. 4. Sunt autem gravamina duplicia, antiqua, & nova. Antiqua voco, quæ ex actis prioris instantiæ petuntur: atque hæc gravamina propriè & specialiter vocantur. Nova sunt, quorum in prioribus actis mentio facta non est. Videri posset genus aliquod inter hæc interjectum esse; siquidem appellantibus etiam permittitur, jam antè allata meliùs explicare & deducere R. A. zu Regenspurg an. 1654. Wofern auch die eine oder andere Parthey in deme / was in priori instantiâ allbereits einkommen / veritatem & circumstantias facti besser erläuteren / und ein mehrers außführen / oder beweisen wolte/ soll es ihnen gleichfals ohnverwert seyn. Sed facilè apparet; hoc quoque ad nova pertinere. Videamus igitur singula specialiter.

Gravamina ex actis prioribus petit appellans, quando exponit rationes, quæ suâ quidem opinione priorem Iudicem movere debuissent, ad causam sibi, non adversario, adjudicandam. Iam tum autem monuimus non hoc eò usque extendendum esse, quasi acta priora verbotenus repetere liceat. Hoc enim nullius usus foret? imò præter dispendium temporis, sumptuum, & operæ, nil nisi tædium faceret. Quomodo igitur causæ appellationis reddendæ sint, colligere licet ex his verbis Iustiniani l. ampliorem. 39. §. 1. C. de appell. Caveant tam litigatores, quàm libellorum dictatores, verbosis uti assertionibus, & ea, quæ jam perorata sunt, iterum resuscitare: sed hæc solavis inscribere, quæ compendiosâ narratione causas provocationis possunt explanare. Nil igitur præter compendiosam narrationem admittitur. Cætera ex actis prioris instantiæ, quæ propterea edi solent, ab ipso Iudice cognosci possunt. Hoc est, quod ibidem subjicit Imperator: quòd sufficiant gestorum volumina introducta, & virorum spectabilium Magistrorum scriniorum breves omnia apertissimè ostendere. An autem appellantes intra hos terminos hodie se contineant, infrà videbimus. Nunc veniamus ad nova, quæ non tantùm compendiosè narrare, sed pleno processu disceptare permittitur.

Nova duplicia sunt: nova deducenda, & nova probanda. Hæc enim duo capita habet beneficium istud: Non deducta deducam: non probata probabo. Videamus primò de novis deducendis. Nova deducit, vel actor, vel reus. Vtrique enim hæc facultas competit. Quomodo autem actor nova deducere possit, non usque in propatulo est. Nam quod Imperator l. per hanc. C. de temp. appell. dicit, eiusmodi novis assertionibus uti licere, quæ non ad novum capitulum pertinent, sed ex illis oriuntur, & illis coniunctæ sunt, quæ apud anteriorem Iudicem noscuntur propositæ: hoc non satis perspicuum est. Aliquot Doctorum opiniones refert, & confutat Hartmannus Pistoris Quæst. Iur. lib. 4. quæst. 23. n. 19. qui omnium diligentissimè hoc argumentum tractasse videtur. Quòd autem hîc difficultas suboriatur, mirum videri non debet. Nam appellatio statum causæ reducere censetur ad tempus litis contestatæ. Itaque quod lite contestatâ permissum erat in primâ instantiâ, permissum quoque censetur in Iudicio appellationis. Iam verò lite contestatâ an libellum mutare, vel emendare liceat, & quatenus liceat, quàm controversa sit quæstio apud Interpretes juris, satis notum est: vid. Vult. de Iud. lib. 2. cap. 4. n. 191. Itaque Hartmannus Pistoris dict. loc. n. 21. statuit, in quantum in primâ instantiâ post litem contestatam, libello quoad substantiam non mutato, aliquid circa eum innovare, vel ei addere liceat, in tantum idem quoque licere in Iudicio appellationis: atque inde facultatem nova deducendi ex parte actoris æstimandam esse. Non igitur aliam rem petere, nec aliam planè actionem instituere licet, quàm quæ in priori Iudicio instituta fuit. Attamen licet eiusmodi novam causam afferre, quæ etiamsi in priori instantiâ allegata non sit, comprehendi tamen potest sub actione in priori instantiâ institutâ. Res manifesta erit ex verbis Marantæ, quæ subjiciemus part. 6. tit. & quandoque appellatur. n. 163. Si in causâ principali petij bovem, non possum in causâ appellationis petere equum, & producere probationes super equo. Similiter si petii rem unâ actione & succubus non possum in causâ appellationis prosequi eandem aliâ actione, quia est novum capitulum: secus, quando in appellatione mutatur causa, quæ potest includi sub generalitate primi libelli, ut si petij rem ad me spectantem iure dominij, non adstringendo ad aliquam causam specialem, & deinde in primo processu prosecutus sum causam emptionis, & succubui possū in appellatione prosequi causam legati, vel aliam, ex qua dominium potest acquiri; quia ista nova causa potest includi sub primo libello generaliter loquente de dominio. Atque hoc exemplo frequenter Doctores uti videas. Hartmannus Pistoris talem

addit

addit speciem. Si primò pignori obligaveris mihi rem tuam, deinde eandem rem oppignoraveris Titio; & tertiò mihi denuo: & ego contra Titium generaliter egerim, & in prosecutione subnixus fuerim posteriori obligatione, atque propterea victus fuerim ab eo, qui ante postremam obligationem rem pignori acceperat, possem in appellationis instantiâ primam nihilominus deducere obligationem, & contra Titium obtinere. *Possunt verò infinita exempla alia dari, idque in plerisque ferè actionum generibus. Una enim eademque actio ex variis causis specialibus nasci potest. Petit v. gr. quis usuras ex pacto contractus bonæ fidei adjecto: non obtinuit: in judicio appellationis easdem petit ex morâ. Potest hoc fieri non mutato genere actionis. Vel agit emptor post rei sibi venditæ, nondum autem traditæ, interitum ad ejus æstimationem: dicit venditorem periculum recepisse: cum non obtinuisset; in judicio appellationis contendit, rem culpâ venditoris interiisse. Quàm amplam facultatem nova deducendi actores habeant, ex his satis manifestum est.*

Reus quoque novâ defensione uti potest, vel novâ exceptione. Ex gr. is, à quo tanquam spurio petebatur hereditas, in prima instantia negavit, se illegitimè natum: cum succubuisset, in Iudicio appellationis dixit se legitimatum: vel qui in prima instantia dixerat, debitum esse solutum, in Iudicio appellationis præscriptionem objicere potest. Similiter actor novâ replicatione uti potest. Ex. gr. Vindicavit quis feudum: cumque ei objectum esset, quòd ex primo acquirente non descenderet; post longam concertationem hac de re institutam victus est. In Iudicio appellationis replicat, feudum esse hereditarium; & sic sufficere, quod defuncto vasallo proximus sit. De hac igitur quæstione nunc denuo certamen instituunt. Rursus reus novam duplicationem afferre potest. Sed de novis deducendis satis diximus.

Probationes novæ tot modis fieri possunt, quot probationum genera sunt. Possunt allegari novæ præsumptiones: produci nova instrumenta: offerri jusjurandum: peti ocularis inspectio. Hactenus res dubio caret. De testibus autem quæstio est. Novos quidem articulos (oriuntur autem hi ex novis deducendis) testibus in Iudicio appellationis probari posse, certum est. Sed de testium productione super articulis in priori instantia propositis inter Iurisconsultos controversia adeò gravis est, ut quorundam judicio decisione Imperatoria indigeat Roland. à Vall. cons. 45. vol. 2. *Quoniam enim jure Civili post publicata & cognita testimonia prohibitum est super iisdem, vel directò contrariis articulis novos testes producere, vel eosdem repetere, idque timore subornationis; Auth. atqui semel.* C. *de probat. Nov. 90. cap. 4. quæritur an id etiam pertineat ad instantiam appellationis. Discedunt Interpres in utramque partem, ut utra opinio magis recepta sit, difficile dictu sit* Kletzel. de appellat. cap. 6. n. 30. *Alii dicunt Constitutionem illam, quæ publicatis testimoniis, novos testes prohibet, ad unam eandemque instantiam restringendam esse: cæterùm in Iudicio appellationis novam planè instantiam versari, in qua non deducta deducere, non probata probare liceat: ideoque sub generali novæ probationis concessione etiam testium productionem, tam super antiquis, quàm super novis articulis, comprehendi. Alii verò haud levibus rationibus in contrarium disserunt: ubi eadem ratio sit, ibidem jus locum habere debere: rationem verò Constitutionis illius esse timorem subornationis: qui enim postquam testium dicta didicit, eaque voto suo non respondere animadvertit, novos producit testes, vel eosdem repetit; quid suspicari nos aliud posse, quàm eum novos hos testes subornasse, & instruxisse, ut defectum, quem in prioribus animadvertit, suppleant? cum igitur nec per appellationem ab hac suspicione liberetur, propterea in secunda instantia non magis, quàm in prima, cum novis suis testibus audiendum esse. Taceo reliqua argumenta. Atque hæc posterior sententia Iure quidem Canonico expressè confirmata est:* c. fraternitatis, 17. x. de test. Clem. ult. eod. *eandem & veriorem, & magis receptam esse agnoscit Mynsingerus:* cent. 1. obs. 41. in fin. *& planè approbat Gailius* 1. obs. 48. n. 2. *Interim tamen prior, quæ benignior visa est,* Brederodius de appellat. p. 2. t. 35. §. probatio quemadmodum fiat. *apud nos, in Camera equidem Imperiali, usu recepta est. Præjudicia Mynsingerus,* dict. cent. 1. obs. 41. *& alii* Aut. præjud Camer. verb. Testes. Ruland. de Commiss. lib. 7. de public. & quæ eam seq. c. 2. n. 13. *referunt. Quin etiam expressa extat* Constitutio *Imperii in antiqua Ordinatione Cameræ anno MDVII. edita,* tit. wie die Termin zu halten. in fin. princ. *qua sententia hæc approbatur. Sic igitur etiam, quomodo novæ probationes in Iudicio appellationis fieri possint, perspicuum est.*

Quò autem adhuc manifestiora fiant, quæ hactenus dicta sunt, atque ratio etiam appareat, quare beneficium illud appellantium duo ista capita habeat, nova videlicet deducendi, & noviter probandi; notandum est, quemadmodum in omni controversiâ duæ considerandæ sunt, quæstio & partis, vel affirmantis, vel negantis, argumenta; Aristot. lib. 3. Rhet. cap. 14. n. 4. *sic etiam in Iudiciis litigatoribus, eorumve patronis, nec non Iudicibus duo præcipuè spectanda esse, primò quæstionem illam principalem, quæ in controversiam venit; deinde probationem illius partis, cui hoc onus incumbit. Quæstio autem principalis illa est, circa quam præcipuè pugnant litigatores, & ex cujus decisione totius causæ victoria pendet. Unde Rhetores statum causæ, item τὸ κρινόμενον vocant. Non igitur status causæ consistit in eo, quod petit actor, & recusat reus, sed potiùs in causâ petitionis, vel recusationis. Si enim causam petitionis, quam prætendit actor, neget reus; vel si causam recusationis, quam prætendit reus neget actor; inde oritur quæstio, in quâ præcipuè laborant. Ex hujus enim decisione pendet victoria. Est igitur status causæ propositio ab altero litigatorum affirmata, ab altero negata, quæ causam & principium dissensionis inter eos intercedentis continet. Unde apparet, quomodo status causæ investigandus sit. Si enim syllogismi istius, quo actor actionem suam in libello proponit, alterutram propositionem reus negaverit; in ea status erit causæ: & quidem majori negata, quæstio juris; minori negata, quæstio facti orietur. Si verò reus neutram propositionem simpliciter neget, sed contendat majorem propositionem, licèt ἐπὶ τὸ πλεῖον vera sit, admittere tamen unam alteramve exceptionem: casum autem præsentem sub exceptione contineri: tunc status causæ non ex actione, sed ex exceptione colligendus est. Si enim syllogismi*

istius, quo reus exceptionem proponit, alterutram propositionem actor negaverit; in eâ status causæ erit. Sin autem nec actor propositionem aliquam objectæ exceptionis directò neget; sed replicatione utatur; status causæ ex replicatione colligendus est. Similiter de duplicatione se res habet. Liceat hoc rudi exemplo declarare. Petit aliquis centum: negat alter, se quicquam debere. Hic status causæ non est, an debeantur centum: sed altiùs ascendendum, & causa dissensionis quærenda. Audiamus primò actorem. Libellus ejus ita habet: Cui mutuò data sunt centum, tantundem debet restituere: Titio mutuò data sunt centum: Ergo tantundem restituere debet. Si Titius alterutram propositionem negaverit, v. gr. minorem; habemus statum controversiæ; videlicet an Titio centum numerata sint. Sed fortassis nullam propositionem directò negat, sed exceptionem obiicit. Nondum igitur status causæ apparet. Veniamus igitur ad exceptionem, quæ ita habet: Pupillus ex contractu absque autoritate tutoris gesto non obligatur: Ego cùm mihi numerarentur centum, eram pupillus: Ergo non obligor. Iterum utram propositionem actor negaverit, in eâ consistit status causæ. Sed fortassis neutram propositionem simpliciter negat: sed replicatione utitur tali. Pupillus in quantum locupletior factus est, obligatur. Tu locupletior factus es ex centum tibi numeratis. Ergo obligaris. Negabit fortè reus minorem, Hic igitur tandem habemus statum causæ, an Titius centum sibi numerata utiliter impenderit, adeò ut locupletior factus censeri possit. In hoc pedem figere, & acerrimè pugnare videbis litigatores. Eò igitur diriget actor omnia argumenta sua, præsumtiones, testes, instrumenta, & id genus alia, ut probet, Titium centum sibi numerata utiliter in rem suam convertisse, adeoque locupletiorem factum. Hoc probato, sequetur id, quod intendit actor, Titium debere solvere. Eo verò non probato, verum manet, quod intendit reus, se nihil debere. Interdum autem non unus, sed multiplex est status. Quanti autem in Iudiciis hoc valeat, statum causæ rectè indigâsse; quàm graviter eâ in re antehac erratum sit, & adhuc sæpè erretur, egregiè expositum est à Nicolao Vigelio. Nostri instituti non est, altius ista hæc repetere. Sufficiat nobis notâsse, statum causæ, vel ex actione, vel ex exceptione, replicatione, aut duplicatione colligendum esse. Ex quo sequitur, novum deducendum nihil aliud esse, quàm novum statum causæ. Novum enim deducendum est, vel nova assertio actoris, vel nova exceptio, replicatio, aut duplicatio. Unde manifestum est, quare beneficium l. per hanc, C. de temp. apell. *duo ista capita habeat, nova deducendi, & noviter probandi. Quoniam enim universa litigandi & judicandi ratio in his duobus præcipuè consistit; primò in constituendo statu causæ; deinde in probationibus inveniendis, & examinendis, & examinandis: hinc est, quòd, cum appellantibus in Iudicio appellationis denuo litigare concessum sit, duplicem habeant facultatem vel nova deducendi, i. e. novum aliquem statum causæ constituendi: vel noviter probandi. Apparet etiam, quantum, hoc beneficio dato, appellantibus indultum sit. Status enim causæ quasi basis & fundamentum est Iudicij. quo innovato, reliqua omnia innovari, & ex integro agi necesse est. Hac igitur causa est, quòd planè novus processus in Iudicio appellationis instituatur.*

Iste igitur novus processus jam considerandus nobis est, rectène undiquaque se habeat, an verò parte aliquâ laboret. Statim verò ingens nobis dubium suboritur de fundamento illius, beneficio l. per hanc. C. de temp. appell. *Consequenter universus iste processus, qui in appellationis instantiâ denuo instituitur, in dubium venit. Primò ipsum vocabulum beneficij haud levem suspicionem nobis iniicit. Nomen enim illud significare videtur, non tam ex necessitate, quàm quâdam benignitate appellantibus concessum esse. Sed totius processus, omniumque illius partium redintegrationem concedere, & quidem aliquot vicibus concedere, qualis hæc benignitas est? Penè dixerim, nimiâ indulgentiâ usos esse Legislatores, tam amplâ totius litem integro processu restaurandi facultate litigatoribus concessa. Sed hæc fortassis adhuc levia videbuntur.*

Quòd si verò universum illum processum causarum, quæ in variis instantiis disceptantur, ob oculos ponamus, abusus, frustrationes, vitia, & incommoda longè plurima deprehendimus: eaque nullâ ratione evitari possunt: tantam beneficium illud temeritatis & calumniæ occasionem præbet. Iam tum quidem olim Cynus, cùm interpretaretur l. per hanc. C. de temp. appell. quæ præcipua beneficij istius sedes censetur, velut lilium inter spinas eam redolere dixit: quod tanquam memorabile dictum annotant plures alij. Mascard. de prob. conclus. 119. n. 1. Hartm. Pist. quæst. jur. lib. 4. quæst. 23. n. 1. *Verum si aliquantò propiùs accedamus, lilij quidem istius species, vel umbra potius, planè ex oculis evanescit: spinas autem longè plures deprehendimus, quàm quæ Cynum pupugerunt. Quapropter aliquantò ampliorem de beneficio isto disquisitionem instituemus. Hæc verò, uti apparet, ardua quæstio erit; siquidem de toto processu appellationum, qui quidem merita causæ concernit, quæretur. Loquimur autem de processu, quatenus inter litigatores res geritur. Nam Iudicem appellationis denuo judicare, hoc reprehendi non debet. Sed quòd litigantibus denuò litigandi potestas detur, imprimis quod subditis Ordinum Imperij ad summa Imperij Iudicia provocantibus, denuo ibi litigandi potestas ad nova deducenda & probanda concedatur, hoc nobis in dubium venit. Quoniam igitur hæc magni momenti quæstio est, justâ etiam eam curâ tractari debet. Incipiemus autem ab eo, quod omnium primò sese offert, & omnium maximè in oculos nobis incurrit. Primò repræsentabimus graves quasdam (nescio an ausim dicere absurdas) consequentias, quæ ex beneficio nova deducendi oriuntur. Enarrabimus etiam, quantum malorum, quot incommoda nobis pepererit. Hæc verè ubi apparebunt, ipsa necessitas nos coget ad remedia quærenda. Ad remedia autem invenienda causæ & principia malorum investiganda erunt.*

CAPVT III.

Varia incommoda, quæ ex novis appellationum disceptationibus oriuntur? recensentur.

Primum Incommodum.

Si consideremus, quo prætextu appellantes causam ab inferiori Iudicio ad superius trahant; animadver-

animadvertimus, de nulla eos alia re, quàm de injuria Iudicis conqueri. Dicunt enim (salvo tamen ipsius honore, de quo protestantur) malè judicasse: propterea se coactos, Superioris auxilium implorare; quò melius sibi Iustitiam administret. Nota hæc sunt vel ex formula appellationis. *Nihilominus tamen statim atque in Iudicium appellationis veniunt, non deducta deducere, non probata probare volunt. Hic verò mirum videtur, queri eos de Iudice, & ta nen nunc novis rationibus Iudici priori non propositis causam vincere studere. Dubitare enim videntur, num satis argumentorum ad fidem ipsi faciendam attulerint in prima instantia. Nisi enim hoc timerent, haud opus putarent, in secunda instantia nova proferre. Non igitur tam Iudex malè judicasse, quàm ipsi malè egisse videntur; dum omiserunt ea, quæ nunc in judicio appellationis deducere cupiunt. De sua igitur, vel negligentia: vel infortunio querantur, non de Iudice. Qua ore enim Iudicem iniquitatis arguat, qui ipse sibi defuit?*

Gravius adhuc est, quòd etiam Iudex superior, licet ex novis causis sententiam reformet, adeoque videat, sententiam secundum acta priora benè conceptam esse, nihilominus pronunciet, priorem Iudicem malè judicasse; Das von Richtern voriger Instantz übel geurtheilt / wol davon appellirt; *ut vulgato habet formula. Annon autem injuria fit inferiori Iudici, quòd malè judicasse arguatur, etiamsi secundum ea, quæ sibi proposita fuerant, benè judicaverit. Titius, v. gr. aliquos mille adducit testes. Illi verò interrogati à Iudice, partim negant, se quicquam scire de debito: partim variè respondent: in summâ nihil probant. Iudex pronunciat secundum Legem, quæ actore non probante reum absolvi jubet* l. 4. C. de edend. l. 2. C. de prob. *Lata hac sententia, actor statim appellat. Facilè verò intelligit, novis nunc opus esse argumentis. Dum igitur ea quærit, incidit fortè in instrumentum aliquod. Salva res est. Introducta appellatione gravius de Iudice prioris instantiæ conqueritur, quàm injustè judicaverit, cum reum absolverit. Cur? Ecce enim instrumentum. An igitur hoc in priori instantia Iudici ostenderat? Minimè verò. Imò jurat etiam, se ipsum in priori instantia non cogitasse, hoc instrumentum sibi suppetere. Reperit enim nunc demum, postquam diligentiùs res suas perquirere cœpit. Iudex tamen appellationis pronunciat, Iudicem prioris instantiæ malè judicasse, & sententiam reformat. Annon hic injuria fit inferiori Iudici, qui malè judicasse pronunciatur. Certè enim, si actore non probante reum absolverat, benè judicaverat; quoniam secundum Legem judicaverat. Præterea Iudicis est, secundum acta & probata judicare* l. illicitas. 9. veritas ff. de offic. præs. *Ipsi igitur vitio verti nequit, quòd secundum scripturam, quæ in prima instantia allata non fuerat, non judicaverit. Nam quæ quidem juris sunt, supplere tenetur Iudex; non tamen, quæ facti. Longe minori jure de priori Iudice querela instituitur, si plane novus status controversiæ in Iudicio appellationis constituatur: si, v. gr. qui in Iudicio priori debitum præscriptione sublatum dixerat, sed non probaverat, in Iudicio appellationis probet, debitum solutum esse. Quid enim peccavit Iudex, quòd solutionem sibi non allegatam ignoravit? An nihilominus Iudici culpa imputanda est, licèt rectè officio suo functus sit? Hoc iniquè esse debet suadeis, quod Superioris auxilium implorare possint, si injuriam à Iudice, Magistratuve suo patiantur. Sed iterum, quibus Magistratus injuriam non fecit, querelas nihilominus Superiorem aures præbere; præter ea Ordines Imperij nostri (nam ipsorum nomine judicant Iudicia, à quibus ad summa Imperij Tribunalia provocatur) malè judicasse dici, etiamsi rectè judicaverint, nescio an permittendum sit. Quomodo verò hoc evitari possit, beneficio nova deducendi appellantibus concesso, etiam non video.*

Alterum incommodum.

Deinde si quando fortè accidat, finita instantia novi aliquid emergere, quod ea durante proferri non potuit; an propterea statim ad Superiorem convolandum, atque ibi nova illa tractanda? Cur non in ipso priori Iudicio potius ex integro proponuntur; atque denuò sententia fertur? Sanè quidem, si litigator, satis causam Iudici exposuisse, cantùmque argumentorum, quantum ad victoriam necesse erat, attulisse, nihilominus Iudicem dolo, vel errore, malè judicasse, putet; tunc ex necessitate Superior adeundus est, qui inferioris Iudicis injustitiam corrigat. Sed si litigator causam perditam ex novis rationibus, quas Iudici antea proponere non poterat, vincere velit; non est, quòd vereatur eundem Iudicem iterum adire, & rescissionem sententiæ petere. Novis enim rationibus, si alicujus momenti sint, dimoveri poterit Iudex à sententia, in qua antea fuit. Longè autem commodiùs, & minori sumptu nova illa in eodem Iudicio, quàm in Superiori, tractarentur. Nam hoc multa incommoda parere necesse est, si causa ad novum planè Iudicium, longinquum præsertim, trahatur, ubi Iudex ab ovo causam repetere tenetur. Discerpitur igitur quodammodo causa, & frustulatim tractatur, dum nunc in inferiori Iudicio aliquid, nunc in superiori aliquid aliud tractatur. Quæ verò ratio est, quod hic locum non habeant illa regula Iuris: ubi captum est judicium, ibi debere finiri? l. 30. ff. de iudic. *causa continentiam non esse dividendam?* l. 10. ff. de quib. reb. ad eund. Iud. eat. *His enim Iuris regulis in effectu contrarium est, quòd causa unius ejusdemque capita pro dimidio in inferiori, pro altero dimidio in superiori Iudicio proponantur. Imò fortassis adhuc aliquid superest, quod in tertiam & quartam instantiam reservatur. Si igitur ita liset causas partire ac distrahere, quid mirum, lites esse immortales?*

Tertium incommodum.

Quæ hactenus expesuimus incommoda, evitari non possunt, etiamsi nulla culpa litigantibus imputari possit, qui omissa in prima instantia in Iudicio appellationis proferre volunt. Iam videamus, quanta hic abusuum, temeritatis, & calumniæ occasio lateat. Nec abusus isti leves sunt. Tota instantia perduntur. Aut enim prima instantia eluditur: aut secunda (sub secunda autem etiam ulteriores comprehendere licet) frustra teritur. Alterutrum fieri plerumque deprehendemus. Sive autem hoc, sive illud contingat, satis grave est. Nam si unus actus litis, unusve terminus perderetur, tolerabile esset. Sed totas instantias perperam instituti, nimium est. Exponemus igitur, primò quemadmodum fiducia nova

deducendi faciat, ut litigantes primam instantiam, vel eludant, vel negligant: deinde, si nihil neglexerint in primâ, quomodo tamen in appellationis instantiâ frivolè litem repetant. Addemus etiam quibus remediis Leges, vel Iudices, utriq; instantiæ cavere voluere, successu tamen hactenus quidem infelici.

Quod primam instantiam attinet, notum est, quid tentent sæpe litigantes, ut Ordinarij Iudicis cognitionem effugiant; ut eminus pugnent, atq; ex longinquo judicentur. Quòd si hujusmodi conatui connivendum non est (quid enim magis cautum Legibus, quam ut prima instantia exactè observentur (attamen tamen per obliquum conceditur, quod rectâ viâ negatur, si in primâ instantiâ omissa, in alterâ demum proponere licet? Tunc enim, qui primam instantiam declinare cupiunt, dicis gratiâ aliquid proponent: cætera, præcipua fortassis capita, omittent & in Iudicium appellationis different. Sed hoc fortassis rarius contingit. Illud verò nequaquam rarum, litigantes, reos præsertim, occasionem differendæ litis, & fatigandi adversarij quærere. Hic verò quid optatius accidere posset novo appellationis processu. Quæritur Ordinatio Cameralis p. 2. t. 28. §. Dazu. (*utar ipsius verbis*) Daß sie zu zeiten die Partheien mehr aus Muhtwillen / und zu auffenthaltung und Hinderung der *execution* gesprochener Urtheil / und damit sie etwa ihre Gegentheil zu endlichem Verderben / und Verlassung der Sachen / oder zu ungebührlichen Verdragen dringen / oder desto langer in Nießung der Güter sitzen bleiben / dann aus Notturfft *appelliren*; *Eandem querelam iisdem pene verbis apud Gailium* 1. obs. 128. n. 2. *legimus. Is autem longiùs progreditur, & causam addit, quare possessores rerum controversarum appellatione ad litem extrahendam, & adversarium vexandum abutantur*: cùm, *inquit*, malitiosè sciant, fatalia prosequendæ appellationis anno vel biennio non circumscribi. *Apparet Gailij judicio diuturnum processum esse illud ipsum, quod prætextu appellationis calumniam exercendi ansam præbet. Quæ verò causa est, quòd processus appellationis adeo longus ac diuturnus sit? Nulla alia, quàm beneficium nova deducendi. Absq; hoc enim vix processum aliquem appellationis haberemus. Qualemcunque autem haberemus, brevissimus esset. Ergo beneficium nova deducendi præcipuè litigantibus calumniæ occasionem subministrat. Si enim statim Iudex Superior causam cognoscere, & sententiam pronunciare posset, spem prætextu appellationis litem protrahendi, vel nullam, vel exiguam haberent.*

Quid igitur? An illis etiam facultas nova deducendi patere debet, qui malitiosè ea, quæ in Iudicio appellationis proferunt, omiserunt? Hoc quidem absurdum dictu videtur. Habuit tamen sententia istæc patronos aliquot ex Iuris consultis vid. ap. Hartm. Pistor. quæst. jur. lib. 4. quæst. 23. n. 45. *Sed quicunq; eius autor fuerit: opinio intolerabilis est, ac ne quidem refutatione indiget. Hoc potiùs quærendum, quomodo caveri possit, quò minùs, qui malitiose nova deducenda vel probanda in Iudicium appellationis distulerunt, ad beneficium illud admittantur. Fortè quandoque accidit, ut statim ex actis fucus ipse se prodat, quod accidit in causâ* Wolden *contra* Wolden Vot. Cam Kloc. rel. 27. n. 1. *Sed hoc oppido rarum. Facilè enim fraus tegitur. Nullâ igitur ratione prohibere potest, nisi forte in iuramento aliquid spe est.*

Hîc igitur ratio apparet, quare iuramentum calumniæ de non frivolè appellando tantopere necessarium fuerit. Apparet etiam ratio, quare vulgaris iuramenti calumniæ formula non sufficere visa sit, sed clausula de novis deducendis ei inserenda fuerit. R. A. zu Regenspurg / An. 1654. §. Zumahln aber. Daß er von seinem newen einbringen / so ihm bereits bey ablegung des Ayds vorkommen / oder in Vollführung der *appellation* vorkommen möchten / in erster *instanz* keine Wissenschafft gehabt / oder dieselbe damahln einzubringen nicht vermocht / oder für undienlich und unnötig geachtet / nunmehr aber dafür halte / daß es ihm zu erhaltung Rechtens dienlich sey. *Nimirum nova illa causæ disceptatio, quam appellantes instituunt, præcipuum malitiæ & calumniæ fabrica est. Huic igitur iuramento calumniæ obviam ire necesse fuit. Hinc est, quòd appellati etiam, quanquam à iuramento calumniæ de non frivolè appellando aliàs immunes sint, præstare tamen illud cogantur, si beneficio nova deducendo uti velint* dict. Recess. Imp. §. wie ebenmessig in fin. *Nam cum ipsi non appellaverint, sed adversarium ad Iudicium appellationis necessariò sequantur, frivolæ appellationis suspicio adversus eos locum non habet. Sed si non deducta deducere, non probata probare, è re suâ credant, æque ab illis, ac ab appellantibus, metuendum est, ne calumniose hoc faciant. Ex quo manifestum est, magnam illam occasionem calumniosè litem differendi, quàm beneficium nova deducendi præbet: præcipuam causam esse, quæ iuramenti istius introducendi necessitatem imposuerit. Hinc iam tum olim Ordinatione Camerali* p. 2. tit. 6. *cautum fuerat, ut ab Austregis provocans, si non deducta deducere, non probata probare vellet, non audiretur, nisi iureiurando tali prius præstito. Certè enim absque hoc futurum erat, ut prima instantia Ordinum eluderentur. Autor verò ille anonymus, qui de emendatione processus Germanicè scripsit, una cum alijs quibusdam à Wehnere inter observationes practicas relatus* verb. Iustitz-Wesen / *ab omnibus omnino appellantibus, siquidem novam disceptationem instituere velint, iusiurandum malitiæ exigere consultum iudicat. Quale autem iuramentum intelligat, ex clausula illâ de novis deducendis intelligere licet. Hæc enim si seorsim existeret, iuramentum malitiæ ferret. Cæterùm Imperator & Ordines Imperij in Comitiis Ratisbonensibus Anno MDCLIV. ita potiùs hoc constituendum putârunt, ut generali iureiurando calumniæ de non frivolè appellando nominatim hanc clausulam inserendam curarent.*

Iam igitur quærendum, an iuramento isto calumniæ satis cautum sit, ut ampliùs non sit metuendum, ne beneficio nova deducendi appellantes abutantur. Sed hæc quidem quæstio nullam ampliùs difficultatem habere potest: quandoquidem suprà capite primo abundè expositum est, quam exiguam vim iuramentum calumniæ habeat: ubi ostensum est, dolum saltem & calumniam, non verò temeritatem & negligentiam eo arcere. Licebit igitur, non obstante iuramento calumniæ, primam instantiam non multum curare, ac demum in instantiâ appellationis rem iustâ cum curâ agere, atque ibi neglectum primæ instantiæ, non deducta deducendo, non probata probando, emendare. Sic igitur adhuc eludetur prima instantia: temerè molestijs onerabitur Iudicium appellationis: mora fiet liti.

Apparebit

Apparebit hoc adhuc clarius, si clausula istum de novis deducendis iuramento calumniæ de non frivolè appellando inserta capita specialiter consideremus.

Tria clausula ista capita habet. Iurat enim appellans, se vel ignorâsse in primâ instantiâ nova illa, quæ nunc profert: vel non potuisse tunc proferre: vel non putâsse, ad causam pertinere. Primò, inquam, iurat, se nova illa ignorâsse. Quid autem, si ignorantia hæc crassa & supina fuerit? si ignoraverit id, quod ratione officij scire, vel inquirere debuisset, vel, si diligentiam adhibuisset, facilè scire potuisset? An his quoque excusationem merebitur? Nemo hoc dicet. Iura enim aliud docent. l. 9. §. 2. ff. de jur. & fact. ignor. l. 1. C. de fals. monet. VVesembec. in paratit. ff. de iuris & fact. ign. Attamen quæcunque quis ratione ignoraverit, iusiurandum illud intrepidè præstabit.

Altero capite iurat appellans, se nova ista in primâ instantiâ non potuisse proferre. Sed quid ipsi obstitit? Æquè enim, ac ignorantia, impedimenta, alia iusta, alia iniusta sunt. Elegans huius rei exemplum habemus in parabolâ istâ Redemptoris nostri Luc. XIV. v. 16. quâ vitam cœlestem comparat magno cuidam convivio, ad quod qui invitati erant, curâ rei suæ familiaris, quæ magis ipsis cordi erat, se impediri causabantur, quò minus convivio interessent. Scilicet his impedimentis satis se excusari putabant. Verendum est, ne eodem modo comparata sint obstacula illa litigatorum, quibus impediuntur, quò minus iudicium rectè curent. Imprimis illis, quibus spes utilitatis ex fine Iudicij haud adeò magna, vel certa est, facilè res familiaris, vel aliud, licèt non magni momenti, accidens tantum negotij facit, ut satis se excusari putent, quò minùs Iudicio in tempore curam adhibeant. Cogitant etiam, hoc satis esse, quod Advocato & Procuratore utantur: illos omnia rectè curaturos. Illi verò, si quid negligant, etiam in promptu est excusatio: videlicet habent plures causas: non posse uni omne tempus impendere: debuisset etiam principalis litigator eos subindè sollicitare, & monere, ut officij memores essent. Sic alter in alterum culpam reijcit. Ecce igitur & principalem litigatorem; & Advocatum, sanctè iurantes, se non potuisse nova illa in priori Iudicio afferre.

Adhuc difficilior nodus hæret in tertio capite, quo illi quoque admittuntur, qui nova illa, quæ in Iudicio appellationis proferunt, sciverant quidem, & proferre potuerant, sed non putabant, causæ profutura. Qui enim hoc fatebitur, vix se à temeritatis suspicione liberabit. Si enim antea non rectè intellexit causæ suæ conditionem; & tamen litigavit; dicendum utiq; videtur, temerè & inconsideratè eum tunc litigâsse. Qui in priori instantiâ hoc fecit, quid nunc de eo sperare potest? Non putâram, inquit, hæc causæ profutura. Omnium temerariorum hominum hæc vox est: non putâram. Quis enim est, qui, cùm culpam aliquam commisit, non hâc utatur excusatione. Fortè ignem quis incustoditum habuit, unde incendium ortum est: vel arma temerè tractavit, ideoq; hominem interfecit: vel fores apertas reliquit, & prætereuntibus occasionem furti præbuit. In promptu est excusatio: non putâram hæc eventura. Si huiusmodi excusationi aures præbemus, omnia negotia hominum temeritati exponemus.

Sed toleretur, quomodocunq; potest, hæc excusatio in principali litigatore. Quod verò Advocatum eodem se excusat prætextu, penè nimium videtur. Iurat enim & ipse, se non putâsse, nova, quæ proferentur, tanti momenti esse. Quàm verò digna hæc vox Advocato est? Nam quoniam principalis litigator suo judicio non fidebat, propterea Advocatum adhibuerat, quò ille rectiùs judicaret. Nunc ipse quoq; non putârat. Quid verò causæ est, quod nunc putet id, quod antè non putabat. Scilicet, post quam causam perdidit, tunc demum animadvertit, quomodo eam agere debuisset. Sed hæc stultorum sapientia est, re perditâ demum sapere. Hiccine igitur ille est, qui se talem profitetur, à quo omnes sui cives consilium expetant Cic. lib. 1. de Orat.

> Suarum rerum incerti, quos ego meâ ope ex
> Incertis certos, compotesq; consilî
> Dimitto, ut ne res temerè tractent turbidas.

Vereor, ne et clientes dicere jure possint:

> Huic ipsi opus patrono est, quem defensorem paro,

Non tamen hæc eò disserimus, quasi nullus error, nullum impedimentum adeò justum sit, ut propterea primâ instantiâ finitâ litigatores ex integro audiendi sint. Utiq; enim accidere potest, ut hoc necesse sit. Sed quoniam temerarij & negligentes litigatores etiam errant; sed suâ culpâ errant: quoniam etiam ignorant necessaria causæ argumenta; sed ignorantiâ, crassâ, & supinâ: quoniam etiam se impediri patiuntur, sed per causas fatuas & iniustas: quæritur, quomodo illi à justè errantibus, & justè impeditis distingui possint, ut his subveniatur, istis (quales plerumq; sunt) minimè. Nisi enim hoc fiat, prima instantia temerè negligetur: & appellatio ad Cameram Imperialem refugium erit negligentium, & temerariorum litigatorum.

An an hoc indignè ferendum non est? Admiratione dignum videtur, si quisquam hoc dicere audeat. Verum enim vero ita se res habent, ut mirum videri non debeat, si quis audacter affirmet, vel moribus, vel, ut nonnulli volunt, etiam legibus conveniens esse, quòd litigatores, qui in primâ instantia causam neglexerunt; vel præcipitanter tractârunt, in appellationis Iudicio beneficio nova deducendi indemnes serventur. Eò sanè inclinat multorum Interpretum Iuris doctrina. Contradicunt quidem his alij, statuuntque negligentes litigatores, & qui culpa sua in prima instantia aliquid omiserunt; in Iudicio appellationis nequaquam audiendos esse Gl. in c. ad audientiam. de rescript. Bold. in l. ita demum. n. 2. C. de procur. Mascard. de prob. conclus. 113. n. 55. Sed quomodo caveri possit, ne negligentes isti enim novis suis allegationibus obrepant Iudici appellationis, hoc non docent. Itaque facilè hæc dissensio conciliari potest. Hi enim tradunt, quid fieri secundum rectam rationem deberet: isti, quid fiat, & quid evitari his, quibus hodie utimur. Legibus non possit. Ex professo hanc quæstionem tractat Hartmannus Pistoris, quem suprà laudavimus Quæst. Iur. lib. 4. quæst. 23. n. 41. & seqq. Etiam ille autem discedit in eorum sententiam, qui statuunt, negligentibus litigatoribus beneficium nova deducendi propter culpam ipsorum denegandum non esse. Argumenta, quibus utitur non improbabilia iudicat Thomas Merckelbach in relatione pro Assessoratu Kloc. vot. Cam. rel. 2. n. 145. Quoniam igitur qui in Iudicijs Ordinum Imperij negligentiâ, vel præcipitantiâ, aliquid omiserunt, cum novis suis deducendis confugiunt ad

Cameram Imperialem; quid aliud dicere possumus, quam Iudicia nostra plena ten eruatis?

Quartum incommodum.

Exposuimus hactenus, quomodo prima instantia eludantur. Consequens est, ut videamus, quomodo, etiamsi nihil neglectum sit in prima, adhuc tamen secunda instantia prætextu beneficij l. per hanc. C. de temp. appell. frustra teratur. Dicendum enim videbatur, appellantes, qui nihil omiserunt, abstinere debere nova causæ deductione. Sed illi nihilominus, cum appellationem introducunt, contestantur, se non deducta deducturos, non probata probaturos. Arrigunt ad hanc vocem, & adversarius, & Iudex magna quædam, & inaudita expectant. Quid fit?

Parturiunt montes: nascetur ridiculus mus. *Compertum enim est, appellantes plerumque in libellis gravaminum nil nisi acta prioris instantiæ coccytare; vel verè nova afferre futilia, inepta, absurda, vel etiam omnia hæc miscere. Sunt quidem hæc contra vetita legibus. Quid enim minus concedendum est in Iudicijs, quàm actum agere? Sed quæritur quomodo ab appellantibus hoc impetrari possit?* Non deerit, *inquit Iustinianus Imperator* l. Ampliorem. 39. §. 1. C. de appell. adversus libellorum conditores, *qui acta prioris instantiæ prolixè repetunt*: amplissimi Iudicii competens indignatio. *Sed non sunt hodie adeò meticulosi libellorum conditores, ut solius indignationis comminatione vehementer terreantur. Est quidem idem etiam Ordinatione Camerali prohibitum* p. 3. t. 33. §. pen. *Sed nec hoc quicquam curant. Quid igitur remedij?*

Peperit sanè hoc ipsum in Camerâ Imperiali dubia & difficultates longè maximas: quas nunc recensebimus, ne quis fortè dubitet de eo, quod diximus.

Etenim interdum quidem appellans & appellatus certatim non deducta deducunt, non probata probant: & sic ultro iterum congrediuntur, interdum verò alteruter, appellatus præsertim, certamen detrectat: dicit gravamina esse meram repetitionem priorum actorum; vel esse impertinentia, non esse admittenda. Tunc igitur Iudex causam cognoscere, & pronunciare tenetur de gravaminum admissione. Sed & ex officio gravamina, si irrelevantia esse animadverterit, rejicere debet. Hinc frequens illa in Camerâ Imperiali pronunciandi formula: In sachen N. N. seynd die eingebrachte gravamina, als unerheblich (oder überflüssig) nicht/ sondern die Sach von Amptswegen vorbeschlossen angenommen. *Quod si autem gravamina relevantia visa fuerint: vel etiam si dubitet Iudex (hoc autem sæpè fit, quoniam prævidere non potest, quid præstiturus sit appellans) tunc gravamina ad probationem & pleniorem disceptationem admittenda sunt. Hinc inter sententias Camerales olim editas hujusmodi formula legitur.* In sachen N. N. seynd die gravamina den N. Tag einkommen/ beschehener Einrede unverhindert / salvo jure impertinentium & non admittendorum, zu beweisen hiemit zugelassen.

Apparet inde, quantum negotij Iudici imponatur. Etenim utrùm appellans reverà novi aliquid attulerit, an vetera tantùm acta repetiverit: utrum nova illæ probationes causæ profuturæ sint, necne, non facilè rectè judicaveris, nisi integram causam ex prioribus actis cognoveris. Hinc sæpè accidere necesse est, ut quæstionem de admissione gravaminum dijudicare, ferè æquè difficile sit, ac causam principalem decidere. Extant in puncto gravaminum, ut vocant, aliquot relationes Camerales vid. Gilm. tom. 4. p. 1. vot. 17. & vot. 40. & tom. 1. p. 1. tit. 6. vot. 3. *ex quibus satis apparet, quanti res ista laboris sit. Relatio etiam pro Assessoratu Thomæ Merckelbachij, quam paulò antè allegavimus, in puncto gravaminum (in hoc enim submissum erat) versatur. Quod argumento est, quæstionem illam aliquid difficultatis habere. Solent enim Candidatis Assessoratus acta, quæ difficiles quæstiones habent, ad specimen relationis edendum assignari. Si igitur primum integra referenda causa est, quòd de gravaminum admissione deliberetur; si deinde, ubi vel omnia, vel aliqua admissa fuerunt, iterum integra causa referenda est, quò sententia definitiva feratur; quantum molestiæ Iudicio creatur?*

Cœpit igitur in Camerâ Imperiali deliberari, annon de gravaminum admissione, compendiosiori quâdam ratione, quàm operosâ illâ totius causæ cognitione, judicari possit. Iam tum in dubiis Cameralibus anno superioris sæculi LXXXV. propositio eâ de re mentio facta fuerat: censuerantque Assessores Cameræ, negotium dandum esse appellato, ut gravamina appellantis accuratè examinaret, & si meram repetitionem priorum continere, vel aliàs irrelevantia deprehenderet, non per generalia contradicendo submitteret; sed speciatim singula impugnaret, eorumque ineptitudinem ostenderet. Sic enim, quoniam verisimile erat, appellatum omni studio, gravamina vitij arguere conaturum, spes erat, Iudicem magnâ molestiâ levatum iri, longèque faciliùs, num gravamina admittenda sint, judicaturum. Obstabat tamen, quod Advocatis appellatorum hæc opera difficilis fore videretur; imprimis verè, quòd haud magna ijs fides hâc in re haberi, ideoque Iudici haud multum inde subsidij sperari posset. Quapropter à Visitatoribus Cameræ tum temporis consilium istud approbatum non est.

Quoniam tamen omninò aliquid remedij afferendum videbatur, deinceps consultari cœpit, annon subsidium, quod appellato hâc in re sperari non posset, rectius ab appellante peteretur: si videlicet ipsi injungeretur, ut juxta libellum gravaminum peculiari quodam scripto exprimeret, in quibus punctis se gravatum putaret; quod novi deducturus; quomodo illud probaturus esset. Dicebant enim hujus consilij Autores, Iudicem, examinato hoc scripto, statim videre posse, an ejusmodi proponerentur gravamina, quæ admittenda essent, necne: vel si maximè adhuc ampliorem cognitionem ad res desideraret; habere tamen eum certè aliquid, quò animum dirigere posset. E contrario alij dicebant hoc consilium non plus utilitatis afferre, quàm prius illud, quod appellatum respexerat: nam nec appellanti tutò eâ in re credi posse: & multùm abesse, ut exinde statim de gravaminum admissione judicari possit: præterea contra receptum hactenus morem hîc novi aliquid introducere, cum maximis difficultatibus conjunctum fore. nec facilè ab Advocatis observatum iri. Ita in utramque partem hæc disputantur apud Gilmannum tom. II. part. II. sub finem, in dubiis Cameralibus num LXIII. Quò tamen rei, quæ diutiùs remedio carere non poterat, aliqua saltem ratione succurreretur, prior

senten-

sententia prævaluit: iuxtaque eam in Camerâ Imperiali Decretum factum anno MDXCIII. die XIII. Decemb. his verbis: Bey den *gravaminibus appellationu* sol jederzeit in Schrifften eigentlich vermeldet werden / womit und in welchen Puncten der *Appellant* sich beschwert befinde / auch sonderlich und in *specie*, was er ferner / als zuvor geschehen / und welcher gestalt von newen zu beweisen begehre / sonsten die *gravamina* nicht zugelassen. *Formula talis scripti extat apud Schwanemannum* proces. Cam. lib. 2. cap. 12. tit. specificatio & deductio gravaminum. *Relatum deinceps hoc est inter dubia illa, quæ Imperatori & Ordinibus Imperij anno MDXCIV. in Comitijs Ratisbonensibus à Camerâ Imperiali oblata sunt* vid. R. A. zu Regenspurg An. 1594. §. Was und so viel aber; *quo vel Decretum illud Cameræ Lege Imperij confirmaretur: vel melius aliquod consilium inveniretur. Subiungemus ipsa verba dubiorum Cameralium, quæ Germanicè extant apud Gilmannum tom. I. part. III. quoniam, quæ hactenus diximus, uberius explicant, & profectò ostendunt, quàm perplexa, quàmque difficilis quæstio sit de gravaminum admissione, quam beneficium l. per hanc. C. de temp. appell. nobis peperit. Resolutio igitur dubij XCVII. sic habet:* In den *gravaminibus appellationum* fält offtermals grosser Zweiffel und obscuritet für / daß man sich nicht wol resolviren möge / ob dieselbe ferner zu beweisen zuzulassen oder nicht. Dann gemeinlich darin generaliter hinsdurchgangen / und fast allein prior libellus de verbo ad verbum repetirt wird / damit also die Iudices mit überflußiger besichtigung der acten contra Ordinationem p.3.tit.32.§.in fin. beschwert: wie es dann auch nicht citra controversiam, ob plane priores articuli ohn allen Unterscheid / wann dieselbe nur allein relevantes, zuzulassen seyn zu beweisen / sonderlich allermassen auf Weg und weise / wie zu anfang / fortè etiam per eosdem testes. Derowegen ob wol etliche erachtet / daß solches schwerlich ins Werck zu richten / und dem stylo nicht fast gemäß / auch zuvor Anno LXXXV. in dubiis movirt, aber doch Visitatorum approbatione unterlassen / zu dem der Richter auf solche deduction der Advocaten sich nicht zu verlassen / und in Besichtigung der acten und Handelungen / so dießfals hinc inde fürkommen / mehr bemühet und beschweret werden möchte: So ist doch per maiora beschlossen / daß hinfüro die Appellanten jederzeit bey und neben ihren gravaminibus in specie vermelden sollen / alles das jenig / was sie neues fürzubringen / auch welcher gestalt / und auf was wege sie solches in secundâ instantiâ ferner zubeweisen gedencken / und dann auch worin / und warumb sie per Iudices priores beschwert zu seyn vermeinen / und also in solchem allem nicht also in incerto vagiren / wie dann solches auch aus ebenmäßiger Ursachen in der Ordnung p. 1. tit. 41. §. 2. von den armen Partheyen ausdrücklich statuirt. Dieweil es aber allein penes judicem stehet / so ist auf solche special deduction gravaminum nicht weitleufftiger special gegenhandelung ex parte appellati vonnöhten. Dann die gravamina und acta ohn das auf diese weise gnugsam declarirt werden / und der Iudex viel leichter als sonst daraus zu schliessen haben würde / ob und was er ad probandum zulassen solt / oder nicht / de quo unico in puncto gravaminum agitur. Was aber zuvor Anno LXXXV. proponirt, das hat den Appellanten belangt / das derselb die gravamina in specie hätt impugniren sollen / welches ihm nicht wol müglich. *Extat autem scriptum aliquod Germanicum apud Rosenorbium* in observ. pract. circa finem, *quo consulta illa Cameræ sub examen revocantur. Imprimis verò Autor caput hoc, quod modò recitavimus, & Decretum, quod in eam sententiam factum fuerat, acerrimè impugnat. Dubio igitur isto ad Deputatos Imperii Anno MDXCV. Spiræ relato, diversæ dictæ fuerunt sententiæ, quæ etiam extant apud Rosenorbium loco antè notato. Senatus quidem Electorum utique censuit, l. per hanc. C. de temp. appell. Decreto Cameræ nimis coarctatam esse: designationem tamen illam specialem gravaminum, novorum deducendorum, & modorum probandi ita tolerari posse, ut tamen appellantibus integrum sit, si quid novi in ipso processu fortè adhuc repererint, hoc quoque afferre vel novo etiam probandi genere, si occurrat, uti. Senatus verò Principum Decretum Cameræ planè abrogandum censuit, cui assensi sunt Commissarij Cæsarei. Quâ de causa in conventu Deputationis Spirensis Anno MDC.* §. Es sind in den gravaminibus *antiquato Decreto Cameræ, res pristinæ consuetudini restituta est: idque in comitiis Ratisbonensibus Anno MDCLIV.* §. Wir ebenmässig *demo confirmatum est.*

Attamen cùm Camera Imperialis quotidie experiretur graves illas molestias, quas appellantes futilibus suis gravaminibus creant, iterum de remedio cogitavit: & Decretum commune fecit anno MDCLV. die XXX. Octob. quod Decreto An. MDXCIII. XIII. Decemb. non multùm absimile est. Ita enim habet: Dann sollen zum siebenden die Advocaten und Procuratores, die in mehr berührtem Jüngstern Reichs Abschied specificirte drey Puncten / nemblichen: worinnen der Appellant sich beschwert befindet: 2. Was er besser zu beweisen: Und 3. Von neuen einzubringen gedencke / in gravaminibus, oder libellis allzeit bey straff nach ermäßigung in margine beysetzen. *Hîc notâ in margine adjectâ indicare jubentur eadem ferè capita, quæ Decretum commune An. MDXCIII. peculiari scripto designare iubebat. Ratio autem utriusque Decreti una eademque est. Eò enim utrumque tendit, ut Iudex tantò faciliùs iudicare possit, an gravamina sint, necne.*

Quanquam autem utilitas huius instituti contemnenda non sit: timendum tamen etiam est, ne eveniret id, quod illi, qui olim Decreto An. MDXCIII. contradixerant, veriti fuerant; ne videlicet appellantes, eorumvè advocati designatione novorum deducendorum & meliùs probandorum ita fungantur, ut Iudex haud multùm fiero eis hâc in re possit. Promiscuè enim, & absque iudicio notas istas, novum deducendum, meliùs probandum, *adducunt, ut aliquid saltem scripsisse videantur. Quoniam enim temerè non deducta deducunt, non probata probant, etsi revera nihil novi, quod ad causam pertineat, afferant; mirum non est, eos etiam notas illas temerè & absque iudicio addere. Facilè etiam intelligunt, istam notarum adiectionem magis*

odium, quàm favorem appellantium respicere. Propterea enim nota illa adiicienda sunt, quò Iudex tantò promptiùs videat, an gravamina relevantia sint, nec ne. Sed appellantibus è re suâ non videtur esse, Iudicem hâc de re statim statuere. Ipsorum potiùs interest, Iudicem in dubio hærere. In dubio enim gravamina admittere cogitur. Ipsi autem sperant, se ea, quæ nunc afferunt, in progressu ita explanaturos, ut longè plus ponderis consequantur. Sperant etiam, in ipso progressu causæ se adhuc novi aliquid reperturos. Ita igitur affectu difficile utique erit, omnia accuratè distinctèque in libello gravaminum designare, & quasi digito monstrare, quâ iure gravati, quid novi deducturi, quid denuo probaturi sint. Timebunt enim, ne istâ ratione nimis propere via nova deducendi sibi præcludatur. Hinc venit difficultas illa, quæ, ut suprà indicavimus, hodie in libellis gravaminum rectè concipiendis esse censetur. Accedit, quòd Advocati, qui extra locum Iudicij Cameralis hinc inde in Imperio degunt, Styli Cameralis ignari, sæpè Procuratoribus Cameræ libellos gravaminum in margine signandos transmittant. Illi verò status causæ ignari quid adscribant? Quare fortassis nec hâc ratione satis remedij adhuc allatum est.

Apparet autem (propterea enim hæc recensuimus) quàm diu, quàm varie, quàm infelici cum successu remedia adversus temeritatem appellantium, quæ sub prætextu nova deducendi Iudicem & adversarium adeò indignè fatigant, quæsita sint. Aut igitur permittendum est appellantibus, nova impertinentia deducere & probare, actave prima repetere: aut nonnisi maximâ cum difficultate hoc caveri potest. Imò omni etiam diligentiâ adhibitâ, adhuc tamen appellantes sæpe fallunt Iudicem, qui in dubio gravamina admittere coactus fuit. Iactant enim se novas habere probationes: eventus autem deinde eas inanes esse ostendit. Hactenus igitur ostensum est, appellantes, aut nova deducere, quæ in prima instantia, ubi ea deducere debuerant, neglecta sint; aut verò in instantia appellationis nihil, nisi futilia & inepta, afferre; & sic alterutram instantiam perperam tractari.

Quintum, & plura alia incommoda, quæ ex prioribus sequuntur.

Ex his autem tantis incommodis plura alia sequi necesse est, quæ tamen infrà clariùs apparebunt; ubi explicabimus, quemadmodum novi illi processus, quos appellantes instituunt, Cameram Imperialem obruant. In cumulo enim illo causarum, qui premit Cameram Imperialem, nova illa appellationum deductiones vel præcipuum locum obtinent. Huic igitur præcipuè Iudicio, in quo tanta appellationum multitudo est, nova illa deductiones graves sunt. In inferioribus Iudicijs fortè incommoda ista non æquè sentiuntur. Ostendemus etiam infrà, quanto hoc imperij Ordinibus præjudicio sit, quòd in summis Imperij Iudicijs nova deducere liceat eorum subditis, qui ad illa provocant.

Hoc quoque negari non poterit, novas illas appellationum disceptationes præcipuam esse causam immortalitatis litium. In Iudicijs enim appellationum lites maximam moram patiuntur. Si autem novus processus non institueretur, sed ex prioribus actis saltem de appellatione judicaretur, Iudicium appellationis tantas difficultates non haberet; consequenter nec tamdiu differretur. Sed hæc & id genus alia ex sequentibus clariora erunt. Nunc quoniam tot tantaque mala & incommoda, quæ beneficium nova deducendi peperit, recensita sunt; consequens est, ut remedia quæramus.

CAPVT IV.

An beneficium nova deducendi abrogari possit? deliberatio instituitur, probabilibus primùm argumentis quibusdam utramque partem propositis.

INitium autem faciemus à consilio quodam, quod litigatoribus dat Gailius, quomodo à beneficio nova deducendi sibi cavere possint. Quoniam enim ex Ciceronis lib. 1. de Orat. *sententia ICti officium est, ut & ad respondendum, & ad agendum, & ad cavendum peritus sit: & verò ijs, qui causam habent in Iudicio, eamque justa sententia quàm citissimè terminari cupiunt, nullum gravius obstaculum, quàm ab appellationibus, earumque novis deductionibus imminet: utique ICti est, huic periculo in tempore occurrere, & ab eo, quoad eius fieri potest, cavere. Consilium igitur, quod hîc suppetit, referemus verbis* Gaily 1. obs. 128. n. 4. *Postquam enim exposuerat, quam calumniosè plerique processu appellationis abutantur:* Quapropter, *addit*, pro litigatoribus iustam causam foventibus notabilis cautela est, ut coram Iudice primæ instantiæ causam accuratè instruant, plenèque jura sua deducant: quo facto si alteruter litigantium à sententiâ latâ appellet, & postea in gravaminibus (quæ sunt immediata causa appellationis) coram Iudice appellationis omnia priora, puta jam anteà allegata in primâ instantiâ, repetat, & articulatim deducat: operæ pretium est, ut appellatus statim post factam litis contestationem, nullâ datâ responsione, super non admissione gravaminum appellationis, eò quòd nihil novi contineant, per generalia concludat, referendo se ad acta, quæ inter easdem partes notorium inducunt. Nam tunc Iudex, causâ cognitâ, talia gravamina, neque ad respondendum, neque ad probandum admittere, sed causam ex officio pro conclusâ acceptare, & definitivè pronunciare debet, quod juris est. *Hactenus Gailius. Respicere quidem consilium hoc imprimis appellatum videtur: at longè tamen faciliùs est appellanti eo uti. Itaque Gailius propterea appellato illud accommodare voluit, quoniam ex ipsius parte res plus difficultatis habere videbatur. Aliàs dubium non est, quin, sive tibi appellandum sit, sive adversarius tuus appellet, semper longè utilissimum sit, plenè causam in primo Iudicio instruxisse; quò, si ipse appellare cogaris, statim in primo termino concludere, & loco gravaminum acta prioris instantia cognitioni Iudicis superioris submittere possis. Est quidem hoc privatum tantum consilium; nihil tamen magis optandum esset, quàm ut ab omnibus omnino litigatoribus impetrari posset, ut eo uterentur. Quâ autem aliâ ratione impetrari posset, quàm si lege publica Imperij constitueretur? Si enim litigatoribus bonam causam habentibus utile est (ut certè est, teste Gailio) utique iustum est, & proinde Lege constitui debebat. Ex ratione verò*

contra-

contrariorum sequitur, quod huic contrarium est, beneficium scilicet nova deducendi, litigatoribus bonam causam habentibus, & rerum suarum satagentibus, adversum & maximè noxium, adeoque iniustum esse, & Legi vetare debere.

Sanè eò penè tendere videtur Constitutio Comitiorum *Ratisbon. An. MDCLIV. Dat enim & ipsis litigatoribus hoc consilium, ut à beneficio nova deducendi in appellationibus sibi caveant. Verba ita habent:* Es sollen und mögen auch die Partheyen vor dem *Iudice à quo* ihre streitige Sachen dergestalt *insinuiren* und außführen lassen / damit/ wann dieselbige vermittelst der *appellation* an unser und des heiligen Reichs Cammergericht gelangen / sie alsdann die vorigen *instanz acta* zu abkürtzung des *process, loco gravaminum* und der Hauptsachlichen Handlung *utrinque* wiederholen/ und darauff alsbald in der Hauptsach *submittiren* können. *Non tamen ausa est* Constitutio *litigatores planè necessitate adstringere. Itaque verbis usa est subdubiis. Alterum enim* (sollen) *necessitatem imponere videtur: alterum autem* (mögen) *aliquid arbitrio litigatorum relinquit. Quaero igitur, an hoc consilium sit, an praeceptum?* Consilium *tantùm, inquis. At Legis non est, consilium dare: sed quae consulta putat, imperare debet. An ergò dicimus, verba illa praeceptum continere? Sed quid est, quod cogat litigatores, ut ei obtemperent? Si igitur in arbitrio adhuc litigatorum est, num ei parere velint, an non, praeceptum dici non potest. Novis autem deductionibus in* Iudicio *appellationis adhuc permissis, planè in arbitrium litigatorum collatum est, num id, sive praeceptum, sive consilium, sequi velint, an non. Vim igitur nullam habet, nisi spes nova deducendi adimatur. Tum enim necessitas litigatores in primâ instantiâ vigilare coget.*

Hic verò quasi nova quadam lux exoriri, & immensae cuiusdam utilitatis spes sese ostendere videtur. Si enim hoc obtineri potest, ut litigatores omnia causae argumenta in primâ instantiâ afferant, in Iudicio *verò appellationis statim ad acta priora concludant; pro tot ambagibus tanto compendio invento, quid vel optari magis posset? Nam tum* Iudex *statim acta primae instantiae examinare poterit, atque ex iis de iustitiâ prioris* Iudicis *cognoscet. Brevior certè appellationum processus dari non potest. Cessabunt etiam omnia ista mala atque incommoda, quae, ut praecedenti capite exposuimus, ex beneficio nova deducendi orta sunt. Quod verò praecipuum est, quanto onere levabitur Camera* Imperialis?

Sed fortassis tantam spem properanter nimis concepimus? Nam viam nova deducendi in Iudicio *appellationis praecludere, & tantum* Iuris *beneficium appellantibus adimere, consilium est, quod fortassis nemo facile probaverit. Omne enim* Iure *beneficium hoc appellantibus datum & confirmatum est,* Iure *videlicet Civili Romano* l. per hanc. C. de temp. appell. l. Eos 6. §. 1. l. ampliorem. 39. C. de appell. l. 2. C. sent. resc. non poss. l. ita demum 13. C. de procur. *Canonico,* c. fraternitatis. 17. de test. c. cum. Iohannes. 10. de fid. instrum. *Ordinatione Camerali* p. 3. t. 33. §. im fall aber, *fori consuetudine universali, & ubique gentium receptâ. Quin etiam* Constitutio *Comitiorum Ratisbon. An. MDCLIV. etiamsi omni studio appellantes coërcere annixa sit, hoc tamen iis beneficium reliquit, atque adeò expressè confirmavit* §. Wir ebenmässig. ICti *beneficium hoc magni aestimant, & favore dignum censent* Gylm. symphor. p. 3. vot. 16. n. 1. *Ex omnibus illis, qui de emendatione processus scripserunt, nemo istius beneficij abolitionem suadere ausus est. Durū enim, uti videtur, futurum esset. Nam saepè accidit, ut aliquid, quod magni momenti erat, omittatur, atque ob id causa in primâ instantiâ deperdita, in appellationis* Iudicio, *non deducta deducendo, non probata probando, reparetur. Si igitur hoc beneficio destituerentur litigatores, multae iustae causae perderentur. Hoc verò iniquum foret. Quare si nihil aliud inveniri potest, dicendum videtur, nec tam asperum, tamque longè ab hominum opinione, & fori consuetudine remotum remedium proponi debere.*

Caeterùm haec tanti tamen non sunt, ut nos terrere debeant, quò minùs in rei veritatem penitus inquiramus. Certè enim hîc aliquid latere videtur, tanquam anguis in herbâ. Quoniam enim novae appellationum disceptationes tot tantaque mala invexerunt; haud levis suspicio est, mala ista ex malo orta esse principio. Quaerendum igitur est, quaenam adeò urgens necessitas sit, quae faciat, quò minùs beneficio nova deducendi cum tantis incommodis coniuncto carere queamus. Ferè enim difficultates, quae obstare primo intuitu videntur, si paulò attentiùs, superari poterunt. Si hoc adeò aequum est, perditâ causâ, omissam allegationem ex integro audiri: an propterea beneficium nova deducendi omnibus omnino appellantibus dare necesse erat? Quare penitus considerandum est, an vera sit aequitas, quae hîc praetenditur, ne fortè imaginariâ eius specie decipiamur. Considerandum, *quid, quantumque reverâ hîc aequitas postulet, atque hoc litigatoribus concedendum; superfluum excludendum. Quaerendum etiam est, annon aliâ ratione aequitati consuli possit, quàm per largum illud beneficium nova deducendi in appellationis* Iudicio. *Hoc si inveniri potest, autoritas Legum non multum negotij faciet. Saepè enim post longum intervallum experientia docet, in eo, quod Legibus constitutum est, aliquid incommodi esse. Quare tum corrigi solent. Accidit interdum etiam, ut occasio quaepiam & ratio temporis moveat Legislatorem, ut constituat aliquid, quod deinceps mutatis temporibus utile ampliùs non est. Quid, si non hoc in beneficio nova deducendi ostendi posset? Quare status illius temporis, quo beneficium nova deducendi vel primùm introductum est, vel eas, quas hodie habet, vires consecutum est considerandus est. Apparebit sanè ab eo nostri temporis rationem planè diversam esse: & proinde quod tunc pro istius temporis statu & conditione constitutum est, nobis nunc aliter constituendum esse.*

Quod denique ICtos *attinet, qui beneficium* l. per hanc. C. de temp. appell. *interpretatione adjuvant, & favore dignum censent; hoc iis vitio verti non debet. Sequuntur enim autoritatem Legum. Ipsi tamen, utut faveant beneficio isti, animadverterunt incommoda, quibus id coniunctum est. Sensit hîc spinas Cynus, & post eum alij; ut suprà retulimus. Quemadmodum etiam Gailius moneat litigatores, ut omni studio caveant, ne in periculosos istius beneficij scopulos incidant, modò audivimus. Quare apparet, nos rationes habere satis graves, quae movere nos debeant, ut inquiramus, annon forum à calamitate ista, quam beneficium nova deducendi attulit, liberari*

perimi possit. Suspensâ igitur paulisper opinione illâ, quam hodierna fori consuetudo animo nostro offundit; sopitâ etiam tantisper autoritate Legum, incipiamus quærere, quid de beneficio nova deducendi, si nullas de eo Leges haberemus, secundum rectam rationem statuendum esset. Cùm hoc explicaverimus, & autoritati Legum, & æquitati isti, quâ beneficium nova deducendi niti creditur, abunde satisfiet.

CAPUT V.

Beneficium nova deducendi fini & instituto appellationis planè adversari.

QUò autem ex firmis principiis progrediamur, ante omnia, quid appellatio sit, quo fine, quaquè ex causâ introducta sit, inquirendum est. Instituto enim, &, si ita loqui licet, naturâ appellationis planè intellectâ, quid ei conveniat, & contrà quid ab eâ alienum sit, facile liquebit. Quâ igitur ex causâ appellationes institutæ sint, nemo fortassis rectius, quam Ulpianus, nos docuerit. Quanquam enim contra constitutionem Iuris Romani, quâ beneficium nova deducendi stabilitum, est, disputare nobis propositum sit: principia tamen ex ipso Iure Romano petemus. Ulpianus igitur titulum de appellationibus his verbis orditur l. 1. pr. ff. de appell. Appellandi usus quàm sit frequens, quamque necessarius, nemo est, qui nesciat; quippe cùm iniquitatem vel imperitiam corrigat. Eodem spectant verba Imperatorum l. 29. C. de appell. Si tempora suffragantur, interponendæ provocationis copiam non negamus, ut ibi diligentiùs examinentur, ubi contra hominis salutem per errorem vel gratiam Cognitoris oppressa putatur Iustitia. Hinc laudatur dictum Baldi in l. un. C. si de mom. poss. quod appellatio sit theriaca contra venenum Iudicis. ICtus l. 17. ff. de minor. etiam rectè dicit appellationem esse nihil aliud, quàm iniquitatis sententiæ querelam. Plenius vero definiri potest, quod sit querela litigatoris, qui se à Iudice gravatum putat, proposita Iudici superiori, ut is sententiam, vi & autoritate illius tantisper suspensa, examinet, & cum iniustam deprehenderit, corrigat. Utque tale quid appellatio est.

An hoc Iuris Naturalis, an Iuris Civilis institutum sit, quæstio est inter ICtos Kletzel. de appell. cap. 1. n. 16. quam tamen nos non attingemus. Manifestum satis est, quòd hoc institutum longè utilissimum sit, & pro ratione Reip. etiam necessarium. Nihil enim magis interest Reip. quàm Iudicia rectè administrari Arist. lib. 4. Polit. c. ult. & lib. 6. Polit. c. ult. Nulla tamen publica functio in peccata & errores proclivior est, quàm officium Iudicum. Nam ex doctrina Aristotelis lib. 5. Nicom. cap. 7. Ius nihil aliud est, quàm medium quoddam inter plus & minus, lucrum videlicet & damnum: quod medium Iudex dignoscere, & litigatoribus de inæqualitate bonorum externorum conquerentibus attribuere tenetur. Iam verò, ut idem alibi tradit lib. 2. Nicom. c. ult. magni negotii est, in unaquaque re medium consequi. Nisi igitur Iudex vir admodum prudens sit, nisi etiam magnam diligentiam adhibeat, facillime errabit. Accedit, quod Iudicem affectibus carere; &, ut pictoribus placet, cæcum esse oporteat. Homines verò, qui magis affectibus, quàm ratione duci solent, affectus omnes exuere, neutiquam facile. Quamprimum verò Iudex affectui aliquid dat, statim pravè judicat. Quod si illi, qui τὸ κῦρος habent, ipsi judicent, etiam si aliquâ in re peccent, nullum tamen adversus eos remedium suppetit, nisi fortè ab ipsis impetres, ut errorem agnoscant. Sed inferiorum Iudicum & Magistratuum functiones Superioris censuræ & correctioni subjectæ sunt. Et in reliquis quidem functionibus, quæ res toti Civitati communes curæ habent, Superior ultrò rationes gesti officii exigit. Sed in causis privatorum Iudex non impertitur officium, nisi imploratus l. 4. §. 8. ff. de damn. inf. Si igitur litigatorum alteruter de Iudice querelam instituat, tum demum Superior examen prioris Iudicii instituit: & peccata erroresque prioris Iudicis, si quos deprehenderit, nova sententiæ pronunciatione corrigit; sin minùs, priorem sententiam confirmat. Utile etiam est hoc institutum ad Iudices in officio continendos. Magistratus enim aliàs nimiùm facile potestate abutuntur. Sed qui Superioris censuræ & animadversioni se obnoxios sciunt, cavent, ne reprehensionem incurrant. Iniquitas igitur Iudicum, in quam adeò propensi sunt, causa est appellationum introductarum. Aliàs enim primum judicium sufficeret, nec Superior cum tantâ molestiâ interpellandus esset. Quare Iudicium appellationis nihil est, quàm censura atque examen quoddam prioris Iudicii, quod Superior instituit, querelâ sibi de iniquitate inferioris Iudicis motâ.

Iam igitur manifestum est, quàm longè ab instituto suo recesserint appellationes nostræ, beneficio nova deducendi appellantibus concesso. Si enim Iudicium appellationis censura & examen est prioris Iudicii; Iudex appellationis nihil aliud quærere debet, quam hoc, an inferior Iudex benè, vel malè, officio suo functus sit; ut, siquidem rectè se gesserit, confirmet; sin secus, corrigat ejus sententiam. Hoc verò aliunde, quàm ex prioribus actis, ex quibus inferior Iudex judicavit, cognosci non potest. Si verò ex novis causis judicatur, non prioris Iudicii examen, sed planè novum Iudicium instituitur. Si quis v. gr. qui rei vindicatione generaliter instituta, prosecutus fuerat titulum emptionis, deinde in judicio appellationis alleget titulum legati; longè alia in Iudicio appellationis quæstiones erunt, quàm in prima instantia fuerunt. In prima instantia fortè quærebatur, an consensus de merce & pretio intercessisset, an pretium solutum; vel fides de eo habita; an vacua possessio tradita fuisset. In Iudicio verò appellationis fortè quæstio erit de interpretatione legati; an testamentum ritè factum sit; an testator testamenti factionem habuerit. Apparet, antea de alio, nunc de cœpisse quæstionem esse. Planè igitur Iudex appellationis à scopo, qui ipsi propositus esse debebat, digreditur, & extra metas officii vagatur, dum de novâ quæstione, i. e. de novo statu causæ ex novis etiam probationibus judicat, non inquirens id, quod debebat, an Iudex prior rectè, vel secus, officium fecerit. Hic verò merus est appellationis abusus. Usus enim appellationis est, Iudicis peccata corrigere. Quod igitur litigantibus eâdem viâ sua quoque peccata, non deducta deducendo, non probata probando, emendare conceditur, abusus est.

Primo intuitu fortasse non magni momenti videtur. Hoc tamen ipsum est, quod peperit nobis inexplicabiles illos appellationum labyrinthos, quos cap. tertio repræsen-

repræsentavimus. Revera enim beneficium nova deducendi appellantibus concessum nihil aliud est, quam fomentum quoddam temeritatis litigantium, id quod ex sequentibus manifestum fiet.

CAPUT VI.

Beneficium nova deducendi esse corruptelam Iudiciorum, ac fomentum temeritatis litigantium.

De processus nostri diuturnitate & multiplici varietate queruntur omnes qui in hunc sermonem incidunt. Quæ verò causa est, quòd litigantes tamdiu litigare gaudeant? Cur non ipsi se citius expediunt, quo molestijs litis liberentur? Sed hæc quæstio non indiget longâ inquisitione, siquidem jam suprà exposuimus, quanta temeritati subiectus sit processus judiciarius, si arbitrio litigantium relinquatur. Singuli enim, quod sibi commodum est, spectant. Sed reis, quippe qui in possessione sunt rei controversæ, commodum esset, planè non institui Iudicium. Aversantur igitur, & fugiunt judicium, si possunt, vel saltem quantum possunt, i. e. moras nectunt, dilationes quærunt, & si licet, etiam negligunt tempora judiciarijs actibus præstituta. Qua de causâ apud Græcos infame illud nomen meruerunt, ut φεύγοντες, fugientes, appellentur. Quanquam verè hoc vitium reis præcipuè familiare sit: haud rarò tamen actoribus etiam accidit. Ita enim homines affecti ferè animo sunt, ut finem quidem, quem sibi proponunt, avidè cupiant: ubi verè operam adhibere debent, quò finem consequantur, ibi mirùs calent. Itaque actores magno quidem fervore judicium incipiunt: sed in processu sæpe satis lentè festinant. Inter alios egregiè hoc annotavit Antonius Faber in Consultatione illâ de emendando processu, quam Codici suo inseruit lib. 9. t. ut intra cert. temp. crim. quæst. term. *Inter causas etiam diuturnitatis litium hanc dicit vel præcipuam esse*: quòd, qui litigant, sive agant, sive conveniantur, sic litem tractare soleant, ut, quasi ad eos nihil pertineat, nihilo magis à cæteris suis rebus abstrahi se patiantur; sat eò se liti affuturos arbitrati, si ad alia interim divertentes negotia tandem post trimestre id faciant, quod primo ipso die, si vellent, præstare, & possent, & deberent: cum tamen sicut publicis olim apud Romanos supplicationibus in foro tractandis præco aliquis semper & ubique præesse meo quidem judicio deberet, qui assiduè clamaret: Hoc age. Quid enim stultius, quàm eum, qui sic vivit, ut non aliam vivendi causam habere velle videatur, nisi ut litiget, sic tamen litigare, quasi nullam nisi posthumam spectare sententiam, & breviorem vitam suam, quàm litem esse velit. *Paulò post addit.* Dilationibus, quas tam multas, tamque supervacuas litigatoribus passim dari moris est, acceptum hoc ferri totum debet; quarum spatia & intervalla, quò longiora sunt, eò magis negliguntur, nec priùs curantur, quàm temporis angustiæ premere incipiant, quæ proinde si premerent actiùs, diligentiam quoque litigatorum citiùs excitarent. *Quomodo autem huic litigatorum vitio occurrendum sit, etiam discamus ex Fabro.* Hoc enim, *inquit*, constituendum esset, ut quisquis litigandi votum gerere mallet, injunctam sibi videret necessitatem de lite, statim atque mota esset, nonnisi tanquam de re omnium maximè seria & importunâ cogitandi. Sic enim alterutrum evenire necesse esset, ut vel tardiùs rariùsque litigandi consilium hoc metu susciperetur, vel suscepti jam mali, sed tamen aliquando necessarij, consilij executio citiùs expediretur.

Quantum autem absumus ab hâc doctrinâ, beneficio nova deducendi appellantibus concesso? Si enim litigatores adeò proclives sunt ad differendam & negligenter tractandam litem, ut non priùs, quàm extrema eos cogat necessitas, agenda agant, non profectò sperandum est, statim atque lis mota est in primâ instantiâ, tanquam de re maximè seriâ & importunâ cogitaturos. Norunt enim, se habere beneficium nova deducendi in Iudicio appellationis. In primâ igitur instantiâ ingenio suo indulgebunt, & litem non priùs curæ habebunt, quàm eos necessitas coget, videlicet cùm in Iudicium appellationis ventum erit. Perit igitur omnis fructus diligentiæ, quam Leges, vel Iudices adhibent in processu primæ instantiæ maturè ad finem perducendo.

Etenim abbreviandi processus causâ in multorum Ordinum Imperij Iudicijs, exemplo Cameræ *Imperialis, statutum est, reum defensiones & exceptiones omnes simul sub unicum statim proponere debere* Ord. Cam. p. 3. t. 24. *probationibus, cæterisque actibus Iudicij certæ dilationes, ac termini statuti: ipsi termini plerique præjudiciales sunt, i. e. peremptorij* R. A. zu Regenspurg An. 1594. §. Wann dann jetzgedachte. D. A. zu Speyr An. 1600. §. Demnach auch. R. A. zu Regenspurg An. 1654. §. In dem auch fürs ander / *ita ut lapsu termini perimat actum, qui in eo geri debuisset. Attamen totum processum in Iudicio appellationis beneficio nova deducendi restaurare licet. Sic post terminum lapsum non ampliùs auditur, qui eum neglexit: post integram autem instantiam iterum auditur. Tradunt enim Interpretes Iuris (quanquam ex usu fori etiam satis notum sit) etiamsi quis in primâ instantiâ terminum peremptorium labi passus sit, adhuc in Iudicio appellationis beneficio nova deducendi proferre posse id, quod in termino istic primæ instantiæ proponi debuisset* Mascard. de prob. conclus. 118. n. 29. *Sunt quidem nonnulli, qui animadverterunt, quantum ex eâ re incommodi sequatur. Itaque hoc nonnihil moderari, & restringere conati sunt ad lapsum termini à Iudice præfixi: qui verò terminum Lege, vel statuto, præfixum labi passus sit, eum, dicunt, in Iudicio appellationis ampliùs non audiendum.* Hart. Pistor. quæst. Iur. lib. 4. qu. 23. n. 49. *Sed refragatur huic distinctioni fori consuetudo, quæ ad beneficium nova deducendi non minùs eos, qui terminum Iuris, quàm eos, qui terminum Iudicis labi passi sunt, admittit: id quod etiam ex hypothesi Legum nostrarum facilè defendi posset, si eam disputationem ingredi vellemus. Certum igitur est, appellatione interpositâ, lapsum termini in primâ instantiâ, ut loquuntur, purificari non ampliùs præjudicare. Nonne verò hoc est culices respuere, & camelos deglutire? Certè si singulos terminos præjudiciales esse necesse est, longè plus rationis haberet, ut tota instantia præjudicialis & peremptoria esset. Aut verè frustra termini primæ instantiæ præjudiciales sunt. Frustra etiam Iudex primæ instantiæ severus, vel potius diligens est in dilationibus contrahendis, si quod in primâ instantiâ neglectum, in secundâ adhuc reparare licet.*

Peccant autem litigatores adhuc aliâ ratione priori quadantenus contrariâ. Etsi enim negligentes sint: simul tamen pervicaces sunt, i. e. omnino vincere cupiunt. Nullum igitur nec finem nec modum litigandi norunt. Quippe quod dici solet, contraria, si colliduntur, pugnare eousque, donec alterum alterum vicerit, & ex subjecto expulerit, id litigatoribus quoque, qui opinionibus contrarij sunt, accidit. Pugnandum ac litigandum putant, donec alter cesserit. Nemo autem cedere vult. Nec rationem tantum, sed etiam affectus, iram & odium, in certamen afferunt. Isti verò affectus nesciunt modum. Quemadmodum igitur, qui in rixam inciderunt, sic etiam qui in Iudicio controversiam habent, ut tandem altercari desistant & Iudicis decisioni litem submittant, haud facilè adducuntur. Si verò ijs concedatur, in infinitum, vel eousque saltem, quoad ipsis permissum erit, litigabunt. Nec in aeternum litis tandem deficere putandum. Eadem enim sæpius ingeminabunt, vel aliena immiscebunt.

Quò igitur huic etiam malo remedium afferatur, non permittendum est litigatoribus litigare, quoad ipsi volent: sed tantum ijs ad disceptandum spatium concedendum est quantum sufficit ad causam instruendam. Si quid ijs amplius indulgeatur, statim eo abutentur. Quoniam enim cupiunt ultra modum litigare, si hoc ijs permittatur, facient. Videlicet quemadmodum justa alimenti copia nutrit corpus, superflua in perniciem convertitur: sic justa litis mensura causam instruit: vel quum materia temeritatis, ac pervicaciæ est. Excessus modicus parùm fortassis nocebit: sed si magnus sit, damna quoque magna dabit. In tantum igitur facultas respondendi, replicandi, probandi, & confutandi, litigatoribus concedenda est, quoad necesse est ad causam instruendam. Hæc justa est litis mensura. Tantam verò litis mensuram ipsa prima instantia continere debet. Finis enim eius litis dijudicatio est. Qua tum igitur disceptationis ad hunc finem necessarium est, tantum primæ instantiæ attribuendum est. Sequitur ergo, si post primam instantiam litigare adhuc concedatur, hoc justum modum excedere. Quod verò justum modum excedit, materia est abusuum. Quid igitur aliud concludere possumus, quàm beneficium nova deducendi, quod post primam instantiam lites restaurat, justum modum excedere, materiam esse abusuum?

Hîc igitur rationem videmus, quare appellantes, etiamsi revera nihil novi habeant, non tamen beneficio nova deducendi abstinere velint, sed, cùm alia deficiant, vel priora repetant, vel aliena & ad causam non pertinentia afferant; id quod inter incommoda, quæ cap. III. retulimus, quarto loco recensuimus. Quoniam enim adeò difficulter in primâ instantiâ impetratur à litigatoribus, ut tandem finem litigandi faciant, & Iudicis dijudicationi causam submittant: quàm avidè certamen in secundâ instantia restaurabunt, quòd in primâ adeò ægrè abruperunt. Verè enim hîc accommodare licet illud Aristotelicum lib. 1. Rhet. c. 12. n. 21. Sunt, ut in rebus bellicis, sic in his quidam eo ingenio, ut denuo pugnent. In alijs etiam negotijs hoc accidit, ut homines, cùm aliquid minus feliciter successit, cogitent, se hoc vel illud melius facere potuisse. Si igitur possunt, semper aliquid innovare volunt. Quare mirum non est, litigatores, qui causâ ceciderunt, nova afferre conari, etiamsi nihil novi habeant. Sperant enim, fortè ipsam litem, cùm iterum ad manus ventum fuerit, multa, quæ jam non appareant, aperturam. Hoc sanè non dissimulat Autor scripti istius Germanici apud Rosencorbium, qui, ut suprà retulimus, Decretum commune An. MDXCIII. XIII. Decembr. impugnat. Inter cæteras enim hanc quoque affert rationem: Zu dem beschicht vielmals/ daß pendente appellatione in Cameiâ die Stände und andere Partheyen allererst gründlichen Bericht/ & modos probandi, in ihren großwichtigen Sachen/ von ihren Advocaten und Procuratorn, und andern in erfahrung bringen. Scilicet enim in instantiâ appellatoriâ demum tempus est, statum causæ & probandi modos explorandi. Eòdem tamen respicere videtur formula jurisjurandi calumniæ de non frivolè appellando; quippe quæ non solùm de novis assertionibus, quæ jam tum in mentem venerunt, sed etiam quæ deinceps in processu occursura sperantur, so ihme (Appellanti) bereits bey Ablegung des Aydes vorkemmen/ oder in Vollführung der appellation vorkommen möchten/ cavetur. Quoniam igitur huic temerariæ spei locus relictus est, mirum videri non debet, quòd tam sæpè appellantes ea, & sese, & Iudicem, frustrentur, & magnoperè deducta deducendi, non probata probandi conatu, vel nisi acta priora repetant.

Multò verò minus ijs succensendum videtur, si irrelevantia & impertinentia deducant. Nam ipsi (ut apparet ex formula juramenti calumniæ de non frivolè appellando) jurant, se non putasse antea, his argumentis, quæ nunc afferent, opus esse. An verò præsumendum, eos nunc rectiùs, quàm antea, opinari? Quin verisimile potiùs est, in primâ instantia meliùs eos de aptitudine vel ineptitudine probationum judicasse, quàm nunc in Iudicio appellationis. Quando enim causa in Iudicium appellationis, summum præsertim, deducta est; tunc, ut proverbio dicitur, res ad triarios rediisse videtur. In magnis autem necessitatibus homines non respuunt dubiæ etiam spei auxilia. Quemadmodum igitur Imperatores, cæso exercitu, tumultuariè reparant copias, & vel cum imbelli multitudine iterum tentant fortunam: sic & appellantes, quia in priori instantia succubuerunt, omnia excogitant, undiquaque nova argumenta conquirunt, & nimio illo studio etiam aliena & inepta adhibent. Hi sunt fructus beneficij nova deducendi.

Multitudinem etiam appellantium haud parùm auget spes illa, quæ ex novis deductionibus se ostendit. Fiducia enim istius beneficij facit, ut litigatores primam instantiam temerè, negligenter, ac præcipitanter tractent. Cùm igitur aliquid neglectum est, ipsa necessitas eos cogit ad appellandum, quò non deducta deducant, non probata probent. Si hoc beneficium non haberent, in prima instantia vigilare cogerentur: & sic ex hac quidem causa nemo ad appellationem prosiliret. Quoniam igitur beneficium nova deducendi instituto appellationis planè repugnat, finemque ejus evertit: quoniam primam instantiam litigatorum negligentia, secundam pervicacia, universum processum temeritati exponit: dicendum videtur, tot tantorumque malorum principium abrogandum, & ex nostris Iudicijs removendum esse.

CAPUT

CAPUT VII.

Novam causæ disceptationem, peracto semel Iudicio, non promiscuè, sed aliquando saltem gravibus ex causis, nec per appellationem in Iudicio Superiori, sed per restitutionem in integrum in ipso priori Iudicio concedendam esse: atque sic fore, ut omnia incommoda capite III. enarrata evitentur.

QVoniam tamen Iudicia, æquè ac cætera humana negotia, varijs casibus subjecta sunt; ideoque accidere potest, ut quis errore, aliave gravi causâ impeditus, argumentū aliquod, quod magni momenti erat, omittat: quærendum, quodnam huic remedium dandum sit, si per appellationem ei non subveniatur. Non enim putandum, nos statuere, nullo unquam casu finito Iudicio ex integro audiendos esse litigatores. Sed quòd omnes promiscuè, modò dixerint, non deducta deducam, non probata probabo, audiantur, sive temeritate suâ in primâ instantiâ aliquid neglexerint; sive justâ causa impediti fuerint; quodque hi, appellatione interpositâ, vel casum, vel culpam suam Iudici imputent, quasi nullo remedio ijs subvenire possit, nisi falso hoc colore iniquitatis Iudicis quæsito; denique quod ex hac causâ, absque ullâ necessitate, cum maximis incommodis & molestijs, & lites ab inferioribus Iudicijs ad superiora abripiantur, atque ibi tum non deducta deducantur, non probata probentur; hæc sunt, quæ correctione indigent. Quomodo igitur ijs, qui justâ quâdam causâ excusantur, quò minùs in primo Iudicio causam plenè instruxerint, subveniendum sit, ita ut tamen illa incommoda & inconvenientia evitentur, nunc quærendum. Inveniemus autem hoc sine dubio, si cætera remedia in Iudicio læsis Iure prodita, eorumque differentias consideremus. Quoniam enim varijs ex causis læsio contingere potest; varia quoque remedia inventa sunt. Quod igitur cuique casus aptum est remedium, eo utendum.

Iure Civili Romano tria remedia adversus sententiam Iudicis litigatoribus data sunt, nullitatis querela, appellatio, restitutio in integrum. Sunt quidem præterea & supplicationes, & leuterationes: sed hæc remedia non in omnibus Iudicijs locum habent. Itaque infrà commodior de ijs dicendi occasio se offeret. Similiter nec actio Syndicatus ad hunc locum pertinet; quoniam id quod interest litigatoris damnum passi, aut pœnam Iudicis, potiùs quàm sententiæ correctionem respicit. Quare trium saltem remediorum istorum, querelæ nullitatis, appellationis, restitutionis in integrum, differentias consideremus, ita ut causas simul, quare tria illa remedia præcipuè adversus sententiam Iudicis comparata sint, explicemus. Planè enim hæc sententiam nostram confirmabunt.

In Iudicio duplex genus principalium personarum versatur, litigatores scilicet & Iudex. Præterea verò adhuc quasi Mens quædam in Iudicio versatur, quæ omnia imperio gubernat, & singulis officij rationem præscribit. Talis Mens, tantò efficacior, quantò minùs conspicua est. Lex censenda est. Passim enim ab Aristotele tanquam Mens quædam consideratur l. 10. Nicom. c. ult. l. 3. Polit. c. 16. Cumprimis verò egregiè hoc explicat Cicero in Oratione pro A. Cluentio: Vt corpora nostra, inquit, sine Mente, sic Civitas sine Lege suis partibus, ut nervis, ac sanguine, & membris, uti non potest. Postquam deinde omnes Iudicij partes enarrasset, quæsivissetque, quare ita, non aliter, se haberent: Opinor, subjicit, hæc omnia Lege fieri, totumque hoc Iudicium quasi Mente quâdam regi & administrari.

Vt igitur Iudicium omni ex parte rectè se habeat, finemque exoptatum consequatur; & Legis, tanquam summi Præsidis, præcepta exactè custodire; & deinde Iudicem suum officium dextrè facere: & denique Litigatores etiam, quorum præcipuè res agitur, suas sedulò partes obire oportet. Si quid horum neglectum sit, hoc certè alterutri litigatorum detrimento erit. Iam igitur quæritur, an peccata hæc circa Iudicia commissa aliquâ ratione reparari, & damna, quæ inde eventura sunt, caveri possint.

Primò si qua pars Iudicij secus, quàm Lege præscriptum, instituatur, Iudicium vitiosum est. Nec verò Lex Iudici solùm, sed etiam ipsis litigatoribus fines officij, rationem & ordinem agendi præscribit. Hinc olim actiones Legis actiones vocabantur l. 2. §. 6. ff. de orig. jur. Nec tantum ordinem processus, sed etiam ipsarum personarum conditionem & qualitatem determinat. Si igitur omnia secundum Legem fiant, Iudicium vi & autoritate Legis ratum est. Sin aliquâ parte præscriptum Legis deficiat, tunc Lex tali Iudicio vim non addit. Nam Lex autoritatem non accommodat ei, quod contra Leges factum l. 5. C. de leg. Hic igitur defectus Nullitas, ipsumque adeò Iudicium nullum dicitur: quasi revera non sit Iudicium, quod non est legitimum. Hinc apud Græcos eadem distinctio est inter sententiam [illegible] & ἄδικον, quæ apud nos inter sententiam nullam & injustam. Rectè igitur definit Vantius de nulli. ex sentent. tit. 1 in princ. Nullitatem, quòd sit vitium, seu defectus rei gestæ ob Legis transgressionem proveniens. Hoc igitur casu cōpetit querela nullitatis.

Iam de officio Iudicis perperam gesto videamus. Nam imperium Legis exercere se nequit, nisi ministerio hominum subnixum. Multa igitur Iudici incumbunt, quæ Lege non determinantur. Nam Lex quidem universaliter loquitur. Iudicium autem de rebus singularibus est. Itaque facti quæstionem, quæ in Iudicio versatur, decidere, & Ius ad factum rectè accommodare, hæ Iudicis partes sunt. Fieri igitur potest. ut licet Iudicium ex præscripto Legum factum sit, Iudex tamen ea, quæ ipsius potestati relicta sunt, minùs rectè administret. Tunc igitur sententia injusta est; licèt ipsâ Lege, quemadmodum priori casu, irrita non sit. Nam quæ Iudicis officio relinquuntur, Lege prævideri non possunt. Lex ergo in his, ad quæ ipsa pertingere non potest, subsequendo fidem Iudicis, ratam habet sententiam, etiam imperitè, vel negligenter dictam. Hinc Prætor ius reddere dicitur, etiā cùm iniquè decernit l. 11. ff. de Iust. & jur. Quoniam igitur hoc casu ipsa Lege tuti non sumus; auxilium hominis implorandum est. Facultas igitur datur Superiorem adeundi, & institutâ apud eum querelâ petendi, ut fide, industriâ, & prudentiâ suâ emendet, quæ prior Iudex vel fraude, vel negligentia, vel imperitiâ, perperam egit. In hunc finem appellatio instituta est.

Restat, ut quæramus, quid juris sit, si ipsi litigatores aliquid neglexerint; an tunc æquè illis subveniendum sit, ac si Iudex peccaverit. Hodie quidem, & Iudicis, & litigatorum, peccata æqualis ferè jure

censentur: & ad utraque emendanda appellatio inventa censetur. Quantum autem hic abusus & error sit, jam satis ostensum est. Inter Iudicis enim & litigatorum culpam magna differentia est. Nam litigatores suum negotium gerunt. Iudex autem in alterius negotio versatur. Iudex igitur si quid peccavit, hoc litigatoribus fraudi esse non debet. Non enim alteri per alterum iniqua conditio inferri debet l. 74. ff. d. R. I. *Meritò igitur eo casu appellatio conceditur. Sed si quid ipsi litigatores neglexerint, nihil justius est, quam ferre eos negligentiæ suæ pœnam. In omnibus enim contractibus, in omnibus negotiis humanis hoc jure utimur, ut sua cuique culpa noceat* l. 155. ff. ff. d. R. I. *& damnum, quod quis culpâ suâ patitur, jure pati censetur* l. 203. ff. d. R. I. *Aliàs enim negotia humana subsistere non possent. Siquando verò accidat, ut litigatoribus in Iudicio aliquid prætermittentibus nulla culpa imputari possit, eò quòd justâ quadam causâ excusentur; tum demum iis subveniendum est: ac tunc restitutio in integrum locum habet. Hoc enim remedio Prætor in pristinum statum reponit eos, qui in contractu, in Iudicio, aliove tali negotio nullâ culpâ suâ læsi sunt. Non igitur litigatores, qui in Iudicio errore, aliove casu, lapsi sunt, appellare, & obliquâ hâc suggillatione Iudicis beneficium non deducta deducendi, non probata probandi acquirere debent. Cur enim non potius dicant id, quod res est, se vel errore, vel alia gravi causa impeditos, damnum aliquod in Iudicio accepisse, & sic petant remedium, quod eo casu Iure proditum est?*

Nam differentia appellationis & restitutionis in integrum in hoc præcipuè consistit, quod appellatio adversus injustitiam Iudicum, restitutio in integrum adversus errores, impedimenta, aliosque casus, qui ipsis litigatoribus absque eorum culpa accidunt, comparata sit. Egregiè, licèt brevibus, hanc differentiam exponit ICtus l. 17. ff. de min. Appellatio quidem, *inquiens*, iniquitatis sententiæ querelam, in integrum verò restitutio erroris proprii veniæ petitionem, vel adversarii circumventionis allegationem continet. *Hanc differentiam Interpretes Iuris etiam communiter agnoscunt* Sfort. Odd de rest. in integr. p. 1. q. 1. art. 6. *Quoniam igitur defectus Iudicii, qui per appellationem reparandus est, non ex parte litigatorum, sed ex parte Iudicis existit; ad hunc defectum emendandum non litigatorum, sed Iudicis officium ex integro agendum est. Officium autem litigatorum in disputatione, officium Iudicis in dijudicatione consistit. Non igitur à litigatoribus nova disputatio, sed à Iudice superiori nova dijudicatio instituenda. Itaque quod hactenus creditum fuit, appellationem reducere statum causæ ad tempus litis contestatæ* vid. supr. in præf. *ita potiùs constituendum est, ut reducat causam in eum statum, quo fuit tempore factæ conclusionis. Nam lite contestata maximè viget officium litigantium: ubi quiescente Iudice litigatores rem inter se gerunt. Contrà causa conclusa maximè viget officium Iudicis: ubi quiescentibus litigatoribus Iudex de sententia deliberat. Quoniam igitur in instantia appellationis, non litigatorum, sed Iudicis partes redintegrandæ sunt; sequitur etiam, per eam non tempus litis contestatæ, sed potiùs causæ conclusæ reduci debere. E contrario si in litigatorum officio, quod in disputatione consistit, defectus aliquis sit, ad hunc restaurandum nova disputatio quoad ea, quæ ante omissa sunt, instituenda est. Atque hæc causa est, quòd restitutio in integrum non nisi ex novis causis conceditur* Ord. Cam. p. 3. t. 52. *Facultas igitur nova deducendi, non per appellationem, sed per restitutionem in integrum impetrari debet: paucis tamen specialibus casibus exceptis, quos infrà recensebimus.*

Apparet hæc ex appellationis & restitutionis in integrum differentiâ, ut ita loquar, specificâ & essentiali, ab ipsis ICtis Romanis traditâ, fluere: ut adeò mirum sit, quid moverit Imperatores Romanos, ut beneficium nova deducendi, quod non nisi restitutione in integrum, & quidem, uti mox dicetur, ab ipso priori Iudice petitâ, impetrari debebat, ad Iudicium appellationis, à quo adeò alienum est, transtulerint. Sed hâc de re infrà videbimus, ubi causam & occasionem hujus rei explicabimus. Nunc consideremus, quanta hujus distinctionis utilitas futura sit; ne quis fortè putet, inanem subtilitatem esse id, quod proponimus. Ostendemus igitur hâc distinctione observatâ, fore, ut omnia gravia illa incommoda, quæ ex beneficio nova deducendi in Iudicio appellationis orta, & à nobis cap. III. recensita sunt, evitentur.

Primum incommodum in eo consistit, quòd Iudex superior pronunciet, Iudicem Inferiorem malè judicasse, etiamsi videat, eum secundum acta & probata benè judicasse. Hoc autem inde oritur, quòd hodie in Iudicio appellationis diversæ illæ quæstiones, an Iudex, an verò litigator officio suo defuerit, confunduntur. Ex tali verò diversarum quæstionum confusione errores & perplexas difficultates oriri oportuit. Notum est ex doctrinâ Aristotelis de Sophisticis elenchis lib. 1. cap. 5. & lib. 2. cap. 30 *quòd inter captiones Sophisticas recenseatur etiam fallacia plurium interrogationum; quando videlicet plures quæstiones latenter pro unâ proponuntur. Tunc enim si non animadversâ quæstionum diversitate, unâ responsione satisfacere velis, in captionem te incidere necesse est. Si rectè expendimus, fateri cogimur, tali fallacia appellantes nova deducentes illudere Iudici. Appellando enim queruntur Iudicem malè judicasse: nova autem deducendo dicunt, se etiam aliquid omisisse. Duæ igitur diversæ oriuntur quæstiones; prior, an Iudex malè judicaverit; altera, an appellans tale quid omiserit, quo allato causam vincere debuisset. Has duas quæstiones appellantes confundunt, & pro una proponunt. Iudex appellationis ex rationibus noviter deductis sententiam reformans, revera quidem posteriorem quæstionem decidit: respondet autem ad priorem; quippe sententia ad libellum se habet, quemadmodum responsio ad interrogationem* Vant. de nullit. sent. tit. quot & quib. mod. null. n. 108. *Inde igitur inconveniens illud oritur, quòd pronunciet, priorem Iudicem malè judicasse, licèt secundum acta & probata benè eum judicasse videat. Hoc autem incommodum utique evitabitur, si quæstionibus istis distinctis, singulæ seorsim tractentur, & in Iudicio appellationis querela solùm de iniquitate Iudicis ex prioribus actis decidatur; allegationes autem, probationesve omissæ, si casus ita tulerit, in ipso priore Iudicio, petita restitutione in integrum proponantur.*

Simul cessabit etiam alterum incommodum, quod in

in eo consistit, quòd beneficio nova deducendi appellantibus concesso, lites absque necessitate in plura præsertim longè dissita, Iudicia distrahantur; dum nova illa disceptationes, quæ commodiùs in inferiori Iudicio tractari potuissent, ad superius Iudicium trahuntur. Evitabitur igitur, quicquid hic est incommodi, si nova deducere non liceat, nisi in priori Iudicio beneficio restitutionis in integrum. Obstare tamen videtur id, quod communiter tradunt, restitutionem in integrum adversus rem judicatam, non tantùm à Iudice, qui sententiam tulit, sed etiam à superiori peti posse Specul. de restit. in integr. §. videndum. n. 4. Ferrar. Mont. in tract. de supplic. cap. 7. §. interim. eorum faciemus mentionem. Bend. de Revis. conclus. 1. n. 13 Quid igitur proderit beneficium nova deducendi appellantibus ademisse, si id per restitutionem in integrum adhuc consequuntur, istamque restitutionem à superiori Iudice petere possunt? Sic enim in eodem luto hærebimus: ac tunc fortè adhuc magis restitutionibus in integrum, quàm hodie appellationibus superiora Iudicia fatigabuntur.

Sed quoniam variæ sunt restitutionum in integrum species, fortassis id, quod de restitutione in integrum in superiori Iudicio petenda tradunt, non generaliter accipi, sed ad certam tantùm restitutionis in integrum speciem restringi debet. Sciendum igitur est, permagnam esse differentiam inter restitutionem majorum & minorum XXV. annis. Nam hi longe facilius restituuntur, quàm isti. Et, uti quidem ICti tradunt, possunt minores restitutionem in integrum petere ob solam iniquitatem Iudicis, etiamsi nihil ipsi omiserint, vel perperam gesserint in Iudicio Sfort. Odd. de rest. in integr. p. 2. quæst. 72. art. 1. n. 6. & 8. Quanquam autem huic sententiæ obstare videatur differentia, quam paulò ante inter restitutionem in integrum, & appellationem constituimus, quòd appellatio querelam iniquitatis Iudicis, restitutio in integrum erroris proprii veniæ petitionem, aut adversarii circumventionis allegationem contineat: potest tamen sententia ista duplici ratione sustineri. Primò certum est, unicam rationem restitutionis minorum esse imbecillitatem ætatis; quæ, teste ICto l. 1. princ. ff. de minor. multis captionibus supposita, multorum insidiis exposita est. Videtur igitur & Iudex ex contemptu imbecillis ætatis occasionem arripuisse sententiâ minores lædendi. Quò quis enim imbecillior, quoque magis incautus est, eo magis hominum, consequenter etiam Iudicum, injuriis obnoxius est Arist. lib. 1. Rhet. cap. 12. n. 30. Quoniam igitur minores sententia Iudicis læsi, occasione ætatis injuriam accepisse videri possunt; haud absurdum fuerit, eo casu restitutionem in integrum eis dare. Potest autem adhuc alia ratio dari, quæ fortè melior videbitur. Nam majores non restitui adversus sententiam, nisi ex novis causis, certum est. Quando verò de nullâ re, nisi de iniquitate Iudicis queruntur, appellare debent. Si negligant tempus appellandi, sibi imputent. Sin fortè impedimentum aliquod iis obstitit, restitutionem in integrum, non adversus rem judicatam, sed adversus lapsum fatalium petere debent. Tunc igitur manifesta est distinctio duplicis istius remedii, quod tradunt Interpretes, rescindentis & rescissorii. Nam primò petunt restitutionem in integrum ad appellandum. Hoc igitur est remedium rescindens. Deinde impetratâ restitutione, appellationem peragunt. Hoc Iudicium rescissorium est. Sed in restitutione minorum sæpè accidit, utrumque remedium, rescindens, & rescissorium compendiosè conjungi lib. 13. §. interdum ff. de minor ibi i cognitione Prætoriâ. Possunt igitur minores etiam sententiâ, à quâ non appellarunt, læsi; si velint, restitutionem adversus omissam appellationem petere lib. 7. §. 11. ff. de minor. ac deinde appellationem, tanquam Iudicium rescissorium, peragere. Brevius tamen est, rectà adversus rem restitui, & ambages rescindentis & rescissorii remedii evitare l. 42. ff. de minor. Apparet igitur talem restitutionem loco appellationis succedere. Mirum igitur non est, vim atque effectum appellationis eam habere. Hinc Vlpianus dicit l. 42. ff. de minor. Quod appellatio majoribus præstat, hoc beneficio ætatis consequuntur minores. Hinc etiam est, quod talis restitutio adversus sententiam Principis & Præfecti prætorio non magis, quam appellatio, locum habeat l. 18. §. 1. ff. de min. l. un. in fin. ff. de offic. præf. prætor. Sed si ob allegationem omissam restitutio petatur, hæc etiam adversus sententiam. Principis & Præfecti Prætorio peti potest d. l. 18. §. 1. de min. l. 17. eod. Minores igitur adversus rem judicatam, vel ob iniquitatem Iudicis, vel ob omissam allegationem, aut probationem, restituuntur. Prior restitutio loco appellationis est: altera autem mera restitutio est, quæ ab appellatione longè differt. Hinc apparet ratio, quare minoribus integrum sit, vel in superiori, vel in ipso priori Iudicio restitutionem petere. Nam si ob allegationem omissam se restitui petant, tunc rectè priorem Iudicem iterum adeunt. Sed si de iniquitate Iudicis querantur, stultum fuerit, apud priorem Iudicem eam querelam movere, eumque propriæ iniquitatis Iudicem facere. Sed hæc ratio cessat in restitutione majorum. Hi enim adversus sententiam petere restitutionem non possunt, nisi ob allegationem, aut probationem omissam, fraudè ob dolum adversarii, vel ex generali clausulâ ob errorem proprium, aut impedimentum. Hanc verò restitutionem in superiori Iudicio petere nulla ratio, nulla necessitas jubet. Quin potiùs causa continentia suadet, omnino à priori Iudice, coram quo causa acta fuit, modò Ordinarius sit, petatur. Eo respicere videtur illa Doctorum distinctio, quâ tradunt, si restitutio petatur adversus aliquid malè actum in primo Iudicio, à Iudice etiam priori peti eam debere: sin cupiat restitui adversus aliquid malè gestum vel omissum in secundâ instantiâ, à Iudice superiori restitutionem petendam Sfort. Odd. de rest. in integr. p. 1. quæst. 32. art. 16. n 126. & 127. quam distinctionem tanti faciunt, ut quam plurimi statuant, etiam restitutionem adversus omissam appellationem, non in superiori, sed in inferiori Iudicio petendam esse Gail. obs. 143. n. 1. eò quòd interpositio appellationis ipsorum judicio magis adhuc ad inferius, quàm ad superius Iudicium pertineat. Quanquam verò hoc planè verum non sit; siquidem interpositio appellationis, tanquam actus inter primam, & secundam instantiam medius, secundam magis, quàm primam respicit: ideoque longè tutius, restitutionem adversus lapsum fatalium interponenda appellationis in superiori Iudicio petere. Mauric. de rest. in integr. cap. 259. in fin. Mynſ. cent. 4 obs. 27. Roding. Pand. Cam. lib. 3. t. 4. in not. p. 494. hoc

tamen verum manet, si restitutio adversus quippiam perperam gestum, vel omissum in primo Iudicio petatur (talis autem est ea, de quâ nos nunc agimus) ab ipso prioris Iudice petendam esse. Expendi etiam merentur verba hæc Gabrielis Mudei in l. 2. C. ubi & ap. quem. Sed & si restitui petat ob errorem proprium, apud neminem certè æquius est, eum ex-soris sui veniam petere, quàm apud eum, apud quem dicet esse erratum, & qui de meritis causæ edoctus, facillimè id intelligat, num sit erratum.

Hæc sanè ratio omnino movere nos debet, ut statuamus, si restitutio in integrum ex generali clausulâ ob allegationem vel probationem omissam petatur, à Iudice, qui sententiam tulit, non à Superiori petendam esse. Expressè etiam hoc tradit Mynsingerus Decade XV. Respons. III. num. XI. Atque sic incommodum illud evitatur, quod oritur ex distractione causæ, dum per partes in varijs Iudicijs disceptatur, & instantia absque necessitate multiplicantur. Nova enim disceptatio, si quâ opus est, in ipso prioris Iudicio, petitâ restitutione in integrum, nec Iudici, nec adversario æquè gravis futura est, quàm si in Iudicio appellationis non deducta deducantur, non probata probentur. Sed hoc ex sequentibus clarius apparebit. Propterea autem hæc aliquantò prolixius differenda fuerunt, ne doctrina illa ICtorum de fore competente restitutionis in integrum nobis obstare videretur.

Videamus nunc de incommodis quarto & quinto, quæ omnium gravissima sunt. Ostendimus enim cap. III. & VI. beneficium nova deducendi facere, ut litigatores, vel primam instantiam fraude, aut certè temeritate & negligentiâ eludant; vel si nihil in prima instantia neglectum sit, adhuc in Iudicio appellationis sub prætextu nova deducendi, aut acta priora repetant, aut nova gravamina inepta & aliena afferant. Appellatione enim interpositâ, modò formalia justa sint, status causæ ad tempus litis contestatæ reductus censetur; ut adeò omnia, quæ pendente causâ in primâ instantiâ fieri poterant, jam ipso iure in Iudicio appellationis adhuc concessa intelligantur. Sic igitur mirum non est, plerosque beneficio nova deducendi abuti. Sed ad restitutionem in integrum impetrandam non adeò facilis est via. Nemo enim restituitur, nisi cum causæ cognitione Mynsing. cent. 1. obs. 49. & cent. 4. obs. 21. Quanquã autẽ causæ cognitio pro varietate restitutionũ variè se habeat: præcipuè tamẽ de duobus cognoscitur, quæ is, qui petit restitui, probare tenetur. Allegare enim & probare debet primò læsionem Sfort. Odd. de rest. in integr. p. 1. quæst. 36. deinde causam læsionis ad petitionem in integrum restitutionis idoneam Idem quæst. 37. & seqq. Si quis v. gr. conqueratur, se in Iudicio aliquo læsum esse, eò quòd allegationem; vel probationem, omiserit, quâ allatâ causam vincere potuisset, & sic ad damnum hoc reparandum se in integrum resti tui, & cum novis suis argumentis denuo audiri petat: non prius restituitur, quàm si primò appareat, eum revera læsum esse, id est, tale quid omissum esse, quod ad causæ victoriam idoneum erat: deinde si causam probet læsionis, & ita quidem comparatam, ut auxilium mereatur. Nam si culpâ suâ læsus sit, restitui non debet 7. §. 1. ff. de in integr. rest. Non enim negligentibus subvenitur, sed nec stirate rerum impeditis l. 16. ff. ex quib. caus. maior. Itaque omnes in integrum restitutiones causâ cognitâ à Prætore promittuntur; scilicet ut justitiam earum causarum examinet, an veræ sint, quarum nomine singulis subvenit l. 3. ff. de in integr. restit. Sunt verò causæ istæ, vel specialibus edictis propositæ, ut minor ætas, dolus, & id genus alia: vel verò sub generali clausulâ comprehenduntur, quæ Prætor, si quæ ipsi iusta causa videatur, restitutionem pollicetur. Manifestum igitur est, si ad novam causæ disceptationẽ nonnisi via restitutionis in integrum pateat, neminem hoc beneficium, nisi qui justâ ex causâ hoc petat, consecuturum. Pauci igitur id consequentur. In appellationis verò Iudicio, quoniam ibi beneficium nova deducendi promiscuum est, & ipso jure concessum, temeraria illa latium restaurationes, & cœteri graves abusus evitari non possunt.

Dixeris, etiam in appellationibus aliquam cognitionem adhiberi, videlicet quando de gravaminum admissione quæritur. Sed primò cap. III. satis ostensum est, quantas hæc quæstio difficultates habeat, quàm sæpè Iudices in ea fallantur, dum in dubio gravamina admittere coguntur. In ipso autem Iudicio, in quo causa acta est, si in integrum restitutio ex novis quibusdam causis petatur, an causæ illæ relevantes sint, nec ne, facilè judicari potest. Longè certè promptius ea de re iudicabit Iudex, qui prioris Iudicio præfuit, quàm Superior. Hic enim prius causam principalem ex prioris Iudicij actis cognoscere tenetur. At inferioris Iudici ea jam nota est. Statim igitur, si quid novi afferatur, an revera novum, an mera priorum repetitio, item an alicuius momenti sit, an frivolum, discernere potest. Argumento est id, quod fit in Camerâ Imperiali. Quoniam enim, qui in ea succumbunt, non habent beneficium in superiori Iudicio non deducta deducendi, non probata probandi; solent quidem lata sententia sæpè restitutionem in integrum petere: at nihil tamen etiam frequentius, quàm eam statim denegari; quoniam, cùm causa ibi acta sit, facilè liquet, an justâ aliquâ ex causâ, an, quod sanè frequenter fit, frivolè postuletur.

Deinde tamen sciendum etiam est, multum abesse, ut illa cognitio de gravaminum admissione sufficiat. Non enim quærendum saltem erat, an nova assertiones & probationes relevantes sint, sed etiam, quâ ex causâ in prioris Iudicio omissa sint. De hoc vero in Iudicio appellationis altum silentium est. Itaque non minus illi, qui in priore instantiâ causam neglexerunt, vel temere tractarunt, quam quibus necessarium aliquod & inevitabile impedimentum accidit, beneficium nova deducendi consequentur. Ita vero appellationum lenocinium quoddam temeritati & negligentia fieri necesse est. Quo igitur huic malo remedium afferatur, nemo finito Iudicio ad nova deducenda admittendus est, nisi qui iustam causam probaverit, quâ impeditus nova illa in tempore non protulerit. Hoc autem fiet, si, adempto appellantibus beneficio nova deducendi, litigatores, qui novas rationes habent, ad restitutionem in integrum petendam remittantur.

Dixeris fortè, juramento calumniæ de non frivolè appellando, præsertim postquam clausula de novis deducendis ei inserta est, huic rei satis provisum esse. Quanquam vero nos suprà ostenderimus, hoc iuramentum non sufficere: posset tamen huiusmodi obiectio regeri. In clausulâ istâ de novis deducendis juramento calumniæ de non frivolè appellando insertâ tres causæ exprimuntur, quarum unam, appellantes

jurant,

jurant, sibi obstitisse, quò minùs nova deducenda in primâ instantiâ attulerint; videlicet se, vel ignoraße ea, vel non potuiße proferre, vel non putaße causæ profutura. Tres igitur causæ sunt, ignorantia, impedimentum, error. Hæ plerumque à litigantibus, qui aliquid amiserunt, prætenduntur. Quare & in restitutionis in integrum petitione plerumque allegantur. Quoniam verò difficilis sæpè earum probatio est; hinc ad juramentum solet veniri. Ad impedimentum enim, & imprimis ad ignorantiæ probationem juramentum communiter Interpretes Iuris admittunt. Mascard. de probat. conclus. 881. & 884. *Si igitur ad nova argumenta deducenda restitutio in integrum petatur, & causæ, quæ obstiterint, quò minus in primâ instantia allata sint, juramento probentur, res eòdem ferè recidet, ac si in Iudicio appellationis præstito juramento illo calumniæ nova deducantur.*

Cæterum quanquam verum sit, tres istas causas esse quasi ordinarias excusationes litigantium, qui aliquid omiserunt: quanquam etiam verum sit, posse quandoque in earum probatione juramentum locum habere: non tamen hoc nimis crudè & generaliter intelligendum est. Non enim sufficit dicere: impeditus fui. Nam etiam, qui crapulâ laborat, impeditur. Sed hoc impedimentum justum non est. Non igitur impedimentum in genere allegandum, & juramento probandum; sed in specie exprimendum est, quò Iudex judicare possit, an justum sit, an injustum? & si justum videatur, tunc litigator probare debet, verum esse. Duplex enim hîc versatur quæstio; altera facti; altera juris. In facti verò quæstione, si impedimentum allegatum non quidem vero absimile, nec tamen facile probatu sit; tunc fortè juramentum admitti poterit: quâ de re Iudex ex variis circumstantiis arbitrabitur Menoch. de arbitr. jud. quæst. cas. 118. *Imò verò ne hoc quidem sufficit, allegaße & probaße impedimentum. Fortè enim obstaculum, si quâ diligentia adhibita fuisset, removeri è medio potuisset. Tunc verò impedimenti probatio juramento non temerè committenda est.* Menoch. dict. loc. n. 6. *Qui igitur restitutionem in integrum petit, præter impedimenti probationem, docere etiam debet, justam diligentiam adhibitam à se fuiße, non potuiße autem impedimenti objecti difficultates superari.* Gail. 1. obs. 143. n. 3.

Similiter non sufficit dicere: ignoravi: non putavi. Nam homines negligentes ea ignorare solent, quæ gnavi & industrij sciunt: & temerarij homines ea non putant, quæ cauti & circumspecti putant. Non igitur cuilibet errori subveniendum, sed justo. l. 2. ff. de restit. in integr. *Iustus autem error est, qui in solertem virum cadit: quemadmodum metus, qui restitutionem in integrum parit, talis esse debet, ut in constantem virum cadat.* l. 6. ff. quod met. caus. *Hoc verè ex circumstantiis judicandum: non juramento committendum. Hîc enim locum habet, quod scribit Menochius:* de arbitr. Iud. quæst. cas. 186. n. 15. Non arbitrabitur Iudex, juramentum sufficere, cùm agitur, non solùm de probatione ipsius ignorantiæ, verùm etiam de probandâ justitiâ ipsius ignorantiæ.

Ex hisce fundamentis adhuc aliam quæstionem decidere possumus, quæ, si intacta relinqueretur, scrupulum facere posset. Quæstio est inter ICtos, an ob instrumenta noviter reperta sententia, quæ in rem judicatam transivit, rescindatur. Non una enim Lex extat, quæ vetat, prætextu novorum instrumentorum rem judicatam retractari. l. 35. ff. de re judic. l. 27. ff. de exc. re jud. l. 4. C. de re judic: *Quantò minùs igitur ob alias probationes retractari debet? Nec ratio obscura est. Quæ enim futura esset rei judicatæ autoritas, si rescinderetur, statim atque aliquid novi repertum fuerit, vel conquisitum esset? Quid igitur est, quod nos contendimus, novas allegationes & probationes, non per appellationem, sed per restitutionem in integrum proponi deberet?*

Sed ex iis, quæ antè explicata sunt, facilis est responsio. Omnino verum est, ob hoc solùm, quòd instrumenta noviter reperta sint, adversus rem judicatam restitutionem in integrum concedendam non esse. Nam duo in restitutione in integrum probanda sunt; læsio, & causa læsionis ad restitutionem impetrandam idonea. Novis autem instrumentis productis, fortè læsio quidem apparet; siquidem eorum omissione lis perdita est: sed de causâ quæritur, quare in tempore exhibita non sint. Hîc autem plerumque hæret aqua. Putant enim litigatores, hoc sufficere, quòd illa instrumenta Iudex non viderit, quæ si vidisset, aliter judicasset. Aut si maximè excusationem aliquam afferant, dicunt, se ea ignoraße, vel non putaße, iis opus esse. Sed hæ calvæ, vel saltem nimis generales sunt excusationes. Meritò igitur nova illa instrumenta post sententiam producta rejiciuntur. Si quis autem causam gravem alleget, probetque, quâ impeditus instrumenta illa pendente judicio proferre non potuerit; v. gr. si à latronibus erepta erant; tunc certè recuperatis instrumentis, restitutionem in integrum denegari, iniquissimum foret. Similiter se res habet, si quis non dicat saltem, se erraße, vel ignoraße id, quod nunc profert, sed etiam causam alleget erroris, vel ignorantiæ, aut explicatis negotij circumstantiis ostendat Iudici, errorem suum ita comparatum esse, ut nullâ ratione evitari potuerit. Tunc enim veniam meretur, justamque causam præbet ad restitutionem in integrum impetrandam. Atque hanc sententiam communiter esse receptam, multorum autoritate probat Sfortia Oddus; de restit. in integr. p. 2. q. 37. art. 3. *quem, quoniam ex professo hanc materiam tractat, omnium vice allegaße sufficiat. Extendit autem hoc etiam ad testes post sententiam repertos, quos iisdem ex causis ad restitutionem in integrum prodesse docet.* p. 2. quæst. 76. art. 3 *Quoniam autem litigatores, qui plerumque in culpâ sunt, rarò causam dicere possunt, quare instrumenta, aliasve probationes, in tempore non exhibuerint; plerumque & regulariter nova instrumenta post sententiam non admittantur. Atque ita intelligendum, quod tradunt Leges, prætextu instrumentorum novorum rem judicatam non esse rescindendam. Exemplum habemus evidens in causâ* Haupitz *contra* Brandenburg Onolzbach: Kloc. vor. Cam. rel. 30. n. 185. *ubi novis instrumentis productis in integrum restitutio petebatur: quæ tamen denegata fuit. Nullam enim causam Illustrissimus reus dicere poterat, quare instrumenta illa in tempore ante sententiam exhibita non fuissent: id quod manifestum est ex suffragio, quod in eâ causâ tulit Denaisius. Verba ita habent:* Nec enim sufficit eius rei simplex omissio, sive negligentia, l. non enim. 16. ff. ex quib. caus. mai. sed iustum impedimentum requiritur, l. 1. 2. 3. de in integr. rest. l. 16. § item inquit. ff. ex quib. caus. mai. At hîc quid aliud

proferetur præter meram negligentiam ? daß ich beygelegte Copeyen allererst aufgesucht vnd gefunden / durch die Advocaten zuvor nicht angezeigt. Meritò igitur obiicienda ei verba d. l. 15. non negligentibus, sed necessitate rerum impeditis. Et damnum, quod quis culpâ suâ sentit, sentire non intelligitur. *Hactenus Denaisius. Apparet ex hoc exemplo, quomodo litigantes plerumque in nova illa inventa, quæ finito iudicio proferunt, incidant. Quòd si in causa illa appellatio locum habuisset; absque ulla hesitatione non deducta deducere, non probata probare concessum fuisset. Quò igitur hæc temeritas à processu iudiciario excludatur, & litigatoribus necessitas imponatur, iusta cum cura Iudicia tractandi; novæ illæ disceptationes in Iudicio appellationis permittendæ non sunt: sed hoc constituendum, ut deliberent, qui causâ ceciderunt, utrum Iudicem malè judicasse, an se ipsos aliquid omisisse putent: & priore casu ad Superiorem provocent: altero casu, siquidem iustam eausam habent, restitutionem in integrum in priori Iudicio petant.*

CAPUT VIII.

Beneficium nova deducendi summis Imperij Iudiciis oneri, Ordinibus verò præjudicio esse, atque adeò statui Reip. nostræ repugnare.

QUæ hactenus attulimus argumenta, maximam partem respiciunt Iudicia in universum omnia. Si jam ad Camerã Imperialem veniamus, longè adhuc graviores rationes occurrunt, quæ beneficium nova deducendi, ut maximè alibi toleretur, ex eâ certè eliminandum esse suadent. Omnino enim repugnat statui Reip. nostræ. Habent enim singuli Ordines propria sua Iudicia, quibus civibus, & subditis suis jus dicunt. Imperij verò Iurisdictio versatur, vel in causis, quæ totius Imperij utilitatem concernunt; quales sunt fiscales, violatæ pacis, exemptionum, & id genus aliæ; vel verò in controversiis Ordinum Imperij, quas inter se habent; cum nec omnes Ordines Austregas habeant; nec omnes inter eos intercedentes controversiæ ab Austregis benè judicare possint. Præter has duas autem Iurisdictionis Imperialis species adhuc alia quædam est, quæ nihil aliud est, quàm Iudiciorum, quæ Ordinum Imperij sunt, quasi censura quædam, quo illa in officio contineantur. Propterea enim appellationes recipiuntur. Hæc verò censura ita instituenda est, ut per eam Iurisdictioni Ordinum nihil detrahatur. Prima enim apud eos instantia integra & illibata esse debet. At certè beneficium nova deducendi immane quantum primæ instantiæ detrahit. Nam dum in Iudiciis Imperij non deducta deducuntur, non probata probantur; ea ibi proponuntur, quæ in inferiori instantiâ proponi, & de quibus ipsi Ordines Imperij judicare debuissent. Si v. gr. quispiam, qui in Iudicio Principis Imperij exceptionem non numeratæ pecuniæ, aut simulati contractus, proposuerat, eâ non approbatâ, postquam succubuit, ad Cameram appellet, atque ibi exceptionem solutionis, transactionis, vel præscriptionis alleget: vel si actor, qui testibus intentionem suam probare voluerat, postquam victus est, ad Cameram appellans, instrumenta producat: profectò Iudicium Principis illius causam plenè cognovisse, nemo dixerit. Præcipua enim causæ capita non audivit. Magna igitur pars litis cognitioni Ordinum subtrahitur, & ad Iudicia Imperij devolvitur. Ita fit, ut autoritas Iurisdictionis Ordinum minuatur, tribunalia verò Imperij plus justo onerentur, atque adeò tantâ obruantur mole negotiorum, ut emergere ex eâ hactenus quidem illis impossibile fuerit. Nam vix negotiis, quæ propriè ad ea pertinent, sufficiunt. Quantò minus sufficient, si aliena etiam, & ita comparata, ut in Iudiciis Ordinum tractari debuissent, iis obtrudantur. Pleraque certè causæ, quæ in Camerâ disceptantur, per appellationem ad eam deferuntur. Appellantium verò, qui tantam in causâ in primâ instantiâ actâ fiduciam habeant, ut ad acta priora concludant, oppidò pauci sunt. Plerique adhuc disceptatione aliquâ opus, vel certè eâ uti consultius putant. Hoc verò mirum, quàm distrahat, quamque occupatam reddat Cameram Imperialem. Nulla enim ferè re strepere magis audientias, quàm processibus appellationum, observare licet. Itaque non tantùm sententiam definitivam ferre eò difficilius redditur, quò plus actorum accumulatur: sed etiam in audienda nova illa causæ disceptatione, in deliberatione de gravaminum admissione, in dirigendo processu, ferendis interlocutoriis: quamplurimum temporis & operæ impenditur. Quantum igitur fiet compendium, si omni causæ disceptatione prima instantia relicta, Iudex superior nihil aliud agat, quàm ut inspectis saltem, & examinatis prioris instantiæ actis, quærat, an Iudex benè, an malè judicaverit? Argumentum præbere potest id, quod de compromissis constitutum est R. A. zu Regenspurg. An. 1594. §. Als auch der compromis halber. Denais. injur. Cam. verb. Compromissa. *Civibus enim Imperij nullo medio eis subditis, aliisque, qui causã habent in prima instantia Iurisdictioni Cameræ subjectam, in Cameram compromittere permissum est, non ut ibi processum instituant (hoc enim cæteris causis moram faceret) sed ut causa coram certo Auditore à partibus electo hinc inde disceptata, post conclusionem acta ad Cameram transmittant, ejusque decisioni subjiciant. Creditum enim fuit, nec immeritò, modò ne processu Camera oneretur, decisionem causæ haud multum negotij habituram. Eadem igitur ratione, si processu novæ appellationum supersedeatur, longè plurimis molestiis Camera liberabitur.*

Redundabit inde adhuc alia utilitas. Notum enim est, quantum per varia privilegia de non appellando detractum sit, & adhuc magis magisque detrahatur Iurisdictioni Imperij: quâ de re conqueritur Constitutio Comitiorum Ratisbonensium An. MDCLIV. Weiln auch der Ständen. *Odiosæ enim esse cœperunt provocationes ad Iudicia Imperij propter earum decisionem, aliosque graves abusus, Itaque Ordines Imperij, dum mala, quæ ex appellationibus proveniunt, subterfugere student, ipsam Iurisdictionem Imperij per varia privilegia diminuerunt. Ad ipsa etiam Iudicia Imperij sublevanda hoc necessarium videtur fuisse. Si appellatio vera fuisset appellatio, id est, examen prioris Iudicij, non nova disputatio: tam multis, tam amplis, tam Imperio damnosis privilegiis opus non fuisset. Nec Ordines Imperij indignè ferre debuissent, Iudicia sua censuræ Imperatoris, & Iudiciorũ Imperij, subjacere. Sed quoniam appellatio longè extra oleas divagata est, postquã in novum litigium degeneravit: vitio verti non potest*

Ordini-

Ordinibus, quod, quoniam senserunt, quanto hoc Iurisdictioni suæ præjudicio esset, contra hoc malum privilegiis munire se tentaverint. Mirum tamen videtur, quod inter tam varia privilegia nemo hoc etiam petiverit, ut in appellationibus, quæ à Iudiciis suis fierent, nova deducere non liceret; quod certè ei, qui impetrâsset, utilitati magnæ, & Imperio nullo detrimento fuisset. Sed quoniam hoc fortè animadversum non est, alia varia remedia quæsita sunt. Certè autem longè satius fuisset, vitia appellationum corrigere, quàm planè appellationes remittere. Quare ne deinceps hoc iterum tentetur, & ut hoc saltem, quod superest Iurisdictionis Imperialis, sartum tectum conservetur, eandem tempus est, ut quantum Lex ista: Per hanc. C. de temp. appell. publicè & privatim damni dederit, agnoscatur, eaque abrogetur: atque ita Cæsari, quod Cæsaris, Imperio, quod Imperij, Ordinibus, quod ipsorum est, tribuatur.

CAPUT IX.

Consilium de beneficio nova deducendi abolendo confirmatur exemplo atque autoritate Constitutionum quarundam Imperii.

QUoniam autoritas sæpè plus valet, quàm ratio; confirmabimus sententiam nostram uno atque altero exemplo Constitutionum Imperij, quæ quasi primam glaciem fregisse, & ad beneficium nova deducendi abrogandum viam monstrasse videntur. Primum igitur exemplum habemus in appellationibus à Moderatoribus Circulorum, quæ olim quidem ad Cameram Imperialem, R. A. zu Augspurg. Anno 1548. §. Würde aber nach solcher. *postea verò ad Conventum Deputatorum permissa fuit.* R. A. zu Speyer. Anno 1570. §. Nach dem uns auch. R. A. zu Regenspurg. Anno 1594. §. Im fall dann. *Quoniam enim huic causarum generi aliquanto diligentius prospicere necesse fuit; imprimis immensos illos appellationum circuitus, quos parit beneficium nova deducendi, amputare consultum visum. Causas igitur appellationis uno tantùm scripto reddere conceditur, omni novâ allegatione prohibitâ,* ohn einig newer beschwerden Einführung über die / so zuvor den *Moderatoribus* furbracht: *ut habent verba Constitutionis Imperij.* R. A. zu Augspurg Anno 1566. §. Damit aber die jenigen. *Additur:* vnd sollen Cammer-Richter vnd Beysitzere uber solche *gravamina* und erfolgte Erkundigung/wie die von den *Moderatoribus* beschlossen hinderlegt/ sampt einer *summari*schen *petition* ferners nichts anzunehmen schuldig seyn. *Ratio etiam subjungitur:* Dann so der *Appellant* in Fürbringung seiner *gravaminum* (*gravamina hic dicuntur causæ petitæ moderationis in primâ instantia proposita*) vnd darauff angestelter Erkundigung etwas versäumbt oder übersehen / solches hat er ihm selbst zuzumessen. *Quòd si hæc ratio satis idonea est ad beneficium nova deducendi eo casu denegandum, cur Constitutio ista non ad omnes omnino appellationes extenditur, cùm in omnibus appellationibus æquè valeat? Haud majori enim jure illis, de quibus Constitutio ista loquitur, quàm omnibus omnino appellantibus, dici potest, ipsis imputandum esse, quòd nova illa, quæ in Iudicio appellationis afferunt, in priori instantia omiserint. Quòd si autem in re tanti momenti (nam Moderatio totius provinciæ onus concernit) non opus est beneficio nova deducendi, quid causæ est, cur in litibus privatorum magis necessarium sit?*

Indubitatam quoque autoritatem nobis præbet exemplum Revisionis Cameræ Imperialis. Ab hoc enim remedio Imperator & Ordines Imperij beneficium nova deducendi, quod Iure Civili æquè in supplicationibus, Menoch. de arbitr. Iud. quæst. l. 1. cas. 72. n. 20 R. A. zu Speyr. An. 1600. §. Es sol aber. *ac in appellationibus, locum habet, planè excluserunt. Uno enim tantùm scripto causas petitæ revisionis, & quidem ex prioribus actis explicare permittitur. Si quis verò ex novis causis sententiam rescindi posse putet, ei restitutio in integrum in ipsa Camera Imperial. petenda est.* Bender. de revis. concl. 1. n. 12. & seqq. *Quod si iam rationes huius rei quæramus, apparebit, nihil causæ esse, cur non idem in appellationibus constituatur. Revisio Cameræ Imperialis propterea instituta est (utemur ipsis verbis Ordinationis Cameralis)* p. 3. tit. 53. pr. Damit Cammer-Richter vnd Beysitzer desto fleissiger seyn/so sie besorgen müssen / daß die *acta* folgends nach gesprochener Vrtheil auch besichtiget / vnd niemand an dem Cammergericht unrecht geschehe. *Hunc verò finem beneficium novè deducendi, tantùm abest, ut juvare potuisset, ut impedivisset magis, & evertisset. Non enim de officio Iudicis, rectène an secus, peractum sit, judicatur, si ex novis causis judicatur. Frustra igitur Iudicium Revisorium, quod tanta cum difficultate cogitur, in novis allegationibus audiendis occuparetur; quippe quod remedium esse debet, non adversus negligentiam eorum, qui in instantia Camerali necessarias allegationes omiserunt, sed adversus iniquitatem Iudicis, de qua, qui revisionem petunt, conqueruntur. Præterea novis allegationibus in Iudicio Revisorio permissis, autoritas Cameræ Imperialis, quæ omni studio conservanda est, planè enervata fuisset.* Adde Bender. de revis. conclus 16 n 9. & seqq.

Quid iam de appellationibus à Iudiciis Ordinum Imperij ad Cameram Imperialem dicemus? Annon in iis eadem rationes locum habent? Qua enim alia ex causa appellationes conceduntur, quàm ut iniquitas inferiorum Iudiciorum, de qua conqueruntur appellantes, corrigatur? Si verò ex novis causis & probationibus superior Iudex sententiam ab inferiori dictã reformat, negligentiæ quidem appellantium succurrit: sed Inferiorem tamen Iudicem aliquid peccasse, dicere non potest. Cur igitur non parcitur Cameræ Imperiali aliàs plus satis occupatæ, cùm non instituta sit ut negligentiæ eorum, qui in inferioribus Iudiciis aliquid omiserunt, patrocinetur; sed ut inferiorum Iudicum peccata corrigat: Cur etiam non conservatur autoritas Iudiciorum Ordinum Imperii? Fatendum quidem est, Cameram Imperialem maiori debere esse autoritate; plus etiam studii ad autoritatem illius tuendam conferendum esse. Attamen Iudiciis Ordinum Imperii sua etiam constare debet autoritas. Cum igitur nihil magis minuat autoritatem Iudicij, quàm beneficium nova deducendi in Iudicio superiori: non magis in appellationibus à Iudiciis Ordinum ad Cameram, quàm in revisionibus Cameralibus, tolerari debet. Quemadmodum enim se habet Camera Imperialis ad Iudicium Revisorium: ita se habẽt Iudicia Ordinum Imperii ad Cameram Imperialem. Si igitur hoc salutare est, cau-

sam in Camerâ *judicatam subjacere quidem Superioris examini, absque novâ tamen deductione; nisi fortè in ipsâ Camerâ per in integrum restitutionem petatur: salutare etiam est, causam in Iudicijs Ordinum Imperij judicatam subjacere quidem Superioris examini, iisdem tamen absque nova deductione; quæ, si fortè eâ opus sit, in ipsis Ordinum Iudicijs instituenda est. Nec hujus argumenti vim effugere poteris, quicquid etiam contra objeceris. Quàm multa enim, quamque graves causæ in* Camerâ *Imperiali primam instantiam nanciscuntur? Si igitur in his tanta diligentia adhibenda est, ut in prima instantia omnia afferantur, nulla deinceps nova disceptatione permissâ: quid impediat, quò minus eandem diligentiam in causis, quæ in Iudicijs ordinum primam instantiam habent, requiramus? Has enim majoris momenti esse, quàm illas, & propterea his plus indulgendum, quàm illis, dici non potest. Quod igitur in istis justum & æquum est, in his iniquum censeri non debet.*

CAPVT X.

Respondetur ad Objectiones.

P*Ostquam argumentis satis sententiam nostram confirmavimus; consequens est, ut illa, quæ ei obstare adhuc videntur, è medio removeamus. Primùm autem objectiones continuâ serie, breviter tamen, recensebimus: deinceps responsiones subjiciemus. Singula autem capita numeris distinguemus, quò eò manifestiora sint.*

Objectiones.

I. *Primò non ignoramus, altè insessuram hominum animis speciem illam æquitatis ac benignitatis, quam beneficium nova deducendi præferre videtur.*

II. *Præsertim cum cogitabunt, præcipua sæpè causæ capita in appellationis instantiâ demum proferri. Si igitur hoc beneficio destituerentur appellantes, multa justa causa detrimentum paterentur. Hoc ferè movisse videtur* Imperatores, *quando inquiunt* l. 6. §. 1. C. de appellat. Si quid autem in agendo negotio minus se allegâsse litigator crediderit, quod in Iudicio acto fuerit omissum; apud eum, qui de appellatione cognoscit, persequatur: cùm votum gerentibus nobis, aliud nihil in Iudicijs, quàm Iustitiam locum habere debere, necessaria res fortè transmissa non excludenda videatur

III. *Quàm facilè enim fieri potest, ut aliquid in primâ instantiâ omittatur, à quo vel totius causæ victoria pendet; vel quod saltem magnum ad eam adjumentum confert? Ubi igitur lapsus in proclivi est, remedium in promptu esse debet, quale beneficium appellationis, & in eâ nova deducendi est.*

IV. *Quòd si causas quæramus, quare tam facilè in primâ instantia aliquid transmittatur; fatendum quidem est, sæpè ipsos litigatores in culpâ esse, dum vel negligentia, vel nimia Præcipitantiâ, necessaria argumenta prætermittunt. Attamen hæc culpa adeò enormè crimen non est, ut propterea totâ causa cadendum sit. Nam si ijs, qui in prima instantia aliquid neglexerunt, non permitteretur, damnum inde acceptum per novam deductionem reparare, fortassis totam causam perderent. Hæc verè pœna nimis gravis foret. Consilium igitur de beneficio nova deducendi abolendo, quoniam levi peccato gravem pœnam statuit, neutiquam probandum videtur. Pœna enim non debet gravior esse delicto.*

V. *Optandum quidem esset, ut litigatores, secuti consilium Gailij suprà cap. IV. expositum, omnia in prima instantia proponere studerent. Sed quæritur, an hoc his hominum moribus impetrari ab ijs possit. Non enim id quod optimum, & voto expetendum, semper etiam introduci potest: sed sæpè Leges ad statum temporis, ad mores hominum accommodanda sunt. Videmus autem quotidie, quâ negligentiâ, quave præcipitantiâ, in litibus versentur homines. Quoniam igitur hoc non videtur emendari posse; secunda navigatione utendum, & beneficium nova deducendi appellantibus concedendum, quò hâc saltem ratione ijs subveniatur.*

VI. *Deinde tamen nec omnibus culpa imputari potest. Non sunt enim adeo perspicaces omnes litigatores, ut primo conspectu statim animadvertant, quibus rationibus causæ victoriam consequi possint. Etiam prudentibus error surrepere potest. Sæpe etiam nimia causæ fiducia eos securos facit, ut non omnia satis expendant. Putant Iudici justitiam causæ æquè perspectam esse, ac sibi est. Sed postquam causam perdiderunt, tunc demum intelligunt, in quanto hæserint errore. Itaque Legislatores hujus inconsultæ facilitatis misertis, beneficium nova deducendi appellantibus indulserunt.*

VII. *Accedit, quòd litigatores, plerique certè, non sint idonei, ut suas ipsi causas agant; sed Advocatis & Procuratoribus eas committere teneantur. Hi autem, quoniam omnes causæ circumstantias non exactè semper perceperunt, facilè aliquid omittunt. Ne igitur Procuratorum & Advocatorum culpa litigantibus nimis damnosa esset, beneficium nova deducendo à Legibus introductum est.*

VIII. *Adhuc aliam rationem assignat Imperator Iustinianus, quando propterea novam disceptationem appellantibus permissam dicit,* quò exercitatis jam negotijs pleniore subveniatur veritatis lumine l. per hanc. in fin. C. de temp. appell. *Nam sæpè causa dubia est: hæsitat Iudex: nescit, in quam partem inclinare debeat. Dum autem nova argumenta afferuntur, & pleniùs causa ventilatur, ipsa etiam veritas clariùs elucere incipit: & sic in instantiâ appellationis per nova illa argumenta sæpè certum fit, quod antea dubium erat.*

IX. *Quanquam verò nos asperitatem consilij de beneficio nova deducendi abolendo nonnihil mitigare voluerimus, dum loco beneficij istius appellantibus concessi restitutionem in integrum in prima instantia Iudicio petendam substituimus: quanquam etiam difficultates nonnullas, quæ huic obstare videbantur, jam tum cap. VII. enodaverimus: restant tamen adhuc nonnullæ haud leves objectiones. Nam durum videtur fore, postulare à litigatoribus, qui causa ceciderunt, ut deliberent secum, atque constituant, num propter Iudicis iniquitatem, an propter omissionem necessarij alicuius argumenti, causam perdiderint; & priori casu appellent; altero à priori Iudice, siquidem justam causam habeant, restitutionem in integrum petant: hoc, inquam, durum videtur, nec fortassis facilè fieri potest. Nam dubitant sæpe litigatores, quæ ex causa litem perdiderint, an iniquitate Iudicis, an sua imprudentia. Non igitur hæ duæ quæstiones sejungi possunt: nec hoc litigatoribus omni impe-*

impendendum, ut alter tantum viam exigant: sed utramque conjunge diu potestatem habere debent, quò nisi plenè cautum sit. Concedendum igitur, ut, qui causam perdiderunt, querantur de injustitiâ Iudicis: sinunt tamen hoc quoque concedendum, ut majoris cautionis gratiâ nova deducant, si fortè non Judex ipsis, sed sua sibi defuerint. Sufficit igitur alterutrâ ratione causam vincere: quâ de re Iudex judicabit. Ipsi autem litigatores ea de re haud facilè statuere possunt.

X. *Denique via illa per restitutionem in integrum nova deducendi longior & impeditior esset, quàm per appellationem. Nam adhibenda est in restitutione in integrum operosa illa causæ cognitio. Si igitur impetrant restitutionem, idem consequentur cum aliquantò majori difficultate, quod in appellationis judicio breviori viâ consecuti fuissent. Sin non impetrant restitutionem, fortè appellabunt. Licet enim à denegatâ restitutione in integrum appellare. Sic per plures ambages adhuc tamen ad Iudicium appellationis venietur. Cur non igitur rectà statim non deducta deducere, non probata probare concedatur?*

Hæc præcipua videntur argumenta esse, quæ sententiæ nostræ obstare possent. Cætera leviuscula afferre noluimus, ne tædium crearemus. Hoc saltem adhuc monemus, nos infrà speciales casus, tanquam exceptiones à regulâ, proponere. Quare exceptiones, quæ ex casibus illis specialibus sumi possent, hîc tractare opus non fuit. Infrà enim suo loco satis explicabuntur: ubi dicetur, si ipsius Iudicis culpâ factum, quo minùs causa plenè instructa sit, tunc specialiter beneficium nova deducendi appellantibus concedendum esse. Istis igitur in præsentia omissis, ad ea veniamus, quæ modò recensuimus. Nihil enim eorum, quæ hodiernam consuetudinem in Iudicio appellationis nova deducendi stabilire visa sunt, subterfugere voluimus. Quin potiùs datâ operâ, quoad quidem conjecturâ assequi licuit, ea conquisivimus, studio veritatis in re tantâ penitius investigandæ. Tantum verò abest, ut quicquam detrahant sententiæ nostræ, ut quoniam apparebit, inania esse, mirâ nos confirment potiùs. Videlicet hæc vis est veritatis, ut quò vehementiùs oppugnatur, eò clariùs enitescat.

Responsio ad objectiones.

Ad 1. Objectionem.

V*Ideamus primò de illâ tantopere jactata, sive benignitate, sive æquitate, quæ beneficio nova deducendi prætenditur. Apparebit quanta sub larvâ istâ lateat injustitia. Æquitas ex doctrinâ Aristotelis* lib. 5. Nicom. cap. 14. *nihil aliud est, quam correctio juris legitimi. Natura enim actionum humanarum, quippe quæ variè se habent, non patitur, ut iura propositionibus perpetuæ veritatis tradantur. Determinant igitur Leges illud, quod* τὸ ἀντιπεπονθὸς *justum est. Inde accidit, ut omnibus casibus, qui contingunt, applicari non possint. In illis igitur casibus specialibus æquitas locum habet. Vulgatum est exemplum Legis olim Divinæ: Qui fudit sanguinem, ejus sanguis vicissim funditur. Hoc* τὸ ἀντιπεπονθὸς *justum est. Accidit autem, aliquem non datâ operâ, sed casu alterum occidere. Facilè apparet, huic Legem applicari non posse. Æquum igitur est, huic parci. Ut hæc ad beneficium nova deducendi applicemus; si adeò æquum est, litigatorum, qui in primo Iudicio succubuerunt, novas deductiones ex integro audiri; aliquando, specialibus ex causis, æquum erit. Quod verò huic oppositum, videlicet in futuro Iudicio allegationes & probationes litigatorum non ampliùs admitti, hoc jus ordinarium erit, quod plerumque observare debet. Æquitati verò specialium istorum casuum per restitutionem in integrum satis provisum est. Est enim in integrum restitutio inventum æquitatis* l. 7. ff. de in integr. rest. l. 1. ff. de min. *quo Prætor cavet, ne quis per occasionem negotiorum quæ Iure Civili rata habentur, in captionem incidat. Quoties igitur æquitas hoc poscit, toties per restitutionem in integrum damnum passis subvenitur. Audiamus ICtum* l. 26. §. 9. ff. in quib. caus. mai. Item (inquit Prætor) si qua alia mihi justa causa videbitur, in integrum restituam. Hæc clausula edicto inserta est necessariò. Multi enim casus evenire potuerunt, qui deferrent restitutionis auxilium: nec singulatim enumerari potuerunt: ut quoties restitutionem suggerit, ad hanc clausulam erit descendendum. *Ex quo apparet, si per restitutionem in integrum nova deducere permittatur, nihil detractatum iri æquitati. Hoc etiam argumento est, beneficium nova deducendi appellantibus concessum terminos æquitatis longè excedere. Nam quibuscunque æquum est novam deductionem permittere, iis per in integrum restitutionem subvenitur. At in appellatione quamplurimis facultas nova deducendi permittitur, quibus per in integrum restitutionem non subveniretur; iis videlicet, qui justam causam dicere non possunt, quare nova illa in primâ instantia omiserint. Sequitur ergo in appellatione facultatem nova deducendi quamplurimis permitti, quibus eam permitti æquum non est.*

Imprimis verò considerandum est, in Iudicio negotium inter duos esse studiis contrarios. Plerumque enim hoc accidit, ut alter quidem acriter instet, & omni studio finem quærat Iudicii. Sperat enim, se consecuturum id, quod sibi debetur. Alter verò fugit potius, cunctatur, ac certamen detrectat. Periculum enim est, ne aliquid amittat. Iam igitur si Iudex, vel Legislator potiùs, se benignum illi, ac indulgentem præbeat, & facultatem aliquoties litem restaurandi concedat, fugienti quidem illi, & cunctatori rem gratam faciet: alteri verò, qui nihil nisi finem Iudicii quærebat, qui omnia causæ argumenta in primâ instantia protulerat, ne in secundâ instantia novâ lite opus esset, huic, inquam, ægrè faciet. Impedit enim eum, quò minùs fructum Iudicii in tempore consequatur. Iam verò non hæc est æquitas, quæ alteri aliquid tribuit, alteri aliquid adimit. Si cum uno litigatore res in Iudicio esset, tunc fortè ei aliquid indulgere liceret. Nunc autem, quoniam inter duos negotium est, non benignitas affectanda, quæ alterutri grata erit, sed Iustitia potiùs, quæ quod utrique aptum & conveniens est, statuit. Tantum igitur saltem spatii ad litigandum concedendum est, quantum ad causam explicandam sufficit. Sic enim utrique satisfiet.

Sed ne id quidem, quod uterque litigatorum cupiet, concedendum iis est. Ruunt enim in mutuam perniciem: nullum volunt facere finem litigandi. Huic igitur temeritati connivere, benignitas est similis

inepta ista parentum indulgentia, qui metuunt, ne ægre faciant infanti, si ferrum ei adimant, non perpendentes, in ipsum perniciem hoc redundare. Nihil certè Justitiæ adeo inimicum est, quam illa intempestiva erga litigatores misericordia, dum nunquam iis satis spatii ad litigandum indulgetur, nunquam satis veniæ iis, qui aliquid neglexerunt, concedi creditur. Audiamus eâ de re grave judicium Antonii Fabri in Cod. t. ut intra cert. temp. crim. quæst. term. Iudicum ferè omnium error iste est, quòd quasi misereantur litigatorum, quos litium odio tenere potius deberent. Patiuntur fieri per plura, quod non quidem æquè negligenter, sed tamen tantò meliùs & commodiùs, quantò diligentiùs, posset fieri per pauciora. Crudelis ista misericordia est, quæ favendo litigatoribus, fovet lites. Si usquam hoc verum est, in materiâ beneficii nova deducendi verum est. Hoc enim favendo litigatoribus, fovet eorum temeritatem. Petulantes enim fieri oportuit, qui adeò indulgenter habiti sunt. Aut igitur ista appellantium temeritas & petulantia perferenda: aut abrogato beneficio nova deducendi indulgentia in justitiam convertenda est. Hactenus de æquitate beneficii nova deducendi in genere diximus. Iam specialiter causas, quibus illa iniqua videatur, consideremus.

Ad II. Objectionem.

Primò metuendum videtur, ne beneficio nova deducendi appellantibus adempto, multæ justæ causæ perdantur. Sed quinam illi erunt, qui justas causas perdent? An qui justam curam & diligentiam Iudicio adhibebunt? Nequaquam. Operam enim dabunt, ut in prima instantia causam plene instruant, quò ne quidem opus habeant beneficio nova deducendi. An igitur illi, quibus grave impedimentum, aut inevitabilis error obstitit, quò minus omnia causæ argumenta in primam instantiam proponerent? Ne hi quidem. Habent enim restitutionem in integrum. Quinam igitur? Qui negligenter, aut præcipitanter, obeundo primam instantiam aliqua causæ argumenta transmiserunt. Imò fortassis & hi, adempto beneficio isto, quo fieri, securè deviare, aut temerè ruere solebant, somnolentiam ac temeritatem excutient. Sed concedamus hoc, negligentes ac temerarios litigatores (intelligimus, qui in processu temerè versantur) illas aliquando causas perdituros. Iam igitur ergo querimus, quoad appellantes beneficium nova deducendi habebunt, lites fore immortales; causas, vel justissimas, in immensum protractum iri: è contrario beneficio isto adempto, negligentes litigatores justas quandoque causas amissuros. Quæritur, utrum eligendum sit. An negligentibus subveniendum tali remedio, quod multos alios gnavos & industrios impediat, quò minus causam in tempore ad exitum perducere possint? Quis hoc probabit? Nam hoc certè iniustum, gnavos propter negligentes ac temerarios moram pati. Negligentes verò, etiam culpæ suæ ferre nequaquam iniquum. De quo enim conqueri possunt, quam de sua culpa? Satis enim habent temporis in prima instantia, atque etiam habere debent, ad causam plenè instruendam. Si igitur iustam causam habent, ussè etiam eam agant. Vigilent in tempore. Iura enim vigilantibus scripta sunt. l. 24. in fin. ff. quæ in fraud. cred. Qui verò tanti non æstimat iudicium, ut studio & cura illud tractandum credat, indignè ferre non debet, si causam perdat. Nam bonam causam malè agendo perdi, mirum non est. Nihil hic iniusti: nihil iniqui. Sed hoc iniquum, nullum esse litium finem, nullum Iudiciorum exitum. Hoc autem, quoad beneficium nova deducendi superstes erit, evitari non poterit.

Iam facilis est responsio ad id, quod ex lege Imperatorum afferebatur: Nihil in Iudiciis, quàm Iustitiam locum habere debere. Hoc enim verum quidem est: sed iustitia non solùm in meritis causæ consistit, sed etiam in processu. Aliàs enim post centum annos adhuc dici posset, nihil nisi iustitiam spectandam. Operam igitur dare debet Iudex, non tantùm, ut iustam sententiam ferat; sed etiam ut iusto tempore. Hoc verò fieri nequit, si post longum intervallum permittatur litigatoribus id, quod maturè agere potuissent.

Ad III. Objectionem.

Objicitur, facilè fieri posse, ut in primâ instantiâ aliquid omittatur: ubi igitur facilis lapsus, facile debere esse remedium; Cæterùm si Iudex prima instantia, statim atque semel litigatores audivisset, sententiam ferret, tunc fortè dici posset, facilè fieri potuisse, ut litigatores aliquid omiserint. Nunc verò tanta festinatio non est primæ instantiæ; neque etiam esse debet; siquidem causa alicuius momenti sit. Actor quidem satis temporis habet ad deliberandum, antequam litem moveat. Reo verò induciæ ad deliberandum concedendæ sunt. Actor igitur agit: reus excipit: post intervallum aliquod ille replicat: hic duplicat: afferuntur probationes: certatur de vi earum: fertur sententia. An igitur homini, cui res cordi est, lite per tot vices repetitâ, adhuc facile erit aliquid omittere? Si enim primâ vice aliquid omisit, deinceps poterit addere. Qui autem post tot reciproces actus adhuc aliquid omisit, vix est, ut à culpâ excusetur.

Sed hoc etiam largiamur, fieri facilè posse, ut diligentes etiam aliquid prætermittant. Sciendum tamen est, facile etiam litigatores occasionem differendæ litis arripere. Sic igitur facilitati lapsus humani subvenire debent Leges, ut tamen nec temeritati & calumniæ ansam præbeant.

Necessaria, res inquiunt Imperatores, l. 6. §. 1. C. de appellat. fortè transmissa excludenda videtur. Sed quid fortè transmissum intelligimus? Semper enim dicent appellantes, id quod noviter allegant, fortè transmissum esse. Fortè autem calumniosè, fortè temerè, fortè negligenter id transmiserunt. Fortè id, quod transmissum esse dicitur, nihil ad causam pertinet. Fortè id attulissent in primâ instantiâ, nisi scivissent se satis temporis habere, culpam prioris instantiæ per appellationem reparandi. Ordinaria & quasi solemnis temerariorum hominum excusatio est: fortè hoc factum esse, quacunque ratione aliquid factum sit. Si hæc admittitur excusatio, indignè ferri non debet, quòd appellantes beneficio isto fortè abutantur, æquè ac antea rem necessariam fortè transmiserunt. Quapropter non quilibet promiscuè ad nova deducenda admittendus: sed illi, qui iustâ ratione, ab illis, qui temerè hoc petunt, distinguendi: atque illi admittendi; hi excludendi sunt: quod fieri eâ, quam nos proposuimus, ratione potest, si beneficium illud appellantibus ademptum, nonnisi petitâ restitutione in integrum concedatur.

Ad

Ad IV. Objectionem.

At neququam extra controversiam est, an litigatores adeò duriter tractandi sint, ut, si quid culpâ suâ praetermiserint, propterea beneficium nova deducendi ijs denegandum sit. Repugnare enim videtur receptis hominum opinioni. Propterea enim plures instantiae invicem succedentes introducuntur, quò, siquid forte in primâ neglectum sit, in secundâ & deinceps sequentibus culpa beneficio nova disceptationis resarciri possit. Addidimus supra cap. III. habere hanc opinionem etiam ex ICtis patronos haud contemnenda auctoritatis. Sed nulla est tanta autoritas, quæ nobis hoc persuadeat. Nec sperandum quicquam sanè fore in Iudiciis, quoad hæc opinio prævalebit. Scilicet notissima illa Iuris regula. Iura vigilantibus scripta esse l. 24. in fin. ff. quæ in fraud. cred. damnum, quod quis suâ culpâ sentit, sentire non intelligi l. 203 ff. de R. I. non negligentibus, sed necessitate rerum impeditis Iura subvenire l. 16. ff. ex quib. caus. maior. tua, inquam, Iuris regula in cæteris negotiis omnibus valebunt, in Iudiciis autem non valebunt? Quæ tanta diversitatis ratio? Quare opinio illa explodenda est. Hæc ipsa enim est, quæ omnes conatus emendandi processus toties susceptos irritos reddidit. Videamus tamen, quæ in contrarium objecta sunt, num probabilem aliquam speciem habeant.

Putant hujus sententiæ auctores vid. Hartm. Pist. quæst. jur. lib. 4. quæst. 25. n. 46., etiam fore graviorem delicto, si is, qui culpâ aliquid prætermisit, beneficio nova deducendi destitutus, tota cadere causâ cogatur. Videmur fortassis objectio alicuius momenti esse. Paulò attentius igitur considerari debet. Non digrediemur autem ad illam inter ICtos & Philosophos tam vexatam quæstionem de proportione pœnarum. Certum tamen est, pœnam ad delictum rectè accommodetur, non modum factum, sed omnes ejus circumstantias considerandas esse l. 16. ff. de pœn. Præcipuè verò in pœnis etiam publica utilitas spectanda est. Nam sæpè multis grassantibus exemplo opus est, uti autor est Vlpianus d. l. 16. in fin. Iam verò abusus beneficii nova deducendi fortè non adeò magnum crimen videtur: certè tamen propter perniciosas consequentias vel maximè exemplo est. Abusus enim istius beneficii peperit immortalitatem litium in Iudiciis appellationum. Hîc igitur exemplo opus videtur. Etiamsi igitur adeò gravis consequentia peccato gravior aliqua pœna statueretur: hoc durum videri non deberet. Sed hâc, inquam, disputatione impræsentiarum opus non est.

Sciendum igitur est, pœnam aliam per se, aliam per accidens esse. Pœnam per se voco, quæ nullum alium finem, quàm ultionem, vel coërcitionem, habet. Tales sunt pœnæ criminum, mulcta, item pœnæ civiles, dupli, tripli, quadrupli. Pœna autem per accidens est, quæ principaliter quidem alium finem spectat, quàm vindictam, vel coërcitionem: simul tamen accidit, ut crimen, vel culpa, per eam puniatur. Ex exemplis res clara erit. Vsucapiones v. gr. introducta sunt, ne dominia rerum in incerto sint l. 1. ff. de usuc. Hic est principalis finis. Accidit autem simul, ut negligentia eorum, qui res suas non inquirunt, coërceatur, quando-

quidem res suâ dominium amittunt Wesemb. par. ff. de usurp. & usuc. n. 13. Hæc igitur pœna ex accidenti est. Adhuc magis perspicuum exemplum est in eremodicio. Si enim litem contestatâ contumax quis exstat, eremodicium contrahitur, & causa ex unâ parte cognoscitur, etiam absente illo litis desertore l. properandum. § 2. 3. & 4. C. de Iudic. Eremodicium igitur pœna est contumaciæ, sed per accidens. Nam interdum ipse etiam contumax in eremodicio causam vincit. Tunc igitur in causâ principali nihil damni patitur. Itaque nec jure cognitio illa, quæ ex unâ parte instituitur, pœna est. Quoniam tamen res est periculi plena, & plerumque fit, ut contumax causam a suâ parte non instructam, adversario strenue agente, perdat: hinc plerumque in causâ etiam principali pœnam patitur. Sed hæc pœna ex accidenti est. Principalis autem eremodicii finis est, ut Iudicium exitum habeat. Aliud exemplum habemus in actionibus illis, quas Doctores ex parte alterius rei persecutorias, ex parte rei pœnales esse dicunt Glos. & Dd. in §. sequens. 1. de act. Schneidewin. in §. pœnales quoque eod. Natura enim suâ rei persecutoria sunt: ex accidenti verò quod interdum pœnales videantur, quod amplius ex lucrari non est hujus loci. In universum verò damnum, quod quis culpâ suâ accepit, in pœnam ipsi vergit, sed ex accidenti. Non enim eo fine damnum patitur, quò culpa ejus puniatur: sed damnum culpa ejus accidit. Itaque pœna ex accidenti culpam consequitur.

Iam verò inter hujusmodi pœnam & delictum ut proportio sit, nulla ratio jubet. Si enim ex accidenti tantum pœna est, propriè & principaliter pœna non est. Nec igitur ex natura pœnæ æstimanda est. Quando enim quis damnum aliquod culpa sua patitur, fieri potest, ut damnum grave sit, culpa levis. Rursus fieri potest, ut culpa gravis, damnum leve sit. Nam in ejusmodo casu damnum & pœna ex accidenti veniunt. Accidentia autem variè se habent. Manifestum hoc est exemplo terminorum præiudicialium. Si quis v. gr. intra decendium non appellet, cadit causa. Pœnam igitur patitur negligentia. Sed hæc pœna ex accidenti est. Non enim propterea statuta est, ut negligentia non appellantium coërceatur: sed propterea tam breve tempus constitutum est, ne autoritas rei judicata diu in suspenso sit. Quod autem simul negligentia tempus illud non observantium pœnâ patiatur, ex accidenti est. Si igitur decendium absque appellatione præterlabi passus causa cadat, qualis hîc proportio est inter culpam & pœnam? Nam intra decendium non appellasse, culpa non adeò magna est. Amissio autem causæ damnum sæpè gravissimum. Itaque durum videri poterat. Reverâ autem durum non est. Nec enim necesse est, ut inter culpam & damnum culpa acceptum proportio sit.

Nihil igitur obscurum amplius non est, quid de objectione illa sentiendum sit, quando dicunt, si propter negligentiam beneficio nova deducendi carendum sit, non fore proportionem inter pœnam & culpam. Hæc enim propriè non est pœna: sed est damnum culpa acceptum. Si enim præclusa via nova deducendi in Iudicio appellationis, litigatores inberentur omnia causa argumenta in prima instantia afferre, hujusce constitutionis finis foret, ut lites justo tempore finirentur. Accideret tamen simul, ut negligentes inde damnum & consequenter pœnam paterentur.

in tali verò pœnâ proportio quærenda non est. Non igitur negligens litigator, vel de Lege, vel de Iudice, sed de se ipse queri deberet: Si enim grave damnum passus esset; ipse esset, qui id sibi accersivisset. Evitare enim illud potuisset, si justam curam adhibuisset.

Præcipuum igitur fundamentum opinionis eorum, qui negligentiæ Litigatorum hic aliquid indulgendum censent, jam subvertimus. Reliqua eorum argumenta non sunt magni momenti. Deprompta enim sunt ex Legibus. Sed quoniam eas variè contorquent; dum alius generaliter eas intelligendas, alius interpretatione restringendas contendit; nos quidem in præsentiarum hanc disputationem ingredi volumus. Nam ipsis Legibus aliquid deesse, jam tum quidem ostendimus: infrà autem manifestius fiet, ubi docetur, quâ ratione factum sit, quod Iure Romano hac in parte plus, quàm fieri debuisset, litigatoribus indultum sit.

Ad V. Objectionem.

At tamen fortè ipsis Leges illas quis excusaverit ex eo capite, quòd ad hominum mores accommodatæ videantur, ut, quoniam impetrari non potest, ut justa cum cura litigatores judicium tractent, saltem beneficio nova deducendi indemnes serventur. Verùm an ita Leges moribus hominum accommodandæ sunt, ut etiam vitia foveantur? Vitiosis hominum moribus tunc rectè accommodantur Leges, si eos coërceant. Si autem vitia beneficiis foventur, necesse est, homines vitiosè agere. Mirum igitur non est, primam instantiam neminem magnopere curare. Sciunt enim, etsi quod neglectum sit in prima instantia, in Iudicio tamen appellationis beneficio nova deducendi rem salvam esse. Videlicet quando impunè peccare possunt homines, tunc peccant. Sed quando aliquid mali inde eventurum norunt, tunc sibi cavent. Fomentum igitur illud socordiæ, beneficium nova deducendi tollatur: & haud paulò aliam faciem Iudicia induere videbimus. Tunc enim in prima instantia sibi vigilandum credent, quia cogitabunt, cum his argumentis, quæ nunc proferent, aut vincendum, aut succumbendum esse. Utentur igitur occasione, dum præsens est, quam, si semel præterlapsa fuerit, non redituram scient. Sic verum erit, quod vulgò dici solet: Iura vigilantibus scripta esse. Qui verò hæc non considerabit, inconsideratæ suæ temeritatis pœnam ferat.

Ad VI. Objectionem.

Postquam satisfactum est rationibus, quæ suadere videbantur, etiam iis, qui in culpa aliqua sunt, beneficium nova deducendi dandum esse: consequens est, ut videamus, an iis, qui extra culpam, sunt aliquid detraxerimus. Quippe non videntur fortè omnes adeò perspicaces, ut quid causa expediat, statim animo assequantur: etiam prudentes facilè errant: ipsa causæ fiducia litigatores sæpè nimis securos facit. Sed si in prima instantia erant simplices & incauti, qua ratione tam repentè sapientes facti sunt? Scilicet postquam causam perdiderunt, tunc accuratiùs omnia expenderunt. Modò igitur in prima instantia eandem curam adhibuissent, æquè sapientes fuissent, ac nunc in Iudicio appellationis. Ergo propterea appellationes inventæ sunt, quò in prima instantia periculo litis facto, in altera & deinceps sequentibus, experimento doctior factus, eò melius rem gerat? quàm probabilis hæc est oratio? Sufficit igitur hîc generalis illa responsio. Aut illi, qui in prima instantia aliquid prætergressi sunt, errorem, aliàmve justam causam allegant; & satis per restitutionem in integrum consultum iis est: aut talem causam dicere non possunt; & magis per appellationem, quàm per restitutionem in integrum, iis subveniri justum non est.

Ad VII. Objectionem.

Quod attinet illud, quod de Advocatis & Procuratoribus afferebatur; ne hoc quidem quicquam efficit. Si patronus causæ aliquid neglexit, instituatur adversus eum actio Spec. t. de voc. §. ult. n. 17. & 18. sin solvendo non est, petatur restitutio in integrum Gail. 1. obs. 45. Non hoc Iuris est. Nulla hîc necessitas appellandi.

Ad VIII. Objectionem.

At enim propterea beneficium nova deducendi appellantibus datum est, quò exercitatis jam negotiis pleniori subveniatur veritatis lumine. Sanè quidem permittendum est litigatoribus, ut plenè causam instruant. Sed hoc non in infinitum permittendum est.

Est modus in rebus: sunt certi denique fines.

Aliàs enim litigatores semper plenius afferre veritatis lumen cupient. Iniungendum igitur iis, ut justo tempore tantum afferant lumen veritatis, quantum necesse est. Si quis autem hoc tempus, temerè perdat, vel negligat; quid est, quod Iudicem movere debeat, ut iterum eum audiat? In prima verè instantia tempus est, plenum veritatis lumen afferendi, quò Iudicis animus illustretur, ad assensum veritati præbendum. Tunc igitur in Iudicio appellationis pleniori lumine opus est. Sin plenum veritatis lumen prius Iudici oblatum non fuit, immeritò de eo conqueritur appellans, atque adeò injustè appellat.

Ad IX. Objectionem.

Veniamus nunc ad illas objectiones, quæ peculiariter restitutionem in integrum à nobis propositam respiciunt. An enim hoc jure litigatoribus, qui in prima instantia succubuerunt, iniunge passis, ut, si Iudicem malè iudicasse putent, appellent; sin se aliquid omisisse credant, restitutionem in integrum petant. de eo dubitari posset, propterea quòd litigantes sæpe dubitant, an culpa judicis, an sua imprudentia causam perdiderint. Posset fortassis hæc objectio scrupulum alicui facere. Sed modò perpendamus ea, quæ jam tum tradidimus, res haud magnam difficultatem habebit. Fatemur sanè, hodie litigatores, qui causa ceciderunt, sæpè dubios hærere. Neq; hoc mirum videri potest, si consideremus, neminem hodie primam instantiam magnopere curare. Beneficium enim nova deducendi litigatores in prima instantia securos facit: securitas negligentes, ac temerarios. Iam verò homines, qui negotia sua temerè tractant, cùm res alicuius eventus voto non respondet, ita quidem animo affecti sunt, ut culpa ipsi expertes esse velint, eamq; cuivisque aliò, quàm sibi, imputare malint: simul tamen etiam sua temeritatis conscii sunt. Cogitant igitur, si hoc aut illud fecissent, res fortè melius cessisset. Idem igitur in Iudicus evenit.

Postquam aliquis causâ cecidit, putat quidem Iudicem male iudicasse: simul tamen cogitat, si hoc, aut illud, adhuc attulisset, si aliquanto plenius causam explicuisset, tunc iustitiam causæ tanto evidentiorem futuram fuisse. Huic, fatendum est, si nunc ex improviso optio daretur, vel ex novis causis, vel ex aliis prioribus, correctionem sententiæ petendi; sine dubio lupum auribus teneret. Apparet autem hæsitationem istam ex temeritate litigantium venire. Temerarij enim, si quid ijs improvisi accidat, hæsitant: nesciunt, quam viam ingredi debeant. Sed circumspecti, & providi ad omnes casus parati sunt. Quoniam igitur socordiam & temeritatem istam præcipuè beneficium nova deducendi hactenus fovit; hoc abrogato, necessitas imponetur litigatoribus, primam instantiam iusta cum curâ tractandi. Si enim sciant, post primam instantiam non licere nova deducere, studebunt omnia afferre in primâ instantiâ. Qui verò hoc studuit, si nihilominus causa cadat, putetque se iniustè causa cadere, quid aliud dicere poterit, quàm Iudicem iniustè iudicasse? Non poterit igitur dubitare, quin appellet, & acta priora Superioris Iudicio subjiciat. Si quando verò ex inopinato aliquid emerserit, quod antea afferri non potuit; cum tamen res magni momenti videatur, quæ Iudicem ad aliam sententiam ferendam movere possit: tunc dubitare non poterit, quò minùs restitutionem in integrum petat. Sic igitur appellatione, & restitutione in integrum distinctis, non erit, quod litigatores, quibus res cordi est, vehementer ambigant, utrum remedium eligendum sit. Hæsitationi verò isti hodiernæ, quoniam ex litigatorum temeritate & socordia proficiscitur, indulgendum amplius non est. In principio litis qui dubitat, fortè adhuc excusabitur. Sed qui post totam causam jam semel actam adhuc dubitat, vix est, ut à suspicione temeritatis se liberet. Imò si is, qui aliquid neglexit in prima instantia, planè certus sit, se non deducta deducendo, non probata probando, posse causæ victoriam recuperare; non tamen audiendus est; sed damno suæ culpæ accepto relinquendus. Quantò minùs audiendus est, si dubitet, an nova argumenta aliquid utilitatis allatura sint? Queritur sententiam contra se latam esse iniustam: nec tamen certam causam dicere potest, quare sit iniusta, an causa sit culpa prioris Iudicis, an defectus aliquis argumentorum. Quomodo Iudici persuadebit, ut sententiam reformet, si ipse certam causam dicere non potest? Queritur primum appellans de priori Iudice. Sed huic rationi non multum fidit: itaque nova deducere tentat. Sed nec hìc expeditam viam invenit. Quid igitur faciat? Certè aut priora eum repetere, aut generaliter aliquid dicere, & in incerto vagari necesse est. Atque de hac generali & vagabunda conceptione libellorum gravaminum queritur Camera Imperialis in resolutione dubiorum loco suprà allegato, ubi etiam verba recitavimus cap. 30. Unde apparet, temeraria illa hæsitatio litigatorum quantum damni dederit. Libelli enim incerti, generales, alternativi, etiam in prima instantia prohibiti sunt. Quantò magis in secunda prohibiti esse debent? Sed si appellantes dubitare adhuc & hæsitare fas est, etiam in libellis eos in incerto vagari necesse est. Modò rectè consideremus, quanta res appellatio sit, facilè statuemus, an ei etiam concedenda sit, qui dubitat, utrum sibi, an Iudici causa perditæ litis adscribenda sit. Nam qui appellat, vel fidem, vel prudentiam, vel industriam Iudicis in dubium vocat. Hoc igitur temerè facere an leve crimen censemus? Hoc sufficere debet, quod facultas appellandi data sit litigatoribus, qui firmiter persuasi sunt, Iudicem iniquè iudicasse. Si autem & ijs, qui ne ipsi quidem planè hoc asserere audent, concedatur, quomodo autoritatem Iudiciorum conservabimus? Propterea enim Iudicia instituta sunt, ut Iudex pro eo, quod inter litigatores dubium est, sententia sua certum faciat. Litigatorum igitur est, in dubio autoritatem Iudicis sequi: non verò in dubio appellare, & de Iudice queri, & deinde in incerto vagari debent. Meritò enim hìc dicimus, quod alibi ICtus l. Prætor edixit. 7. pr. ff. de injur. Non debet vagari cum discrimine alienæ existimationis. *Quare satis manifestum est, hæsitationem istam appellantium non satis causæ esse, ad beneficium nova deducendi ipsis relinquendum.*

Planè autem omnem scrupulum nobis eximit exemplum revisionis Cameralis suprà explicatum. Nihil enim impedit, quò minùs utamur eodem argumento ad objectiones refellendas, quo usi sumus ad propositum nostrum confirmandum. Si igitur dubitatio litigatorum satis causæ esset ad beneficium nova deducendi appellantibus relinquendum; necesse fuisset, etiam revisionem petentibus illud concedere. Æquè enim, qui in Camera succubuerunt, dubitare possunt, an causa satis instructa fuerit, ac dubitant, qui in Ordinum Imperij Iudicijs succumbunt. Sed istorum quidem dubia in tanti æstimata non fuit, ut impediret, quò minùs necessitas ijs imponeretur, alterutram viam eligendi; videlicet, aut in superiori, id est, Revisorio Iudicio de iniquitate Iudicis conquerendi; aut in priori Iudicio, Camera scilicet Imperiali, restitutionem in integrum petendi. Quare nec litigatorum, qui in Ordinum Imperij Iudicijs succumbunt, dubitatio obstat, quò minùs ijs similis necessitas imponatur.

Ad X. Objectionem.

Restat, ut videamus, an via per restitutionem in integrum nova deducendi impeditior ac longior futura esset, quàm per appellationem. Iam tum autem suprà satis ostensum est: levamen hoc Iudicij appellationum maximum fore: in inferioribus autem Iudicijs tantum difficultatis huius rei tractationem non habituram. Litigatores sanè, fatendum est, non habebunt ampliùs adeò expeditam viam ad nova deducenda. Sed nec justum, aut utile est, facultatem hanc nova deducendi adeò in promptu esse, ac fuit hactenus. Facilitas enim ista, qua Leges erga litigatores hac in parte usæ sunt, temerarios eos reddidit, ac forum corrupit. Debent autem negotia humana iusta cum cura tractari. Imprimis Iudicijs studium & industria adhiberi debet, non tantùm ex parte Iudicis, sed ex parte etiam litigatorum.

Objicis: à denegata restitutione in integrum fortè appellabunt litigatores: & sic nihilominus venient ad Iudicium appellationis cum novis suis deducendis. Verùm non respondebo, etsi hoc metuendum esset, non tamen propterea primæ instantiæ Iudicio subtrahendum esse, quod ad eum pertinet. Ex eadem enim ratione sequeretur, omnino prætereundam esse primam instantiam, & statim causam in Iudicio appellationis instituendam esse. Hoc enim brevius esset. Sed non utar, inquam, hac responsione.

Hoc saltem dicam, metum illum inanem esse. Apparet sanè id, cùm in inferiori Iudicio restitutio in integrum denegata est. Non tamen tunc eo modo, quemadmodum hodie in Iudicio appellationis fit, non deducta deducere, non probata probare, & nova cum antiquis miscere, atque vel ex his, vel ex istis, sententiæ correctionem petere licebit. Sed proferat aliquis doceat ex iis, se priori Iudici non tantùm novas, easque satis graves rationes obtulisse; sed justum etiam impedimentum quod sibi obstiterit, quò minus ante latam sententiam eas protulerit, probasse: & sic restitutionem, quam à priori judice non impetravit, à superiori petat. At quotusquisque est, qui hoc præstare poterit? Si igitur pauci hoc efficere poterunt, pauci quoque illud audebunt. Nemo enim facilè audet, nisi quod se assequi posse sperat. Appellantes verò temerè ad beneficium nova deducendi provocare, mirum non est. Quoniam enim ipso jure hoc iis concessum hodie est; nihil est, quod obstet, quò minùs eo abutantur. Sed in restitutione in integrum causa cognitio temeritati obstat. Iterum nobis hic suffragatur exemplum Cameræ Imperialis. Quanquam enim post sententiam ab eâ latam nulla nova deductio vel probatio admittatur, nisi per restitutionem in integrum; Iudicio Revisorio querelâ tantum iniquitatis Iudicis reservatâ: attamen etiam à denegatâ restitutione in integrum revisionem petere licet. Nec tamen hoc adeò frequenter fit, ut metuendum sit, ne hac ratione per obliquum nova disceptationes ad Iudicium Revisorium trahantur. Quare metuendum etiam non est, ne per appellationes à restitutione in integrum in Iudiciis Ordinariis denegatâ nova causarum disceptationes, quasi obliquâ viâ, ad Cameram Imperialem perducantur.

CAPVT XI.

Quâ occasione beneficium nova deducendi introductum sit, explicatur: simul ex differentiis Iudiciorum veteris Romani, & nostri Imperii ostenditur, in illis beneficium illud quadantenus tolerari potuisse, in his verò non posse.

O*Bjectionibus plerisque quæ quidem alicujus momenti sunt, defuncti videmur. Superest tamen adhuc una maxima & difficillima. Videlicet ipsa autoritas Legum, quæ beneficium nova deducendi appellantibus, vel dederunt, vel confirmarunt, argumentum magnum est ad beneficium hoc ne relinquendum. Partes verò præcipuæ hîc Iuris Romano tribuenda sunt. Quanquam enim beneficium nova deducendi Iure etiam Canonico, Ordinatione Camerali, &, quæ passim obtinet, fori consuetudine, receptum sit: prima tamen origo ex Legibus Romanis est, quarum autoritatem, & Iura Canonica, & Imperii nostri Constitutiones sequuntur. Contra consensum igitur, tam diuturno, tam constanti usu receptarum Legum insurgere, quid aliud est, quàm* Sapientiorem esse velle Legibus: quod *teste Aristotele* lib. 1. Rhet. cap. 15. nu. 15. iis Legibus prohibetur, quæ in maximâ commendatione sunt. *Cum primis verò autoritas Iuris Romani temerè spernenda non est. Certè enim vereri, & sanctè custodire debemus tantum Sapientiæ thesaurum, in quo congerendo populi Romani, qui maximam Orbis terrarum partem Legibus diutissimè rexit, felicissima ingenia tot seculis laborarunt.*

Quare constitutionem aliquam illius Iuris mutare non debemus, nisi ad hoc gravibus quibusdam rationibus moveamur. Recensuimus quidem hactenus varia incommoda, quæ ex novis disceptationibus in Iudicio appellationis infinitis oriuntur: ostendimus etiam, quàm à ratione, fine, & instituto appellationis aliena sint: hæc tamen omnia nondum videntur sufficere. Quid enim? an dicimus hanc rationem agendi in Iudicio appellationis Iure Romano per errorem receptam fuisse? Hoc certè durum, Legislatorem in re tantâ erroris arguere.

Dixeris fortasse quispiam, in veteribus Iudiciis Romanis rationem illam in scriptis agendi, quâ hodie utimur, non adeò in usu fuisse: cùm igitur, & in primis instantiis, & in appellationum Iudiciis, causæ orarentur; antiqua & nova argumenta distinguere, non fuisse facile. Verùm aliquando recte novi aliquid immiscere, fortassis facilè fuisset appellantibus: plurima tamen, & ferè præcipua, verbi gratiâ testes, instrumenta, imò alia quæstio, alius status controversiæ, hæc, inquam, adeò manifesta sunt, ut novitas eorum diu latere non potuisset. Itaque aliam rationem subesse oportet. Ipsæ quidem Leges Romanæ rationes quasdam prætendunt, quas præcedente capite examinavimus, ubi levitas earum apparuit. Quare nec credere possumus, has rationes Legislatores Romanos, qui quidem primi beneficio nova deducendi eam, quam hodie habet, vim tribuerunt, vehementer movisse. Præterea verò tantò magis mirum videtur, quâ ratione beneficium nova deducendi Iure Romano in appellationibus introductum sit, quòd rationes, quibus illud impugnavimus, ex ipso Iure Romano petitæ sint. Quò igitur veram causam inveniamus, ipsarum appellationum origo & incrementa consideranda sunt. Quoniam enim valdè est, quod magis amplificet appellationem, quàm beneficium nova deducendi: valde verisimile est, rationem illius temporis, quo appellationes incrementum capere cœperunt, etiam beneficii nova deducendi causam & originem nobis aperturam esse.

Loco tum quidem in liberâ Rep. appellationes in usu erant. Provocabatur enim à Prætore ad tribunos plebis. Carol. Sigon. de Iudic. lib. 1. cap. 26. *An in civilibus & privatis causis adhuc aliud genus appellationis in usu fuerit, haud facile dictu est. Vestigia in antiquitate vix extant. Argumenta quædam etiam in contrarium suppetunt. Quin etiam à Prætore ad tribunos provocare rarum erat; & nonnisi in magnis injuriis, & arduis causis, fiebat. Quanta enim fuerit majestas illa imperii,* l. 11. ff. de Iust. & iur. *quo in liberâ Rep. pollebat Prætor Romanus, præter istius temporis historiam, & scriptores antiquos, docent nos illa quasi rudera potestatis istius, quæ in Iure nostro Civili hinc inde dispersa sunt. Hæc igitur tanti imperii majestas consistere non potuisset, si appellationum libertas & frequentia, quæ postmodum inolevit, in usu fuisset. Cæterùm occupatâ ab Imperatoribus Rep. appellationes magis magisque frequentari cœperunt. Suâ enim interesse credebant Imperatores, laxari frenum appellantibus. Sed quoniam hic incidimus in arcana dominationis veterum Imperatorum, hæc amplius explicanda sunt.*

Non audebant Imperatores Romani primis temporibus se Rep. dominos profiteri. Non audebant statum

statim ab initio voces istæ postea frequentatæ: Imperatorem mundi esse dominum l. 9. ff. ad leg. Rhod. de jact. *omnia esse Principis.* l. 4. C. de quadr. præscr. *Adeò magnificè loqui non erat ex usu istorum temporum. Quoniam enim ex doctrinâ Aristotelis*, lib. 5. Polit. c. 11. *duo sunt modi invadendi & conservandi dominatum; alter violentus; alter, ut ita loquar, sophisticus, dolis scilicet, simulationibus, & callidis commentis compositus: veteres quidem Imperatores Romani utrumque modum (nam & hoc fieri solere, observatum est Aristoteli)* lib. 5. Polit. c. 4. in fin. *conjungebant, & partim vi, partim dolis, prout res postulabant, imperium sibi firmabant. Quasi aliud enim agendo omnium rerum summam ad se trahebant, mirâ quâdam ratione hoc efficientes, ut Resp. quam dominatione suâ occupaverant, in pristino tamen statu relicta videretur. Pleni sunt harum artium Annales Taciti.* lib. 1. Annal. cap. 2. & cap. 7. libr. 3. Annal. cap. 60 & lib. 4. cap. 19. *Consulebatur adhuc Senatus; sed dicis tantum gratiâ. Nihil enim, nisi quod Principi placeret, decernere audebat. Potestas Magistratuum in angustum redigebatur. Manebant tamen nomina, insignia & magnifica illa species, quam in liberâ Rep. habuerant. Sic sanguinem mittebant absque dolore. Haud alia Iudiciorum fortuna esse debebat. Omnibus igitur modis, honestis tamen quibusdam praetextibus, minuebatur autoritas Magistratuum, qui Iurisdictioni praeerant. Quicquid enim Magistratibus detrahebatur, Principi accrescebat. Hoc est, quod de Tiberio narrat Tacitus.* lib. 1. Annal. cap. 75. Nec Patrum cognitione satiatus Iudiciis assidebat in cornu tribunalis, ne Prætorem curuli depelleret: multaque eo coram adversus ambitum & potentium preces constituta. *Historicus, more suo, paucis judicium suum subjicit:* Sed dum veritati consulitur, libertas corrumpebatur. *Taceo loca alia. Ad eundem igitur scopum dirigebantur appellationes. Cùm enim Imperatores, tanquam defensores plebis, nomen & officium Tribunorum plebis sibi sumpsissent; jus quoque recipiendi appellationes, quod antea Tribunorum fuerat, accipiebant; promptum sanè remedium ad incidendos nervos Iurisdictionis Magistratuum. Nam appellationes quidem etiam in bonâ Rep. utiles sunt ad Iudices in officio continendos. Modica tamen esse debent, & intra justos terminos exercita; ne autoritas Iudiciorum vilescat. Nam nihil est, quod magis infringat autoritatem Iudiciorum, quàm vaga & effrenes appellationes. Interdum tamen exigit ratio Status, ut Iudiciorum quorundam autoritas leviter infringatur: id quod modò ostendimus de statu Imperatorum. Non enim omnino tollere poterant Magistratus Iurisdictioni præfectos; quoniam species aliqua veteris Resp. relinquanda erat. In promptu tamē erat, vim ac potestatem eorum diminuere, specie defensionis, quam appellationes praeferunt. Quò verò appellationes laxiores; eò defensio major videtur. Ita Superior gratiam init: Inferior autoritatem amittit. Non igitur moderatus, sed laxus appellationum usus erat Imperatorum erat. Quomodo verò magis laxari frenum appellantibus potuisset, quàm cùm concederetur, non deducta deducere, non probata probare? Hoc enim est, quod breviter dicit ICtus*, lib. 3. in fin. ff. de appellat. *quibuscunque modis possis, provocationem prosequi licere. Ita enim ipsa judicialis disceptatio magnâ, fortè præcipuâ, ex parte ad Principis auditorium trahebatur. Nec obiter considerari debent verba illa Imperatoris:* libr. 37. in fin. C. de appellat. Novas etiam assertiones à partibus apud eundem, vel eosdem Iudices, addi, ad exemplum consultationis ad sacrum nostrum palatium introducendæ permittimus. *Ex quibus verbis non obscurè colligere licet, in sacro palatio primùm cœpisse nova deducendi consuetudinem, atque inde exemplum ad reliqua Iudicia manâsse. Prætextus verò satis speciosus erat: videlicet dandum esse appellantibus beneficium nova deducendi*, quò exercitatis jam negotiis pleniori subveniatur veritatis lumine, lib. per hanc. C. de temp. appell. *item aliud nihil in Iudiciis, quàm Iustitiam locum habere debere: ideoq; necessariam rem fortè transmissam non excludendam videri.* lib. 6. §. 1. C. de appell. *Sed fortassis responderi poterat id, quod in haud absimili re judicabat Tacitus:* Dum veritati nimiâ diligentiâ consulitur, libertas, *vel potiùs magistratuum & inferiorum judiciorum autoritas*, corrumpebatur.

Quanquam verò posterioribus temporibus, firmato jam diuturnitate principatu; tanto artificio, quo primi Imperatores usi fuerant, amplius opus non esset: mirum tamen non est, beneficium nova deducendi semel introductum, deinceps retentum esse. Nec enim à ratione status alienum, sed potiùs ei accommodatum censeri poterat, præsertim cùm specie quâdam benignitatis, licèt falsâ, niti videretur. Laxitas tamen appellationum, ne nimis damnosa esset, rursus certis quibusdam modis restringi cœpit. Prohibebatur in unâ eademque causâ tertiò provocare: l. un. C. ne liceat in unâ eâd. caus. tert. provoc. *ad peragendam appellationem annus, ex causâ biennium præfigebatur.* l. ult. C. de temp. appell. Nov. 49. pr. *Ita laxitate appellationum, quam beneficium nova deducendi introduxerat, rursus coercitâ, incommoda, quæ aliàs inde oriri poterant, minùs sentiebāntur.*

Quæ cùm ita sint, etsi meritò veneremur Ius Romanum; siquid tamen in eo occurrat veteris istius Imperii statui singulariter accommodatū (qualia certè nonnulla esse nemo negaverit) id ad nostram Remp. quæ à veteris Imperii Statu longè discrepat, trahi non debet. Nō enim omnia omnibus Reip. formis apta sūt In nonnullis quidem rebus hoc satis manifestum est: ideoque haud pauca aliter, ac iure Romano præscribuntur, apud nos instituta sunt. In aliis verò hoc discernere difficile est. Unde in Legibus delectum habere, rem magni judicii esse tradit Aristoteles, lib. 10. Nicom. cap. ult. *Non igitur mirum videri debet, si beneficium nova deducendi, quod ratio status veteris Imperii pepererat, in nostra etiam Iudicia introductum est. Creditum enim fortè fuit, appellationem rem tanti momenti non esse, ut diversitas status magnam in eâ differentiam faciat. Revera autem aliter se res habet. Appellationum enim Iudicia præcipua sunt: Iudicia verò insignis pars Reip.* Arist. libr. 4. Polit. cap. 14. & ult. *Diversa igitur Reip. forma huic quoque parti diversam formam induit. Hinc est quod Aristoteles* dict. cap. 14 *Oligarchiæ præscribat legem provocationis planè contrariam ei, quæ Politiæ accommodata est. Nihil igitur mirum, rationem tractandi Iudicium appellationis in veteri Imperio Romano pro istius temporis statu introductam nobis hodie non convenire.*

Veteri Imperio hoc utile erat, quod summum Imperatorium Iudicium in immensum evehebat;

inferiorum autem autoritatem deprimebat. Hæc autem inter alia laxa appellationes efficiebant. Laxitate verò appellationum etiam beneficium nova deducendi continetur. Nostri verò Imperij Resp. longè aliter se habet. Non enim æquè absoluta Unius dominationi subjicitur: sed certis quibusdam rationibus temperata est. Hoc igitur ei utile est, quod temperamentum hoc conservat. Quare nec summa Imperij Tribunalia nimis oneranda: nec Iudiciis Ordinum nimium detrahendum. Non ergo laxa appellationes nostræ Reip. conveniunt. Consequenter nec beneficium nova deducendi ei aptum est.

Primò enim hoc Iudiciis Ordinum detrimento est, quoniam, ut suprà dictum, magnam cognitionis partem iis subtrahit. In veteri Imperio Magistratus, qui Iurisdictioni præerant, quoniam non suam Iurisdictionem exercebant, sed Imperatori ministrabant, conqueri non poterant, etsi aliquid iis detraheretur. At in nostro Imperio meritò ægrè ferunt Ordines, si quid ipsis decedat. Deinde in veteri Imperio Romano beneficium nova deducendi autoritatem superiorum Iudiciorum extollebat. At nostri Imperij Iudiciis potiùs oneri est, tantumque abest, ut autoritatem eorum augeat, ut minuat potiùs. Hoc enim peperit, vel certè auxit, necessitatem variorum privilegiorum de non appellando; ut suprà explicatum. Certè etiam major Iudiciorum Imperij autoritas foret, si omnibus opem eorum implorantibus in tempore auxilium ferre possent. Quoniam igitur multitudo negotiorum hoc impedit; quod multitudine negotiorum summa Imperij Iudicia obruit, id autoritatem eorum deprimit. In hoc verò genere haud postremum locum obtinent nova appellationum disceptationes, quæ faciunt, ut Camera Imperialis sæpè majoris momenti negotia omittere, vel differre cogatur. In veteri Imperio ne hoc eveniret, periculum non erat. Omnia enim in Unius manu erant: poterat is facilè ad Iudicia adhibere tot vires, quot ad expedienda negotia necessarij erant. Nostra verò Cameræ Imperialis sustentatio cum quantis difficultatibus conjuncta est? quantum etiam abest, ut eo statu sit, quo esse debebat? Debebat quidem plus studij conferri ad Iudicium, quo magnam partem salus Reip. nititur, rectè constituendum. Sed fortassis gravia quædam Reip. nostræ tempora hoc non patiuntur. Quicquid ejus sit; differentia certè inter nostra, & veteris Imperij summa Iudicia perspicua est in eo, quod Veteris Imperij Iudicia ita institui facilè poterant, ut quantiscunque negotiis subeundis paria essent: nostra verò ita institui hactenus non potuerunt. Illis igitur, æquè ut nostris, à multitudine negotiorum cavendum non erat. Eâ demque ratione factum, ut disceptationes litium per varias instantias repetitæ veteri Imperio non æquè, ut nobis, graves fuerint. In Iudice enim non erat tanta mora: processus non habebat tot tricas: instantiæ non erant adeò diuturnæ, prima quidem triennium, secundis instantiis annus, ex causâ biennium statuebatur. Hæc igitur mora tolerabilis erat. Apud nos verò sæpè aliquot annorum decades una duravit instantia, præsertim cùm ad summa Iudicia perventum esset. Hinc Gailius 1. obs. 128. dicit, hoc vel præcipuè beneficio appellationis abutendi occasionem præbere, quòd appellantes fatalia prosequendæ appellationis anno, vel biennio, prout in veteri Imperio moris erat, non circumscribi sciant. Erat etiam in veteri Imperio processus appellationis longè expeditior, ac hodie est. Cessabant, vel rariùs incidebant quæstiones illæ attentatorũ, quæ ut capite secundo annotavimus, tantas sæpè turbas nobis dant. Subjectio enim longè addictior erat. Non audebant facilè inferiores Iudices, appellatione interpositâ, quicquam innovare, ne Superioris autoritatem contemnere viderentur. Itaque unicus ille titulus Iuris, Pendente appellatione nihil innovandum, plus tum solâ autoritate valebat, quàm omnes nostræ inhibitiones, mandata sententiæ paritoria. Prætereà statutum erat, ne in unâ eademque causâ sæpius, quàm bis, provocare liceret. Apud nos nec hoc constitui potuit. Camera enim Imperialis & tertias & quartas appellationes recipit. Gail. 1. obs. 72. n. 3. Myns. cent. 1. obs. 15. In veteri igitur Imperio beneficium nova deducendi statui illorum temporum accommodatum, & quasi contrariis quibusdam remediis temperatum, penè innoxium videbatur vel certè incommoda ejus minùs sentiebantur. Apud nos verò, remediis istis destitutos, virus suum quàm vehementissimè exeruit, attulitque pestilentem illum morbum, diuturnitatem litium.

Apparet igitur, tantum abesse, ut Ius Civile Romanum ad consuetudinem nova deducendi in Iudiciis appellationum recipiendam autoritatem præbere debuisset, ut potiùs differentia inter nostra, & veteris Imperij tempora, movere nos debuissent, ut eâ constitutione abstineremus. Quoniam tamen tantum in eo situm esse, non adeò manifestum est, ut primo statim intuitu in oculos incurrat; præsertim cùm speciosi quidem prætextus obtenti sint; hinc factum, ut beneficium nova deducendi in nostra Iudicia, à quibus arceri debuisset, nemine contradicente, irrepserit. Accessit deinde supina illa litigatorum securitas ex spe & fiducia istius beneficij orta. Cùm enim nossent, levem esse primæ instantiæ jacturam, restare Iudicium appellationis, posse ibi non deducta deduci, non probata probari, nemo hactenus primam instantiam valdè curavit, eamvè singulari studio dignam judicavit. Inde invaluit opinio ista, non posse nos sine detrimento veritatis & justitiæ beneficio per appellationem nova deducendi carere: sæpè enim aliàs justam causam perditum iri. Nam cùm quotidie cerneretur litigatorum temeritas & socordia, creditum fuit, haud facilè impetratum iri ab iis, ut in primâ statim instantiâ omnia, quæ ad causam necessaria, afferant. Cæterùm causa illius temeritatis & socordiæ, quâ primam instantiam negligunt, inquiri debuisset. Causa enim nulla alia est, quàm fiducia, quam fecit beneficium nova deducendi. Itaque quoad hoc habebunt appellantes, verum est, impetratum non iri, ut litigatores primæ instantiæ diligentiam adhibeant. Sed hoc beneficio udempto, somnolentiam iis periculum, in quo versantur, excutiet; cùm cogitabunt, quicquid nunc transmissum fuerit, in perniciem suam redundaturum, & cum discrimine amissionis causæ conjunctum fore. Sed quoniam hoc duriusculum visum est; Leges nostræ ægrotantes litigatores morbo suo relinquere maluerunt, quàm diætam paulò adstrictiorem iis præscribere: & conplexibus temeritatis & negligentiæ, quale beneficium nova deducendi est, iis relinquere coacta sunt; quandoquidem necessitatem consideratè & diligenter primam instantiam obeundi iis imponere veritæ sunt. Penè igitur idem, quod Historicus Romanus Liv. lib. 1. scribit, dicere possumus, ad ea nos tempora pervenisse, quibus, nec vitia nostra, nec remedia, pati possumus.

Quoniam tamen mala, quæ inde evenerunt, graviter

fore

foro nostro incubuerunt, intelligi cœpit, restaurationes litium, quæ per appellationes fiunt longè plus incommodorum & molestiarum apud nos habere, ac in veteri Imperio Romano habuerant. Itaq; remedia quædam excogitari cœperunt, quibus litium repetitiones in prioris instantia Iudicio, potiùs quàm in Iudicio appellationis, instituerentur. Ad hunc sanè scopum digitum intendere videntur illæ leuterationes & supplicationes, quæ in quibusdam Germaniæ Iudicijs contra autoritatem Iuris Civilis Romani introductæ sunt. De hoc igitur instituto aliquid dicendum est.

CAPTV XII.

Ad sententiam nostram confirmandam origo leuterationum, & supplicationum, exponitur: quæriturque, an nova causæ disceptatio omnino per restitutionem in integrum, an etiam per supplicationem aut leuterationem in inferioribus Iudicijs instituenda sit.

IVre Romano peculiare aliquod genus provocationis à Præfecto Prætorio ad principem traditur, quod supplicatio vocatur. Peperit autem & hoc Ratio status in veteri Romano Imperio. Cùm enim Imperatores Præfectum Prætorio ad tantum fastigium evexissent, ut sibi penè æqualem reddidissent; appellatio à Præfecto Prætorio; æquè ac à Principe interdicta erat l. un. §. 1. ff de off. Præf. Præt. Cùm tamen posteriores Imperatores invidendam hanc Præfecturæ potestatem paulatim varijs modis accidere̅t, Panciro l. in Not. Imp. Orient. c. 5. liberam quoq; illam & αὐτόνομον judicandi potestatem minuerunt, suæque rursus censuræ subjecerunt: datâ litigatoribus facultate, loco appellationis, adversus sententiam Præfecti Prætorio Principi supplicandi. l. 5. C. d prec. Imp. offer. Est igitur supplicatio nihil aliud, quàm subsidiaria quædam, & leniori vocabulo emollita provocatio. Sunt tamen inter appellationem & supplicationem aliquæ differentiæ: inter quas haud postrema est, quòd appellatio executionem suspendat, supplicatio non item. Iustinianus autem Nov. 119 cap. 5. etiam hac parte litigatoribus consulere voluit; constituitq; ut petitione Præfecto Prætorio intra decem dies oblatâ, non liceret sententiam executioni mandare, nisi victor caverit, se judicatum restiturum, si fortè sententia in judicio supplicationis retractata fuerit. An hoc ita intelligendum sit, quòd ipse Præfectus Prætorio causam ex integro cognoscere debeat; an petitio ei oblata nihil aliud, quàm exactionem cautionis respiciat, judicio supplicationis nihilominus apud Principem peragendo, non satis manifestum est. Equidem posterior interpretatio vero similior, & menti Imperatoris accommodatior videtur: eamque Interpretes nonnulli amplecti videntur, qui statuunt, retractationem sententiæ per supplicationem nonnisi à Principe fieri posse. Vide apud. Beuder. de Revis. conclus. 1. n. 3. Irnerius tamen in Auth. Quæ supplicatio. C. de prec. Imper. offer. in priorem sententiam inclinare videtur, quem etiam Doctores D.d. in auth. quæ supplicatio. C. de prec. Imp. off. Specul. de supplic. §. supplicari. n. 2. Rebuff. tract. de suppl. qu. 11. diff. 3. Marant. de appell. n. 12. communiter sequuntur; quandoquidem statuunt, per viam supplicationis non tantum superiorem, sed etiam eundem Iudicem iterum adiri posse.

Cæterùm in Iure Civili non extat vestigium cujusquam alius supplicationis, quàm istius, quæ fit adversus sententiam Præfecti Prætorio, ob rationem à nobis expositam. Doctores tamen eam mirum in modum interpretatione extenderunt. Tradunt enim, supplicationem esse subsidiarium remedium, quod iis casibus, in quibus appellatio prohibita est, co̅petat. Mynsi. 6. obs. 15. Rebuff in tract. de supplic. q. 2. in fin. Nec tamen omnibus casibus, in quibus appellare non licet, supplicationem subsidio esse volunt, sed tunc saltem, quando appellatio propter excellentiam Iudicis prohibita est. Ias. in Auth. quæ supplicatio. C. de prec. Imp. offer. Mar. de appell. n. 14. Nonnulli tamen testantur, hanc restrictionem usu non adeò accuratè observari Ferrat. Montan. de supplic. usu. cap. 4. §. etenim non admittitur. Rebuff. d. tract. q. 9. casu. 4. Alij ita statuere malunt: Dec. cons. 533. n. 2. appellatione speciali quâdam ex causâ citra culpâ partis remotâ, jus supplicandi competere: secus esse, si appellatio jure communi prohibita sit. Qui igitur à beneficio appellationis propter privilegiu̅ Iudicis de non appellando exclusus est, à supplicationis remedio exclusus non censetur. An si summa, infra quam appellare non licet, Lege generali determinata sit, idem juris sit, controversum quidem olim fuit: Berder. de revis. conclus. 27. hodie autem Constitutionibus Imperij nostri decisum est. Constitutum enim est R. A. zu Speyr. An 1600. §. Es sol aber. R. A. zu Regenspurg. An. 1654. §. Doch mit diesem Zusatz, ut, si judicatum non attingat summam appellationibus præfixam, eidem Iudici per viam supplicationis gravamina offerre, & reformationem sententiæ petere liceat. Sed statuta & consuetudines nonnullorum locorum Germaniæ adhuc longè ulteriùs progressa sunt, permiseruntque supplicationem ad eundem Iudicem etiam iis casibus, quibus appellare licebat. Exemplo præivisse videntur Saxones leuterationibus introductis, quibus litigatori victo apud eundem Iudicem iterum instare permittitur. Facilè autem apparet, hæc omnia contra autoritatem Iuris Civilis Romani instituta esse. Nam eo Iure, latâ semel sententiâ, Iudex, qui eam tulit, eam mutare aut corrigere ampliùs nequit: l. 14. 7. 42. ff de re judic. nec litigatori eâdem de causa eundem Iudicem denuo compellare, nisi fortè restitutio in integrum petatur, licet. Semel enim Iudex fungi officio dicitur, bene sive malè l. 55. ff. eod. Mirum igitur videtur, qua ratione leuterationes & hodiernæ illæ supplicationes ad eundem Iudicem, quæ in quorundam Ordinum Imperij Iudiciis in usu sunt, contra autoritatem Iuris Romani introductæ sint. Res autem ita se habere videtur

Quoniam Ius Romanum appellationes non tantùm ad fraudes & errores Iudicum corrigendos, sed etia̅ ad negligentiam & temeritatem litigatorum, qui fortè causam in primo Iudicio non plenè instruxerunt, sublevandam, adhibuit, autoritatem illius hac in re secuti quidem sumus: animadverti tamen paulatim cœpit, quot, quantaque incommoda ex illa restauratione litium, quæ per appellationes Iure Romano conceduntur, orirentur. Indignum etiam visum, ad Superiorem statim irruere, cui ab Inferiori Iudice injuria nulla facta sit, cùm quamplurimi appellent, non quòd de Iudice querendi causam habeant, sed quod repetita disceptatione, dum pleniùs causa discutitur, victoriam se recuperaturos sperent. Si igitur hoc maximè litigatoribus concedendum; credidunt tamen non

immeritò fuit, in ipso Iudicio, in quo causa acta fuit, & meliori Iure, & minori cum difficultate, novam illam uberioremque causæ deductionem institui posse. Sic enim futurum erat, ut multi circuitus, qui per appellationes invehuntur, multique sumptus evitarentur, & quod præcipuum est, autoritati Iudiciorum consuleretur. vid. Gilhaus. arbor. Iudic. cap. 8. part. 7. Ejusdem & Iure Civili Romano, restitutione in integrum petitâ, nova in eodem Iudicio afferre licet. Sed hæc difficulter impetratur propter causæ cognitionem. Litigantes verò plerumque non habent causam in promptu, qua restitutionem petant. Nemo igitur, cui ad superiorem appellatio pateret, restitutionem in integrum petiturus erat. Quare ad litigatores in eodem Iudicio retinendos remedium æquè facile & expeditum, ac appellatio est, dandum fuit. Tale igitur remedium Saxones introduxerunt, quod leuterationem vocarunt; quasi causæ pleniorem declarationem dixeris; non quòd interpretatio sententiæ obscuræ, quod Iure Civili etiam licet, petatur (meritò hoc rejicit Carpzovius), de Proc. tit. 17. n. 13. sed quòd ipsi litigatores causæ argumenta amplius declarent, & uberius explicent. Alibi vero, animadversâ hujus instituti utilitate, simile quippiam constitutum est. Què tamen Iuris Civilis magìs autoritatem secuti viderentur, non leuterationem, sed supplicationem vocarunt. Revera autem hæ supplicationes non ex Iure Civili veniunt: sed instar leuterationum statuto vel consuetudine propterea introducta sunt, quo pleniores illæ causarum tractationes, quæ lite semel per sententiam definitâ, denuo litigatoribus concedendæ videbantur, à Iudicio appellationis ad ipsum prioris instantiæ Iudicem retraherentur. Quòd si igitur leuterantes, vel supplicantes nova, eaque satis gravia argumenta attulerint, non possunt dubitare, quin causam ex integro instructam eiusdem Iudicis judicio denuo subjiciant. Quoniam tamen sæpè, non tam novis, quàm prioribus, argumentis innituntur; quo casu prior Iudex suspectus esse potest: quò & huic rei subveniretur, adeoque nihil, aut parùm deesset, quò minus leuteratio, aut supplicatio, æquè pingue remedium esset, ac appellatio; transmissio actorum ad Collegia Iuridica inventa est: id quod Lege Imperii confirmatum est in iis casibus, in quibus non datur appellatio ad Cameram Imperialem. R. A. zu Regenspurg An. 1654. §. Doch mit diesem Zusatz. Alicubi verò transmissio actorum locum non habet: sed ipse Iudex denuo causam cognoscit. Carpzov. de process. tit. 17. n. 24. Vult. de Iud. l. 3. cap. 10.

Apparet igitur, quoniam in veteri Imperio Romano omnia ad Superiorem vergebant, Ius Romanum per beneficium nova deducendi appellantibus datum litigatores ad superius Iudicium allicere: nos verò, quoniam inferiorum etiam Iudiciorum autoritas conservanda videbatur, in contrarium nisi cœpimus, & litigatores in ipso priori Iudicio retinere conati sumus, dato iis ibi nova deducendi beneficio per leuterationem, aut supplicationem. Collimant igitur hæc instituta quodammodo ad eam sententiam, quam nos proposuimus. Superest saltem, ut diversæ illæ quæstiones, an Iudex malè judicaverit, an litigatores aliquid omiserint, quæ quæstiones, & in appellationibus, & in supplicationibus, & in leuterationibus, confunduntur, distinguantur, & altera superiori, altera inferiori Iudicio attribuatur. Sic enim res rectè se habebunt.

Quæri autem potest, adempto appellantibus beneficio nova deducendi, an nova disceptatio in inferiori Iudicio nonnisi per petitionem restitutionis in integrum instituenda sit; an verò leuterationes, vel supplicationes, ubi eæ remedia in usu sunt, huic rei inservire debeant. Sanè si consuetudini, quæ molevit, & quæ inde orta est, hominum opinioni, quâ credunt, non posse causam in unâ instantiâ satis ventilari, sed quò plenè instruatur, disceptationem aliquoties redintegrandam esse, si, inquam, huic opinioni aliquid tribuendum esset, tunc, fatendum est, longè forent tolerabiliores istiusmodi restaurationes, quæ in eodem Iudicio per supplicationem, aut leuterationem, quàm quæ in superiori per appellationem fiunt. Sed quid de hâc opinione statuendum sit, satis superque expositum est. Lite enim semel ritè finitâ, nova disceptatio litigatoribus permittenda non est, nisi propter impedimentum, aliamve gravem causam, quæ probanda, & cognoscenda est. Itaque beneficium nova deducendi nonnisi per restitutionem in integrum; vel si maximè in supplicatione, aut leuteratione ei locus detur, non tamen absque causæ cognitione, qualis in restitutione in integrum adhiberi consuevit, concedendum videtur. Regula etiam illa Iuris Civilis, quâ Iudex semel officio suo fungi dicitur, benè sive malè, non caret ratione. Nam antequam sententiam ferat, deliberare, & cuncta rimari debet. Sed postquam sententiam tulit, tunc eam tueri debet. Deliberandum enim est diu, quod statuendum est semel: postquam verò semel aliquid statutum est, tunc ratum ac firmum esse debet. Rectè igitur dicitur Iudex semel officio fungi, benè sive malè. At longè adhuc rectius, litigatores semel fungi officio, benè sive malè. Nulla enim gravior calamitas forum nostrum affligit, quàm desultoria illa levitas, quâ lites in primis instantiis tractantur, in secundis restaurantur. Sed nolumus hìc de re contendere. Hoc enim præcipuè ostendere propositum nobis fuit, in Camerâ Imperiali beneficium in causis appellationum nova deducendi abrogandum: novas illas disceptationes, si quando iis post latam jam sententiam opus esse accidat, in ipsis Ordinum Imperii Iudiciis instituendas esse. Sive igitur omnino hoc fiat per restitutionem in integrum, causâ cognitâ, quod optimum erit, sive tantum hodiernæ consuetudini adhuc indulgeatur, ut per leuterationes, aut supplicationes, ubi eæ remedia in usu sunt, nova afferre concedatur: modò Camera Imperialis onere isto liberetur, fructus, qui inde percipietur, satis magnus erit.

CAPUT XIII.

Processus in Iudicio appellationis, beneficio nova deducendi abolito, instituendus exponitur, additis casibus quibusdam specialibus, in quibus nova disceptatio appellantibus concedi debet.

Abolito beneficio nova deducendi, quæri potest, quomodo ergo processus in Iudicio appellationis instituendus sit. Sed hæc quæstio non habet magnam difficultatem. Constitutum enim jam tum est, appellantes, si nova deducenda, vel probanda, non habeant, statim ad acta priora concludere debere; R. A. zu Regenspurg. An. 1654. §. Auch in Fällen. quemadmodum etiam fit in appellationibus ab interlocutoriâ, in quibus beneficium L. per hanc. C. de temp. appell. locum non habet. Ord. Cam. p. 3. t. 31. §. Und so fern. Abolito igitur beneficio nova deducendi, quoad merita causæ hic erit processus prosequendæ appellatio-

nis,

eat, restitutum ad acta priora utrinque concludatur: si fiat antem formulam, exceptiones non devolutæ, vel deserta appellationis; & id genus alia quæstiones, si incidant, antiquo stylo relinquenda sunt. Cas enim hic provisum est.

Quoniam tamen exemplo revisionis Cameralis ad sententiam usq; non confirmandam usi fuimus, fortassis haud incongruum etiam foret, Iudicium appellationis ad exemplum Iudicij Revisorij Ord. Cam. p. 3. t. 53. §. Erstlich soll. *instituere, ita ut à singulis partibus unum scriptum, absque ullo tamen novo argumento, recipiatur. Hic enim nullam moram facere posset. Quippe appellans libellum gravaminum una cum processibus appellationis appellato insinuandum curare;* R. A. zu Regenspurg. An. 1654. §. Zu Beförderung. *hic verò in prima instantia terminum reproductis prisc. sua responsione afferre deberet.* Eod. Recel. §. Wann auch bey außbringung. *Tunc verò nulla amplius disceptationi litigatoribus in causâ principali permissâ, partes Iudicis insperent. Videtur autem Iudici in causæ cognitione hoc adjumento fore, si cognitis utriusque partis argumentis, cum rationibus decidendi, quas Iudex Inferior brevissimè cum actis priorib. transmittere tenetur, eas contulerit. Præter exemplum revisionis Cameralis movere etiam nos potest id, quod de appellationib. à Medentionibus Circulorum constitutum est, in quibus nulla nova deductione permissa uno tantum scripto gravamina exponere conceditur.* vid. sup. cap. 9. *Accedit autoritas Iuris Civilis Romani, quod, etsi nihil novi afferatur, causam tamen appellationis reddere, & iniquitatem Iudicis brevi commemoratione explanare concedit.* l. amplioræm §. 1. C. de appell. *Aut igitur planè nihil, præter instrumentum appellationis, & ea quæ ad justificationem formalium pertinent, aut à singulis litigatoribus unicum scriptum recipiendum est: id quod etiam in arbitrium litigatorum conferri posset.*

Quoniam verò nulla ferè regula adeò firma est, quin admittat aliquam exceptionem; restat, ut quæramus, annon certis nonnunquam specialibus casibus beneficium nova deducendi appellantibus concedendum sit. Deducemus autem exceptiones ex iisdem principiis, ex quibus regulam extruximus. Appellatio autem est querela de injustitia Iudicis, sive ea dolo, sive errore, negligentiâ, aut imperitiâ, commissa sit. Iudicis autem officium præcipuè in sententiâ definitivâ ferendâ consistit. Est autem adhuc aliud ejus officium, videlicet quod in dirigendo processu versatur. Sed primum illud præcipuum est; alterum autem huic subservit. Prætorius igitur etiam Iudex sententia definitiva litigatores lædit. Argumento est, quòd litigatores sæpè, etsi sub ordinarij Iudicis directione processum instituerint, non tamen causæ principalis decisionem ei committere audeant, sed transmissionem actorum petunt. Quare appellatio etiam præcipuè ad injustitiam sententiæ definitivæ corrigendam spectat. Hinc appellatio Iure Civili regulariter ante sententiam definitivam non permittitur, l. 16. C. de iud. l. 7. C. quor. appell. non rec. Ordin. Cam. p. 2. tit. 28. §. fin. & ... §. 4. Gail. 1. obs. 129. *Quo autem injustitia à Iudice in sententia definitiva commissa corrigatur, nova saltem dispiciatur coram Superiori Iudice instituenda est.*

Quandoque tamen accidit, ut Iudex etiam in processu dirigendo injuriam fecerit, impedivitque litigatores, quominus causam planè instruerent; si v. gr. turbulenter & præcipitanter causam cognoverit, si dilationem justis ex causis petitam denegaverit, vel nimis angustam concesserit: si defensionem aut probationem non admiserit. His igitur casibus, quoniam per ipsum Iudicem stetit, quo minus in prima instantia omnia afferrentur, ut hæc Iudicis injuria corrigatur, beneficium nova deducendi in Iudicio appellationis concedendum est: Nam etiam appellans ab interlocutoria nova coram Iudice appellationis deducere potest, quando ad ea proponenda ab Inferiori Iudice non fuit admissus. Marant. p. 6. tit. de app. n. 166. *Sed hoc fieri non debet, nisi causâ cognitâ. Qui enim ex hâc causa nova deducere cupit, probare debet, impedimentum sibi à Iudice prioris instantiæ injectum fuisse. Probatio autem haud difficulter ex actis fieri poterit.*

Deinde etsi appellans hac de re non conqueratur: si tamen Iudici appellationis dubium aliquod in causa supersit, rectè, rescissa conclusione, alterutri parti injungit, ut caput aliud, in quo scrupulum haeret, pleniùs explicet, vel probet. Ratio est, quòd tunc ex ipsis actis eluceat, Iudicem priorem causam non satis exactè cognovisse. Iudicis enim est cuncta rimari. c. Iudicantem. 30. q. 5. *Debuisset igitur conclusionem rescindere, & veritatem, quæ nondum apparet, investigare:* Gail. 1. Obs. 107. *quod quoniam omisit, à Iudice appellationis adhuc fieri debet. Suprà enim ostendimus, appellationem reducere debere statum causæ ad tempus conclusionis in priori instantia factæ.* cap. 7. *Quodcunque igitur Iudici priori post conclusionem licuit, id adhuc Iudici appellationis licet. Atque hoc etiam hodie interdum fieri solet, ut licet appellans, & appellatus, ad acta priora concluserint, Camera tamen Imperialis ex certis aliqua causa capitulis ulteriorem deductionem injungat. Manifestum erit ex formula sententiæ, quam subjicimus.* In sachen N. N. ist von Ambts wegen die *ad acta priora* beschehne *conclusion* hiemit *rescendirt* / Und D. N. was sich uff die *in priori instantia* einkommene *replicas*. §. Anlangend zum Zweiten / Und darin *sub lit. H.* angezogene Beylagen / *in specie* zuhandeln gebührt / wie auch die in selbiger Beylag verzeichnete *exempla* gleichmässiger *assignation originaliter*, oder sonsten *in forma probanti* zu produciren / zeit zwey Monat *pro T. & P. V. A.* hiemit angesetzet / mit dem Anhang / wo er solchem also nicht nachkommen wird / daß alsdann die Sach vor beschlossen hiemit angenommen seyn / und ferner ergehen solle / was Recht ist.

Multò magis nova causæ disceptatio in Iudicio appellationis instituenda est, si prioris instantiæ processus insanabilibus (ut vocantur) nullitatibus laboret, si omnia confusa, processus inordinatus, acta manca sint. Tunc enim processus nullus declaratur, & partibus ut in Iudicio appellationis ex integro agant, injungi debet. Gail. 1. obs. 42. n. 6. Myns. cent. 1. obs. 20. & cent. 2. obs. 16. Gilman. tom. 4. part. vot. 75. n. 112. *Pœna etiam tali casu inferiori Iudici quandoque infligi solet.*

Præterea hoc quoque prætereundum non est, quòd regulariter quidem ante sententiam definitivam appellare non liceat: si tamen sententia interlocutoria in ipsa causa principali præjudicium faciat, vel irreparabile damnum contineat, tunc etiam ab interlocutoria appellari licet. In hoc igitur appellationis iure etiam hodie nobis beneficium nova deducendi locum non habere, notum est. Quòd si autem Iudex confirmet priorem sententiam, causa remittitur ad priorem Iudicem.

ut coram eo peragatur. Sin priorem sententiam reformet; causa retinetur in superiori Iudicio: atque ibi tum processus consummatur. Gail. 1. obs. 131. Hic autem processus instante manifestum est, non continet exceptionem à regula, quâ beneficium nova deducendi abrogari debere diximus. Longè enim aliâ ratione nititur, quàm beneficio nova deducendi. Quoniam enim processus per appellationem interruptus est; appellatione justâ pronunciatâ necessitate quâdam in Iudicio superiori continuandus est; quandoquidem ad eum, qui semel gravatus, quoniam inposterum etiam gravare præsumitur, causa remitti non debet. Gail. dict. loc. n. 1.

Similiter in numerum exceptionum referri non debent appellationes extrajudiciales, quamvis in his etiam novus processus instituendus sit. Sunt enim potius provocationes ad causam R. A. zu Regenspurg Anno 1594. §. wann aber von gemeiner. Kietzel. de appell. cap. 3. n. 4. Quoniam igitur hoc appellationis genus plane irregulare est; ordinario appellationum jure censeri non debet.

Sed de ratione emendandi processus appellationum satis dictum est. Consequens est, ut ad alteram consultationis nostræ partem transeamus, videamusque quomodo temeritas illa appellantium, qui nullis, vel frivolis, ex causis ad appellationem ruunt, coercenda sit.

CONSVLTATIONIS

PARS POSTERIOR

DE

TEMERITATE APPELLANTIVM COERCENDA.

CAPVT I.

An juramentum calumniæ in singulis causis ab Advocatis exigere, utile institutum sit.

QVanquam prior Consultationis nostræ pars præcipuè emendationem processus respiciat: haud parùm tamen ad hanc quoque partem adjumenti confert, quâ quærimus, quomodo temeritati frivolè appellantium occurrendum sit. Ostensum enim est negligentiam ac præcipitantiam litigatorum sæpe cogere eos, ut ad Superiorem provocent, quo culpam in primâ instantiâ commissam beneficio nova deducendi emendent. Quoniam igitur hoc beneficio adempto, litigatores aut in primâ instantiâ vigilare, aut negligentiæ suæ pœnam ferre coguntur; neminemque amplius spes, quam ex beneficio nova deducendi se ostendere videtur, ad appellandum alliciet; atque etiam numerus appellantium minuetur. Sed quoniam hoc nondum sufficere videtur; adhuc alia remedia quærenda sunt.

Quoniam autem præcipua remedia, quæ Leges nostræ temeritati appellantium opposuerunt, sunt: primò juramentum calumniæ; & à principalibus litigatoribus, & ab Advocatis præstandum, deinde pœna temerè appellantium: propositum à ratio est exponere, quæ hæc non majorem, quàm experientia docuit, utilitatem; [illegible] remedia, quærere [illegible]

videamus, si fortè isthæc sufficiant; tum ut investigando, quid ipsis desit, simul, quomodo defectus ille supplendus sit, intelligamus, atque sic hac via manuducamur ad idoneas temeritatis appellantium coërtitiones inveniendas. De juramento verò calumniæ principalium litigatorum jam eum in principio prioris partis diximus. Nunc igitur quærendum, an in juramento Advocatorum plus præsidij collocatum sit. Notæ enim sunt illæ invectivæ, quibus contra fraudes & versutiam Causidicorum declamant. vid. Rip. tract. de Pest. cap. 5. n. 218. Tantò magis igitur ab iis cavendum dicunt, quo melius calumniari norunt. Setser. de juram. lib. 3. cap. 4. n. 82. Sanè Imperator Iustinianus, antequam conderet Legem de perjurando calumniæ ab actore & reo præstando, l. 2. C. de jurej. propt. calumn. dand. jam promulgaverat Legem, quâ Patroni causarum in singulis causis jurare jubentur. l. Rem non novam. 14. C. de Iudic. Quid igitur ille magis necessarium judicaverit, non est obscurum.

Non desunt tamen qui juramento Advocatorum adhuc minus tribuendum putant, quàm juramento principalium litigatorum. Qui juramentum calumniæ ab Advocatis in singulis causis exigere, institutum dicunt noxium magis, quàm utile esse. Primò certè negari non potest, vulgus Causidicorum eadem levitate, quâ principales litigatores, & litigare, & appellare, & de calumniâ jurare. Quoniam enim eos spes lucri magis ad victoriam, quàm amor justitiæ ad veritatem quærendam stimulat, tali affectu abrepti, iisdem vitiis obnoxij fiunt, quibus principales litigatores subjecti sunt. Si igitur istæ in principalibus litigatoribus juramento calumniæ non coercentur, non coercentur etiam in patronis causarum. Hinc Hen. Geden. decis. cons. 10. n. 26. non magis eos curare juramentum, quàm antiqua & ruinosa domus fumum. Memorabile est, quod refert Mindanus de process. in epist. dedic. de moribundo quodam procuratore, cujus extrema vox fuit: ô juramentum calumniæ! Sed hæc de plebe Causidicorum, ut ita loquar, intelligenda sunt.

Quod autem attinet viros honestos & graves, qui munus suum non castè solum, & innocenter, sed & considerate & industriâ cum curâ exercent, adversus hos, quoniam calumnia ab iis metui non potest, juramento ne quidem opus esset. Interim tamen eos juramentum calumniæ cane & angue pejus detestari, & quacunque possint ratione subterfugere, compertum est. Hinc in causa E. contra S. (exempli gratia hoc refero) appellans, quo Advocatum suum à juramento calumniæ liberaret, allabat nomen illius, dicebatque se non uti Advocato: formulam appellationis sibi ab amico quodam conscriptam esse. Sed mox sententiâ interlocutoriâ vel amici istius nomen edere jussus fuit: Daß er den angezogenen guten Freund/so dem appellanten die ad introducendam appellationem erforderte Nohtdurfft verfaßt/benamsen/wie auch von selbigem einen specialen Gewalt ad præstandum juramentum calumniæ de non frivolè appellando einbringen/oder denselben gebührend citiren lassen solle. Ex quo apparet, quomodo Advocati juramentum calumniæ fugiant. Sanè nonnulli, ut par est, obtemperant Legi: & integritatem conscientiæ jurejurando declarant. Et ipsi tamen dolent, & ægrè ferunt, tantum sibi onus impositum esse, nihilque magis optant, quàm ut eo liberari possint. Alij verò, iique haud pauci, præsertim qui lautioris conditionis sunt, planè abstinent

abstinent à causis, quæ per appellationem ad Cameram Imperialem deferuntur, haud alia ex causa; quàm ne gravati illo juramento calumniæ de non frivolè appellando onerentur. Nolo proferre exempla eorum, qui causam deserere, & mulctam solvere maluerunt, quàm juramentum calumniæ subire. Alii verò, ut causam quidem agendam suscipiant, se adduci patiuntur: quò tamen juramentum calumniæ effugiant, nomen Advocati profiteri nolunt: sed alium quendam, hominem ex vulgo arreptum, & mercede conductum, substituendum curant, qui indutâ larvâ Advocati egregiè in scenam prodit, & juramentum calumniæ absque ullo conscientiæ scrupulo præstat. Ipsi interim veri Advocati, qui omnes partes in Judicio agendas componunt, in occulto latent: vel ut non dissimulent, se quid cum causâ istâ negotii habere, consiliis tantùm assistere videri volunt. Sic inventâ Lege, inventa est fraus: eaque hodie frequentissima est. Benè an secus hoc fiat, nunc non disputo. Hoc verò satis manifestum est, Constitutionem illam de juramento calumniæ ab Advocatis præstando, vel eludi, vel verò viros honestos & religiosos, quibus tanti non est pecuniola illa, quæ pro patrocinio solvitur, ut ejus gratiâ juramentum præstare cupiant; hos, inquam, viros per Constitutionem illam à causis appellationum suscipiendis deterreri, quibus ne deterreres, & fortassis famelici quidam succedant, metuendum est. Prævidisse hoc videtur jam tum olim M. Wesembecius, in paratit. Cod. de jurejur. propt. cal. dand. n. 6. in fin. qui relatâ eorum sententiâ, qui statuunt, juramentum calumniæ Advocatis ne quidem consuetudine posse remitti, hæc subjicit verba: Contrà tamen usu receptum est, ne religiosiores absterreantur ab advocationibus, quos publicè interest præ aliis huic rei operam dare, l. 24. §. ult. C. de Jud. l. servum. 3. §. 2. ff. de procur. Ac memini quosdam integræ fidei frontisque Patronos dicere, se potiùs abstinere foro, quàm tot juramenti religionibus implicari velle: quod usu venire non expedit, ne melioribus improbi, nulliusque conscientiæ succedant. Hæc Wesembecius; estque id eum, quod hodiernâ experientiâ satis comprobatum est.

Dixerit verò quispiam, meram esse superstitionem, quòd viri nullius malæ rei conscii, juramentum calumniæ tantopere reformident. Aut enim causa, quæ ad ipsos defertur, mala est: atque hæc à viro bono, etiam nullo juramento calumniæ præstito, defendenda non est: aut verò bona est: ac tunc nulla ratio est, quare juramentum calumniæ metuatur. Nam jurejurando cultus, & adoratio quædam Numinis Divini continetur. Argumento esse potest, quod ipsâ Lege Divinâ cum servitio Deo exhibendo jusjurandum conjungatur: Deut. cap. VI. v. 13. Dominum Deum tuum timebis, (ita habent verba) & illi servies: & in Nomine illius jurabis. Quæ igitur ista superstitio est, quòd Patroni causarum, viri boni, juramentum calumniæ adeò detestantur?

Cæterùm si rem rectè expendamus, apparebit, non temerè Advocatos, etsi conscientiam puram habeant, fugere jusjurandum calumniæ. Nam jusjurandum præstare quanta res est? Juramento enim oppignoratur quodammodo gratia divina & salus æterna. Bona verò tanta brevi ex causâ pignori dare temerarium est. Qui igitur facilè adducitur, ut juret, quid aliud præ se fert, quàm se Deum & salutem æternam non valde curare? Fugiunt igitur viri boni & religiosi juramentum, quoad possunt. Quò etiam spectat præceptum Epicteti: Jusjurandum refuge, si potes: sin minus, cùm licet. Taceo etiamnum illa loca S. Scripturæ, Matth. c. 5. v. 33. Epist. Jacob. cap. 5. v. 12. Syrac. c. 23. v. 7. quæ eodem te adducunt. Quod autem in aliis rebus ad hic etiam accidit: peccant alii in excessu, alii in defectu. Videlicet, ut hoc verbis Ulpiani l. 8. pr. ff. de cond. inst. referam, faciles sunt nonnulli hominum ad jurandum contemptu religionis: alii perquam timidi metu Divini Numinis, usque ad superstitionem. Est autem inter hæc aliquod medium, in quo virtus consistere solet. Medium verò illud secundum Aristotelis doctrinam lib. 2. Nicom. cap. 5. ex variis circumstantiis judicio prudentis æstimatur. Consideremus igitur circumstantias, quæ in nostrâ quæstione momentum aliquod habere videntur.

Primò videamus principium motus. Sine dubio jussu Magistratus jurare longè honestius, quàm ultrò ad jurandum se offerre. Quintilian lib. 9. quidem indicat, jurare, nisi ubi necesse est, gravi viro parùm convenit. An igitur quisquam cogit Advocatos, ut de calumnia jurent? Nemo; nisi fortè ex consequenti. Causam enim agere volentes necessariò jurant: sed cùm sponte ad causam accedant, sponte etiam jurant. Inde igitur statim apparet, juramentum illud Advocatorum aliquid difficultatis habiturum. A testibus quàm difficulter sæpè impetratur, ut juramentum præstent! An igitur Advocatos ultrò ad jurandum faciles adductum iri, verisimile est?

Longè tamen facilius, longè etiam tutius, testimonium juratò dicere, quàm juramentum calumniæ præstare. Nam qui testimonium dicit, de eo jurat, quod vidit, vel alio sensu percepit. Sed qui de calumniâ jurat, de animi sui sententiâ jurat. In causis autem controversis certam sententiam animo suo statuere, sæpè difficile. Multis enim dubiis ac difficultatibus implicita esse solent, quæ vix post longas concertationes superantur. Ipsi Judices ut hæsitant sæpè? ut inter se dissident, & quidem in fine Judicii ubi causa plenè cognita est? Quid Advocatus faciat in principio, vel medio causæ, ubi nondum omnia allata, vel discussa sunt. Non enim, inquit Aristoteles, lib. 2. Rhet. cap. 25. n. 18. ex necessariis tantùm judicare oportet, sed etiam ex verisimilibus. Nam & hoc est optimâ mente & sententiâ judicare. Ex verisimilibus verò non certa quædam, solida & indubitata cognitio, sed opinio tantùm aliqua oritur, quæ in hominibus certè ornatis, qui omnia rectè judicio æstimant, imbecillis sæpè, & ut Philosophi loquuntur, cum metu quodam oppositi conjuncta est. In hujusmodi verò rebus juramentum præstare quàm difficile? Fatendum quidem est, non esse sic satis Advocato, si ejusmodi saltem opinionis, qualem pro reatâ Leges requirunt, sibi conscius, de calumnia juret. Certè tamen in re adeò lubrica religiosi hominis conscientiam anxiam esse oportet. Quòd si enim opinio in quæstionibus justi & injusti sæpè imbecillis est, ut meticulosè ei assentiaris: sequitur, meticulosè te etiam jurare. Si meticulosè jurat, scrupulum habebit conscientia, quo quis non carere mallet, quàm aliquantum pecuniæ patrocinio acquirere? At etsi hunc scrupulum tamen dixeris: est tamen hoc ipsum satis molestum, vel cum vano metu in rebus Deum & religionem concernentibus colluctari, & animi adversum eum erigere. Fateor quidem, quod hic de ambiguitate causarum diximus, primam magis quàm secundam instantiam respicere. Appellare enim nemo facilè debet, nisi de iniuria sibi illata sit mer ex persuasus sit. In dubio autem auctoritatem Judicii sequi debet. Attamen quoad novè deducenda licebit, non magna differentia est.

inter primam & secundam instantiam. Iudex enim appellationis respectu novorum deducendorum instar primæ instantiæ se habet. In Iudicio enim appellationis illa primùm proponuntur. Sed nolumus hanc rationem valde urgere. In promptu enim sunt aliæ graviores causæ, quæ movere possunt Advocatos, ut iuramentum calumniæ detrectent.

Consideremus enim cuius gratia illud præstare videantur. Sine dubio eius gratia causam agunt, eiusdem gratia de calumnia iurant. Iuramentum enim præstant, quò ad causam agendam admittantur. Quid igitur est, quo adducuntur ad causam agendam? An pecunia ista, quam à clientulis pro patrocinio sperant? Si hoc est, cuius gratia causam suscipiunt, mirum videri non potest, à iuramento calumniæ eos abhorrere. Quasi mercenarium enim iuramentum præstare videantur. Hoc verò illiberale. Turpe enim pro pecunia iurare est apud Aristotelem (a). Hoc certè non rectè dicitur, qui hac ratione acquirere aliquid volunt. Nam alioqui in causa sua, licet pecuniaria, si alicuius momenti sit, iuramentum iudiciale, vel necessarium præstat, nihil turpiter agit. Non enim lucrum quærit, sed suum defendit, quod adversario non ille possidendum relinquere, fortassis ignavia esset (b). Sed qui in alieno negotio iurat, ut præmium aliquod consequatur, is videtur dici posse: Turpe pro pecunia iurare. Præterea quis sine eligit impensâ & opera vilescere? At certè fructus, quem Advocatus ex una causa capit, tantus plerumque non est, ut si iuramentum præstare cogatur, impensæ & operæ respondeat. Sequetur igitur, fore, ut, multis causis illae, in quibus de calumnia iurandum esse norunt, abstineant, veriti, ne aut iuramentum parvi, aut patrocinii mercedem magni æstimare videantur.

Verum fortassis ita minimè iudicandum est de patronis causarum, quasi mercenariam operam præstent. Honorarium enim remunerandi causa datum accipiunt, non mercedem. Est enim res sanctissima Civilis Sapientia, quæ pretio nummario non sit æstimanda, nec dehonestanda (c). Principalis igitur finis Advocatio erit ipsum iustum & honestum. Cupiunt videlicet studia sua in commune conferre, succurrere laborantibus, defendere innocentes. Unde militibus comparari solent (d). Subsidium verò vitæ, quod simul sibi eadem via comparant, quasi finis secundarius censeri debet.

Sed esto sanè, fateamur tamen, quòd nemo merè gratuitò operam præstet. Quare nec iuramentum planè gratuitum censebitur. Præterea notandum, quod omnino optimum est in officio Advocati, sed quod, quantumvis, pati aut conditio doctrorum temporum, spectandum est. Aliàs, cum fortassis ne honorarium quidem accipere permittendum esset. In veteri sanè Rep. Romana lege Cincia vetabantur Patroni causarum ob causam orandam pecuniam donumve accipere: quam de re mutuamque partem dissereritur apud Tacitum (e). Sed talis Lex, quantumvis præclara videri possit, non tamen omnibus Rebusp. accommodata est. Non enim locum habere potest, nisi ubi ita Resp. instituta est, ut ubi Optimi otiari possint cum aliqua dignitate, aut certè sine specie deformi atque indecora, idq; non solùm publicam personam sustinentes, magistratumq; gerentes, verùm etiam vitam privatam colentes (f). Nunc verò, cum ita res nostræ civiles institutæ sint, ut nemo vivere non potest Advocatus, quòd res sua familiaris, vel sustentanda, vel augenda causa, suscipiunt deinde. Eadem enim omnium ferè liberalium studiorum fortuna est, teste Aristot. (f). Hoc igitur verum statum dicunt videtur, Advocatum, nonnisi iuramentum calumniæ priùs præstito, ad causam agendam admitti. Etiamsi enim bona sua causa satis sibi conscius sit: fortassis tamen erubescet, cum cogitabit, se iuramento iterum capi, quæ alijs visum iri. Pudor enim affectus est, qui oritur non tam ex rei cuiusdam turpis conscientia, quàm ex eo, quod apud alios existimationem nostram lædere videtur (a).

(a) Arist. lib. 2. Rhet. cap. 6.

Denique incommodum etiam, quod ex frequentia iuramentorum oritur, obstare videtur Legi, qua iuramentum calumniæ ab Advocatis in singulis causis exigitur. Hanc præcipuè rationem expenderunt illi, quos Wesenbecius refert dixisse, se ferè abstinere malle, quàm tot iuramentis religionibus implicare. Misera enim conditio est illius, qui non potest artem suam exercere, nisi iuramento subinde præstito. Quis tam dura lege vivat?

Quare assentiendum videtur Wesenbecio, qui statuit, Lege illa, qua in singulis causis Advocati de calumnia iurare iubentur, bonos & graves viros à forensibus studiis deterreri, locumque fieri deterioribus. Si igitur in appellationibus Legem istam valere volumus, verendum ne in hoc saltem causarum genere sit efficacius. Nec frustra esse putandum est, quod Lex illa Iustiniani Imperatoris apud nos, vel in usum nunquam, vel in desuetudinem dudum venerit. Sæpe enim Legislatore prudentior est consuetudo: idque errata Legum, usu temporum meliora docente, corrigere solet. Hoc verò in locum iuramenti istius iterum atque iterum præstandi multis locis salutariter introductum, ut qui in numerum Ordinariorum Advocatorum recipitur, semel & generaliter, iureiurando caveat, se causas, quas iniustas animadverterit, non defensurum, nihilque dolo malo acturum. Si enim hoc in cæteris officiis sufficere creditur, cur in Advocatos durares simus? An eum, qui iuramentum semel præstitit immemorem esse, tunc religiosiorem fore putamus, si iterum atque iterum iuret? Aliquando tamen fatendum, accidere potest, ut fides Advocati suspecta sit. Tunc igitur iuramentum calumniæ ei deferri potest. Atque ex ea causa forte iuramentum revisorium, quod in Camera Imperiali revisione petita ab Advocatis etiam exigitur (b), improbandum non est. Adversus eum enim, qui tantæ Iudicis fidem, vel industriam, in dubium vocaverit, nihil durum videri potest. An autem omnes promiscuè in omnibus causis vel saltem in omnibus appellationibus, iureiurando adigere consultum sit, præter aliorum auctoritatem, præterque experientiam causæ, quas exposuimus, nos dubitare cogunt. Consequens est, ut videamus de pœna temerè appellantium.

(b) R. I. pro Regiment. Anno 1654. § In Ihm

CAPUT II.

An pœna temerè appellantium, quæ Legibus Imperii statuta est, satis gravis & idonea coercitio sit.

Omnino dicendum videtur, longè optimum remedium adversus temeritatem appellantium pœnam esse. Pœna enim quidam veluti remedium est, quo vitia hominum coërcentur (a). Habet autem aliquid utique non calumnia tantùm, sed & temeritas, ac pervicacia. Itaque Aristoteles etiam nihil aliud remedij suppeditat, quàm pœnam (a). Præterea, inquit, facere oportet, ut Iudicia publica semper sint paucissima & rarissima, maximis pœnis in eos, qui falsò & temerè alterum accusabunt, constitutis. Loquitur quidem Aristoteles de Iudiciis publicis. Nihil autem impedit, quò minus ad appellationes id extendamus. Nam & hoc facere oportet, ut appellationes quàm paucissimæ & rarissimæ sint.

(a) Arist. lib. 10. Nicom. c. ult.

(a) lib. 6. Polit. cap.

Quoniam

(a) lib. 1. Rhet. cap. 15.

(b) Aristot. lib. 5 Nicom. c. ult.

(c) l. 1. § 5. ff. de extraord. cognit.

(d) l. 14. C. de advoc. divers. iudic.

(e) lib. IX. Annal. cap. 6. & 7.

(f) Aristot. lib. 2. Polit. cap. 11.

(g) lib. 4. Pol. cap. 9.

Quoniam verè pœnæ, quas Leges nostræ temerè appellantibus comminantur, satis graves videntur (diximus ea de re suprà in præfatione) meritò quæritur, qua ratione fiat, quòd nemo tamen his terreatur. Ratio in promptu est. Nec enim sufficit, graves comminari pœnas, nisi & homines eas certò sibi, si deliquerint, imminere sciant. Nam si multi impunè evadant, spes impunitatis etiam reliquos allicit. Nunc verò appellantes causa cadere frequentissimum: pœna autem affici admodum rarum. Etiam Gailius. 1. obs.152. in fin. queritur, pœnam temerè appellantibus rariùs, quàm debebat, infligi utinam, inquit, hoc sæpè fieret, ut metu talium pœnarum à temerariis appellationibus calumniatores abstinerent. Causa autem, quòd pœna illa non satis severè exerceatur, non est in Iudice, sed in ipsa Lege. Quanquam enim pœna temerè appellantibus statuta dicatur: si tamen & verba Ordinationis Cameralis aliarumque Constitutionum Imperii, & consuetudinem Cameræ Imperialis consideramus; apparet, non quamvis temeritatem ei subiacere, sed magnam, atque adeò evidentem, ut calumnia inde præsumatur. Pœna enim hac statuta est, ut utar verbis Constitutionis Imperii, D.A. zu Speyer An.1600. §. Und ob woll. Zu vorkommung der freventlichen muthwilligen appellationen. Idem colligere licet ex formulâ, quâ Camera Imperialis eam irrogare solet. Sententiæ enim confirmatoriæ eo casu talis clausula subnecti solet: Gedachten Appellanten in die Gerichts-Kosten an diesem Käys. Cammergericht auffgelaufften / ihm dem Appellanten nach rechtlicher Ermässigung / wie auch wegen seines frevelmüthigen appellirens / die Straffe zweyer Marck löhtiges Goldes dem Käys. fisco ohne nachlässig zu bezahlen und zu entrichten fällig ertheilend. Iam verè verba illa frevelmüthig / freventlich / muthwillig / dolum manifestum, vel præsumptum, significant. Sed tantam temeritatem ex actis elucere, rarum est. Raró igitur pœna temerariæ appellationis irrogabitur. Haud facilè enim fieri potest, ut nulla causa adsit, quæ doli præsumptionem excludat. A dolo enim frivolæ etiam & iniusta causa excusant, quâ de re suprà dictum. p.1.cap.1. Temeritas igitur, quæ propriè & specialiter ita dicitur quando videlicet litigator frivolis & inanibus quibusdam rationibus adeò obfirmat animum, ut nulli rei, nisi victoriæ intentus, nec opinionis suæ futilitatem, nec rationum in contrarium adductarum gravitatem agnoscat; talis, inquam, temeritas impunita est. Argumento est, quod appellantes, siquidem ex prioribus actis succumbant, Gail.1.obs.128. in fin. & obs. 152.n.4. in expensas, plerumque tamen absque pœnâ temerariæ appellationis, condemnentur. In expensas autem non condemnantur, nisi temerè litigantes. pr. I. de pœn.tem.litig. Si igitur plerumque appellantes, qui causam perdunt, in expensas, non autem in mulctam, condemnantur; plerumque temerè appellantes impunè evadunt. Unde apparet, pœnam temerè appellantium eodem defectu laborare, quo laborat iuramentum calumniæ de non frivolè appellando. Calumniæ enim tantùm utrumque remedium oppositum est, non temeritati specialiter dictæ; quâ tamen plerumque peccant litigatores. Simile huic est, quod iure Civili de accusatoribus statutum est. Nam si in evidenti calumniâ deprehensi fuerint, Lege Remmia tenentur. Sin temerè tantùm accusaverint, à Legis istius pœna immunes sunt. Hoc est, quod in eo argumento ICtus respondit: l.1. in fin. ff. ad sen. Turpill. temeritatem facilitatis veniam continere, & inconsultum calorem calumniæ vitio carere, & ob id hunc nullam pœnam subire oportere.

CAPUT III.

Remedium ad appellantium temeritatem coërcendam idoneum exponitur.

Postquam ostensum est, remedia illa, quæ Leges Imperii nostri adhibuerunt, non sufficere; sequitur, ut videamus, quid ergo spei reliquum sit. Facilè autem apparet ex his, quæ priori capite dicta sunt, vix quicquam remedii aliunde, quàm à pœna, sperandum esse. Alia enim ratione effrænis illa appellandi libido domari non potest. Quærendum igitur; num defectus ille pœnæ, quâ hactenus usi sumus, emendari; & ratio aliqua inveniri possit, quâ non solùm calumnia, sed etiam temeritas castigetur.

Primò notandum, temeritatem primæ instantiæ quodammodo excusari posse. Qui enim temerè ad Iudicium provocat, etiamsi perperam de causa sua existimet, nihil tamen ampliùs quærit, quàm ius sibi dici. Iudicia verò instituta sunt, ut hominum temeritati Iudicis pronunciatione modum statuant. Temeritati igitur primæ instantiæ, præter condemnationem in expensas, nihil pœnæ statutum est. Eadem igitur ratione creditum fuit, etiam temeritatem appellationis, nisi fortè nimia sit, adeò ut potius calumnia, quàm temeritas dicenda sit, impunitam esse oportere. Quando enim appellantes habent beneficium nova deducendi, non videtur magna differentia esse inter temeritatem primæ instantiæ, & temeritatem appellationis. Disceptatio enim novorum argumentorum, quæ in Iudicio appellationis primùm proponuntur, primæ instantiæ speciem quandam habet. Si igitur primæ instantiæ temeritas impunita est, cur temeritas appellationis magis puniatur? Quinidem beneficium effecit, ut appellantes ne quidem in expensas adeò frequenter, ut debebant, condemnari potuerint. Nam si ex actis primæ instantiæ vincantur, in expensas condemnantur quidem: sed si aliquid novi, quod quidem speciem aliquam habeat, deduxerint, expensæ compensari solent. Gilm. Symphor. tom.1. p.3. vot.2. in fin. Quid verò de pœnæ irrogatione sperandum est, ubi ne quidem condemnatio in expensas locum habet? Quoad igitur appellantes beneficium nova deducendi habebunt, haud facile erit, temeritati eorum remedium adhibere.

Quare ante omnia hoc obstaculum è medio tollendum. Abolito enim beneficio nova deducendi, appellatio nullam ampliùs primæ instantiæ speciem habebit: sed vera erit appellatio. Tunc igitur, si appellantes succumbant, quoniam ex iisdem actis vincentur, iusto rigore condemnatio in expensas fieri potest. Tunc etiam ampliùs durum videri non potest, temeritatem illam appellantium specialiter ita dictam, quæ in calumniæ vitium non incidit, punire. Nam qui appellat, ei non tantùm cum adversario, sed etiam cum Iudice primæ instantiæ res est. Iudicis verò autoritatem absque gravi causâ in dubium vocare, haud leve peccatum existimandum est. Subditi enim est bonam habere opinionem de Magistratu, nil nisi honorificum de eo sentire, eiusque sententiæ; nisi fortè graves causas habeat, acquiescere. Quod si igitur temerè autoritatem Iudicis sperne-

re impune est, quis sententiam ab eo dictam magni æstimabit? Nam siquidem appelles, si nihil amplius, certè tamen tempus lucraris. Etsi vero succumbas, nihil tamen inde damni. Quis igitur non appellare malit, quàm sententia acquiescere? Sic fieri aliter non potest, quin eveniat id, de quo Leges nostræ conqueruntur, ut nulla ferè sententia feratur, à qua non appelletur. R. A. zu Regenspurg. Anno 1654. §. Vnd nachdem. *Sed si temeritati aliquid periculi propositum sit; si noverint appellantes, nisi causam Iudici probaverint, sibi certo pœnam imminere; tunc aliquantè cautiùs mercabuntur, & nonnisi matura deliberatione adhibitâ ad appellationem confugient. Sed videamus, annon aliqui veterum Legislatorum hîc viam præiverint, quorum vestigia sequi possimus.*

Verum enim est, quod memorat Imperator Iustinianus. pr. I. de pœnâ tem. litig. *magnam curam egisse eos, qui jura sustinebant, ne facile homines ad litigandum procederent. In veteribus quidem Iudiciis Romanis hoc moris erat, ut actor & reus se invicem sponsione provocarent, ut uter victus esset, alteri præter id, quod in lite erat, certam pecuniæ summam solveret.* Carol. Sigon. de Iudic. lib. 1. cap. 21 Barnab. Brisson. de form. lib. 5. pag 369. *Qui verò sponsionem detrectabat, litem perdebat. Vtile erat hoc institutum ad temeritatem litigatorum coërcendam. Metus enim pecuniæ, quæ in sponsionem deducebatur, amittendæ retinebat homines, ne facilè litem inciperent. Ad eundem scopum collimarunt illæ Leges, quæ litigatores, qui causam perderent, certa pecuniæ summa mulctarunt. Athenis quidẽ accusatores, nisi quintam suffragiorum partem tulissent, M. drachmis mulctabantur.* Carol. Sigon. de Rep. Athen. lib. 3. c. 1. *Adhuc severius cum litigatoribus in Iudicio Heliastico agebatur. Vterque enim pecuniam apud Magistratum, qui litem introducebat, deponere cogebatur, quæ πρυτανεῖα fuit dicta, quam succumbens pro se & adversario Iudicibus pendebat.* Carol. Sigon. eod. lib. cap. 4. Vbbo Emmius in descript. Reip. Athen. *Huic penè simile institutum est, quod in Iudicio Revisorio Cameræ Imperialis nostræ obtinet. Ad terrendos enim litigatores, ne à sententiis Cameræ Imperialis temerè revisionem petant, hoc constitutum est, ut is, qui revisionem petiit, certam pecuniam à Revisoribus pro qualitate causæ taxatam in Iudicio deponat, quam, siquidem victor exstiterit, recipit, sin victus fuerit, sportularum nomine Revisoribus relinquere tenetur.* Ordin. Cam. p. 3. t. 53. § und damit. R. A. zu Regenspurg. Anno. 1654. §. damit dann auch. *Sic non tantum eorum, qui absque justa causa revisionem petunt, temeritas punitur; sed simul etiam sustentationi Revisorum providetur.*

Quid igitur impedit, quò minus simili cautelâ in appellationibus utamur? Sanè quidem statim ab initio, quemadmodum in Revisionibus fit, pecuniam deponere, fortassis onus nimis grave foret, quod non minus ei, qui justè, quàm ei, qui temerè appellaret, incommode foret. Quò minus tamen appellans victus (nam tunc temerè appellasse præsumitur) Menoch. de præs. lib 2. præsumt. 87. *præter expensas, etiam Iudicio in summam aliquam pecuniæ condemnetur, nihil prohibet. Certè temeritas appellantium, aut nullâ, aut hâc ratione coercebitur. Displicuit quidem semper, nec immeritò, in Camerâ Imperiali sportularum exactio.* Gail. 1 obs. 151. n. 7. *Sed nec pecunia ista cum sportulis, quæ in aliis Iudiciis exigi solent, usquequaque comparari poterit. Pœna enim nemine à victis appellantibus præstari debet. Hæc autem pœnæ præstatio æquè justa est, ac condemnatio in expensas. Nam condemnatio in expensas indemnitatem adversarij respicit. At & publico damnum datum est, dum summo Reip. Iudicio temerè negotium factum est. Hoc igitur pecuniæ istius solutione rependendum, utquorum importunitas Cameræ Imperiali maximè gravis existit, ab iisdem ad illius sustentationem subsidium comparetur. Hoc igitur si statutum fuerit, appellet sanè temerè, cui volupe fuerit; dum sciat, se suis impensis temerarium esse. Sine dubio autem, qui hoc cogitabunt, aliquantisper retinebunt gradum, & causam omni ex parte omni diligentiâ expendent, antequam appellent. Temeritas igitur appellantium, vel ita reprimetur, vel sic coercita minùs noxia erit.*

Si tamen duriusculum videbitur hoc consilium, hoc fortassis adhuc addi poterit; si causæ graves appareant, quæ litigatorem ad appellandum movere potuerint tunc, licet succubuerit, pœnam remittendam esse. Nam etiam expensæ eo casu compensari solent. Gail. 1. obs. 128. in fin. Gilman. Symphor. p. 1. v. 1. n. 60. & seqq. & vot. 4. n. 39. & seqq. *Vbi enim temeritas nulla commissa, pœna quoque temeritatis locum habere non debet. Sed causam magnam oportet esse, quæ à temeritate appellantem excuset. In primâ quidem instantiâ, ut hodie habent mores (bene an secus, nunc non dispute) facilè expensæ compensari solent. Sed in Iudicio appellationis nonnisi rarè, & gravissimis ex causis compensatio expensarum, & remissio pœnæ fieri debet.*

Hæc de cumulo illo appellationum, sub quo gemit Iustitia, minuendo nostra est sententia, quam nunc in publicum edere, & Eruditorum iudicio subiicere ausi sumus. Si veras malorum quibus affligimur, causas, si idonea etiam remedia attulimus; fortassis operæ aliquod pretium factum est. Etsi enim consuetudinem hanc restaurandi lites per varios instantiarum gradus, non tam ex Iudiciis, quàm ex animis hominum evellere, difficile futurum sit (solent enim vitia consuetudine inveterata dulcia, remedia contrà aspera videri) attamen vel causas saltem diuturnitatis ac multitudinis litium intellexisse haud pœnitebit. Sed fortassis, nihil esse, quod proposuimus, iudicabitur. Nescio tamen, an rationes etiam, quibus usi sumus, planè nihili æstimandæ sint. In arduis autem negotiis, etiamsi omnia planè non sis assecutus, sufficit tamen, sententiam gravibus rationibus subnixam dixisse. Hâc igitur ex causâ confidimus, Viros rei Iudiciariæ peritos Consultationem nostram, aut probaturos, aut excusaturos.]

XXXIX. Cæterùm superioris regulæ, *ex dicto tit. 27. part. 2. Ordin. Cam.* variæ quoque exceptiones sunt, tam quoad primam, quam quoad secundam instantiam: I. Exceptio est *dict. part. 2. tit. 7. ibi:* Ob auch Sachen fürfielen / Fürstenthumb / Hertzogthumb / Graffschafften / ꝛc. belangend / so vom Reich zu Leben rühren / so einem Theil gäntzlich und endlich abgesprochen werden sollen / derselben Erkantnüß wollen wir der Kayserlichen Majestät / oder ihrer Liebde und Kayserlichen Majestät Abwesens / uns als Römischen König hierinn / doch sonst in andern Sachen dieser Ordnung unabbrüchig / vorbehalten haben. *Ad Cameram non pertinent causæ Principatus &c. concernentes.*

[add. *Hise in causis cum Imperatore etiam Principes esse iudices competentes supra l. 3. Limnæ. Enucl. c. 8.*

c. 8. n 8. 9 & seqq. fuit expositum. Vid. Burgold. p. 2. ad Instr. Pac. Disc. 20. n. 3. 5. & 13.]

An causæ feudorum nõ regalium ad Cameram pertineant?

XL. Sed quid quoad feuda Imperij minora? Cameram cum Cæsare in illis concurrere, atque ita præventioni locum dari putat Gailius: (*lib. 1. observat. 29.*) Contra Gailium disputat Leipoldus *d. diss. de concurrentia iurisd. quæst. 6.* & sive feudum sit regale, sive non regale, dummodo Imperio immediatè subjectum sit, controversiam de eodem ortam, ad solum Imperatorem, exclusâ Camerâ, pertinere asserit. Infert autem ex Gailio contra Gailium hoc modo: Si causæ feudales, feudorum Imperij minorum, neque ad Austregas spectant, neque per viam simplicis querelæ ad Cameram devolvi possunt, utique nec per appellationem eo devolvi poterunt, cum ab Imperatore ad Cameram non detur jus resortus, neque aliqua alia mediata instantia eiusmodi litium: Ergo neutro modo Camera in causis feudorum Imperij minorum immediatorum adiri poterit. Ad austregas verò causas eiusmodi feudales non pertinere, ait Gailius: (*d. obs. 29. inf.*) & (*obs. 1. lib. 1. in pr.*) fatetur, regulariter omnes causas Imperij in prima instantia ad Cameram non pertinere, sed demum per viam appellationis ad eam devolvi, nec ubi ad exceptiones ventum est, ista regula causas feudales prædictas vllibi memorat exceptas.

Causæ Italicæ ad Cameram non pertinent.

XLI. II. Excipiunt alij causas Italicas, quas non ad Cameram Spirensem, quæ Regni Germanici est, sed iudicium aulicum deferri statuunt: (Paurmeister *lib. 2. de iurisd. Imperatoris Rom. c. 5. n. 60.* Arumæus *discurs. 3. ad A. B. th. 32 pag. 155.*)

Nec etiam causæ quantitatis minoris.

XLII. III. Excipiuntur causæ quantitatis minoris. [add. *Quantitas illa olim primum fuit 50. fl. O. C. p. 2. t. 28. §.* Und sonderlich; *postea extensa ad 150. fl. R. I. Spir. de an 1570. §.* Als Wir den. *tandem ad 300. fl. R. I. de an. 1600. Spir. §.* Wiewol dan auch. *Novissim. per R. I. de ann 1654. summa appellabilis est 400. Rthlr. §.* Viertens solle die.] Cæterùm exceptio hæc (1) intelligitur de devolutione causarum ad Cameram per provocationem, quando scilicet partes litigantes in prima instantia Cameræ jurisdictioni subjectæ nõ sunt. Quod si enim in prima instantia jurisdictioni Cameræ subjectæ sint, summæ quantitas non attenditur: Privatus enim immediatum pro exigua summa potest in Camera convenire: Talis fuit causa Bender/contra Crailsheim/anno 1584. introducta, vbi B. fuit sutor, civis Vlmensis, & convenit dictũ Nobilem in Camera pro 24. flor. Schusterlohn/ & obtinuit: (Autor *decis. & præjudic. Cameræ, verb. causæ, quæ in Camera Imperiali receptæ.*) Idem est, si immediatus immediatum, cujus est in prima instantia in Camera comparere, pro exigua conveniat summa. (2) Non attenditur summa prædicta quandoque ob aliam causæ qualitatem, etiam in secunda instantia. Ita enim constitutum legimus *in d.* R. A. zu Speyer *anno* 1570 §. Was aber vnablösliche Gült/Zins/oder Nutzung anlangt/setzen und wollen Wir/ daß sechs Gulden jährlichs/ vnd was darüber/ summa appellabilis seyn soll; aber was darunter/davon soll nichtig appellirer werden: ausgenommen/ da die Gült/ Zins oder Nutzung der Oberkeit anhängig/oder aber/da derwegen auf das verfallen Eigenthumb/ vel quasi, so obgehörter Summen gemäß/ oder darüber werht/geklagt würde/denn in denen/wie auch in andern Fällen/ soll es bey der Ordnung bleiben (scil. quæ est *in Ordin. Cam d part. 2 tit 28.* §. Und sonderlich setzen.) Et in R. A. des Deputationtags zu Speyer *an.* 1600 § Wiewol nun/ *circa finem.*

Privilegia Statuum inhibent interdum appellationem.

XLIII. IV. Exceptio est, nisi summa sit infra quantitatem eam, infra quam ab hoc, vel illo Statu, ex privilegij tenore ad Cameram provocare non licet: (*d. tit. 28* §. Und sonderlich/ *in fine.*) Proinde monet Gailius 1. *observ. 123. n. 1.* ut appellans in supplicatione semper disertis verbis hanc qualitatem narret, videlicet, summam litigiosam ordinationi vel privilegio conformem esse.

In causis criminalibus ad Cameram non provocatur.

XLIV. V. Excipiuntur causæ criminales, peinliche Sachen/die Leibsstraffen auf ihnen tragen: (*d tit. 28* §. Item/ nach dem auch. R. A. zu Augspurg *an.* 1530 § Item/ als jetzt etliche Zeit.) Qui textus cum de appellatione, atque ita de secunda instantia loquantur, inter Doctores controversia orta est, *quid dicendum sit de immediatis? an in causis criminalibus etiam in prima instantia (quando scilicet ius austregarum cessat) in Camera Imperiali possint conveniri, an minus?* Rutger. Rulandus (*de commissar. part. 1 lib. 2. c. 3.*) & Melander (*ad Menteri process. part. 1. n. 4. lit. e. p. 8.*) *negativam ob sequentes rationes propugnant. Primò,* absque mero imperio, inquit, de criminalibus non licet cognoscere, & exercitionem criminaliũ causarum habere: At Cameræ merum Imperium datum non est: hoc enim demum lege datur: (*l. 1. §. 1. ff de offic. eius, &c.*) quæ hic nulla apparet. Iurisdictionem quidem Status Cameræ dederunt, at concessa illa non protinus transit imperium: (*d l. 1. §. 1. & l fin. d. tit*) *Secundò,* stylus iudicij pro lege est: Stylus autem iudicij Cameralis est, causas criminales suum in forum non recipere. *Tertiò,* quod in specie datur, in genere videtur prohibitum: (*arg. d. l. 1. de officio eius, &c.*) Iam verò Cameræ iurisdictioni, sive cognitioni, crimen specialiter in eo casu, quo Camerales personæ delinquunt, subiicitur: (*part. 1. Ordin. Cam tit. 50. §. fin.*) *Quartò,* si causæ criminales non possunt devolvi ad Cameram per appellationem, multò minùs in prima instantia, utpote minus privilegiata. Porrò exceptio hæc, de causis criminalibus in Camera non dijudicandis, extenditur etiam ad taxationes expensarum in criminum causis, ut nec ab illis ad Cameram liceat appellare; cum accessorium sequatur naturam sui principalis: (Autor *præjud. Cam. t. an à taxat. expens. appell.*) Limitationes quoque admittit nostra hæc exceptio varias. (1) In crimine fractæ pacis Camera judicat: (*Ord. Cam part. 2 tit. 9.*) (2) De crimine personæ Cameralis iudicat Camera: (*part. 1. ord. tit. 50.*) & merum exercet imperium in cognitione, processu & condemnatione; Civitas autem Spirensis nudum ministerium executionis præstat: (Petr. Denais. *integra dissertatione ea de re conscript.*) Quod si verò delictum tale sit, quod capitalem non meretur pœnam, Camera delinquentem punit, neque ad Senatum civitatis remittit puniendum nocentem. Ita observatum in scriba quodam Christophoro Khun dicto: (Autor *decis. & præjud. Cam. verb. Camera & personæ Camerales*) In casu nullitatis processus, de quo (*d. t. 28. §.*

item/nach dem auch. *part.1.Ord.Cam.*) (4) In quæstione competentiæ adiri Camera potest, cum non de crimine puniendo, sed de iurisdictione in ista causa criminali quæritur: (Fridenus *lib.1.de process.extrah.c.9.n* 10.) (5) Si ordinarius negligat iustitiam in criminalibus, tunc mandata, sine clausula decernuntur contra Magistratum, sub pœna aliquot marcarum auri: (Ruland. *de commissar.part.1. lib 2.c.5.*) (6) In criminalibus, ubi non ad sanguinis pœnam, sed mulctam atque pecuniariam pœnam agitur, appellare ad Cameram licet: (Frider.*d. l. n.9.*) [add: *Quis hodie in causis criminalibus sit Statuum iudex, vid. Aut. ad Instrum.Pac.p 2 Disc 20.n.13. vbi exponit, quod in crimine læsæ Maiestatis ac causâ banni cognitio in Comitiis institui debeat. De Iudice Imperatoris eleganter disserit Dn. D. Strauch Dissert. Exoter.3. n.6.7.8. vbi exponit, quod Imperator in criminibus quæ officium Imperatorium incurrunt, non Palatinus, sed Principes Imperij habeat iudices.*]

Causæ matrimoniales an ad Cameram pertineant?

XLV. VI. Excipiunt causas matrimoniales, quas nec in prima instantia, nec in secunda, ad Cameram devolvi posse, inde adstruunt, cum causæ spirituales, & sacramentales (quales & illæ sunt: *c gaudemus, de divort. c. fin. de condit. appos can omne, 27.q.2*) coram judice laico tractari non possint: (*c.1.de consanguin. & affinit.c.causam matrimonij de offic.delegat.*Ruland.*d.c.3.n.2.* Gail. 1. *obs.112. in fin.*) Ostendere præterea hoc ipsum aiunt § *ult. Cæsarei memorialis in Comitiis Spirensib. anno 70. Cameræ traditi*, ubi expresse ordinatum, causas matrimoniales in Camera acceptari non debere: (Cilnerus *ad Ord.Cam part.1. tit.9. p 37.* Autor *decis seu præjud. Camer. verb. matrimonium & causæ matrimoniales.*) Sed Camerales malo seductos principio, quia matrimonium res sit spiritualis, autumat Riemer. (*quæst. iurid. illustr. decad.2 q.3.*) ut hodie nobis concessa pace religionis, nostri Protestantium Principes tutò Cameræ reformationem ex hoc petere habeant; à quo alienus non est Friderus: (*d.lib 1.c.10.n 2 & seqq.*) Quicquid fuerit, etiam huius exceptionis perpetua & generalis autoritas non est. Nam licèt, si de jure & viribus matrimonij quæratur, Camera non cognoscat, tamen si quæstio incidat matrimonialis, quæ in mero facto consistit; puta si Caius neget Semptoniam suam vxorem esse, vbi quæritur, quatenus matrimonium contractum, vel verba aut actus tales intervenerint, ex quibus matrimonium contractum fuisse arguendum sit, nec ne, Camera quæstionem determinat: (M. Steph.*de iurisd.d.lib.2.part.1.c.3.n.158.*Rosenthal. *de feud.part.2 c.12.concl.2.n.54.sub lit.n.*) ubi subnectit, etiam articulos super contractu matrimonij, & sic probanda legitimitate incidenter, respectu petitionis hereditatis, vel interdicti quorum bonorum ad perpetuam rei memoriam, ad probandum in Camera Imperiali admissos, & desuper commissiones extrajudicialiter decretas, se observasse, uti in causa Schönberg contra Flach & consortes, & in causa Isenburg contra Isenburg. Deinde ex capite nullitatis in causis matrimonialibus processus decretos, ut puta citationem, compulsoriales, & inhibitiones, constat ex dicto Autore *decis. & præjudic. Cam. verb. matrimonium.* Similiter per implorationem brachij secularis ad Cameram devenitur, & mandata executorialia sine clausula aliquando decreta in causa matrimoniali, lata sententia à iudice & officiali Monasteriensi, 17.Augusti anni 1581. dict. (Autor *decis. verb brachium seculare.*) Denique si inter personas iudicij Cameralis causæ matrimoniales agitandæ sint, Camera de iisdem cognoscere debet: (*argum. d. tit.49.part.1 Ordin.Cam.*) quod & præjudicio firmat d.Autor *decis. in verb. matrimonium.* [add: *De iure verius est causas hasce etiam pertinere ad Cameram. Ceterum praxis Cameralis nondum illas recepit. Quis ergo Catholicorum & Evangelicorum hodie in eiusmodi causis iudex? Vid. Burgold.p.2.ad Instr. Pac.Disc.20.n.13.*]

Causæ spirituales & ecclesiasticæ ad Cameram non pertinent.

XLVI. VII. Excipiunt generaliter causas spirituales, & ecclesiasticas, etiamsi incidentes sint: (Mynsing.1. *observ.* 100.) [add. *Hodie per Instr. Pac.art.5.§ 20.vers. Ac proinde &c. etiam Ecclesiastica causa ad Cameram pertinere videntur. Ceterùm quum iurisdictio Ecclesiastica hodie adversus Protestantes sit suspensa, ipsi Status Evangelici autonomiâ in causis spiritualibus gaudent. Vid. Burgold.ad Instr.Pac.p.2.Disc.20.n.13.*] Limitant tamen (1) ut etiam causæ spirituales & ecclesiasticæ in Camera ventilari possint, si versentur in mero possessorio, tam recuperandæ, quam retinendæ: (Mynsing.2.*observ.67.num.2*) non etiam adipiscendæ. Illud enim possessorium cùm temporale sit, ad iudicem pertinere laicum: (Gail.1. *observ.38. num.3.*) hoc vero verè ad Ecclesiasticos pertinere: (Menoch.*remed.recup.15.n.225.*) Hinc quoad possessorium decidit Camera de decimis: (Gail.*d observ.28 n.4.*) non autem quoad petitorium, si Gailium sequimur: (*d.l.n 1.*) secus si Rosenthalium: (*de feud c.12.conclus.3 num 34.*) idem enim quod in possessorio, in petitorio quoque de decimis dicendum arbitratur. (2) quoad relaxationem iuramenti ad effectum agendi: (*Ordin. Cam part 2.tit.24.*qua de re Gail.*d.lib.1.observ.25. per tot.*) (3) Usurariæ causæ ventilari in Camera possint: (Meichsn.*lib.1.decis Cam.12.n.78.& seqq.* allegans *constit.Imperii de annis* 1500.1532.1548.*tit.* von wucherlichen Contracten.)

An ab interlocutoriis detur provocatio ad Cameram?

XLVII. VIII. Camera non potest recipere appellationes ab interlocutoriis iudicum inferiorum, (*d.part.2.tit.28 § fin.*)

Visitatores Cameræ quare constituti.

XLVIII. Illud denique silentio prætereundum non est, partim ut Cameræ iudicium firmius consisteret, partim ut litigantes, qui sententiâ ab eodem se gravatos affirmarent, haberent remedium, quo damna effugerent, constitutos fuisse visitatores Cameræ, atque revisores actorum iudicialium. [add: *Quamvis non liceat appellare à sententiis Cameræ, tamen penes illam & ordinarios eius Assessores simul sumptos non est simpliciter suprema iurisdictio. Quod si enim culpa dolivè arguatur Camera, potest intra præstitutum tempus impetrari ab Electore Moguntino Revisia aut Syndicatus. Vnde patet, quod iurisdictio simpliciter summa, non tam sit penes Camerale Collegium, quàm penes Cameræ Visitatores. Aut ad Instr. Pac.p 2.Disc.20.n.10.*] (*part 1 Ordin.Cam.tit.50.*) Duravit hæc Cameræ visitatio, summo Reipublicæ & litigantium bono, aliquot per annorum intervalla, sed posteaquam anno 1588. ventum erat in ordine Principum ecclesiasticorum, ad

Germaniæ

Germaniæ Primatem, Archiepiscopum Magdeburgensem, qui tunc temporis erat Ioachimus Ernestus, Marchio Brandeburgensis, reformatæ religioni addictus, Catholici Status, ut votum & sessionem in comitiis, ita revisoris quoque munus eidem denegârunt, unde factum, ut revisiones Cameræ in hodiernum usque diem, omnium afflictorum dolendis suspiriis, immobiles hæreant [add. *In Pace Pragensi de an.1635.* § Was die session &c. *dispositum, ut Visitationes & Revisiones, non attento Magdeburgensis voto, rursus in bonum usum deducerentur. Obstacula circa Visitationes & Revisiones tandem per Instrumentum Pacis sublata art.5. § 6. R. I. de ann. 1654.* §. Wie nun die Uberhdusffete.]

Visitatorum munus.

XLIX. Visitatorum munus est, Cæsaris nomine omnes, a summo ad imum, Camerales personas, corruptelasque atque defectus iudicij cæteros cognoscere, corrigere, atque ita ordinationem Cameræ declarare, emendareque (*d t.50. & part.2.tit.ult.*) non quidem simpliciter & ad lubitum, sed si necessitas hoc exigat, & iusta aliqua causa subsit: (Benderus *de revis. concl.*12. *n.*21) Speciale vero visitatorum munus est, ad partis instantiam, quæ se læsam sententia Cameræ conqueritur, acta litis revidere & prout inde ipsis constiterit, latam sententiam vel reformare, vel approbare. *Hoc remedium revisionis* est extraordinarium. (Benderus *d.tr. de revis. concl.*1. *n.*20.) eo quod non solùm in subsidium remedii ordinarij, appellationis scil. detur, sicut supplicatio; sed & in defectum ipsius supplicationis introducta sit, & omnino adversetur iuris ordinarij regulis, supremi iudicis sententiæ acquiescendum esse dictantibus.

Utilitas huius Visitationis.

L. Illud in aperto est optimo fine revisionis hoc remedium introductum, tum respectu judicum, tum etiam respectu litigantium. Iudices enim dum metuunt, acta post latam sententiam revideri, accuratius omnia & diligentiâ majori rimantur: (*part.3. Ordin Camer.tit.53. in pr.*) Litigantes verò, etiamsi aliquid humani vel affectuum passi fuerunt iudices in ferenda sententia, habent tamen nihilo minus remedium, quo iniquum ad æquum reduci valeat.

Abusus revisionis.

LI. Verùm ut in plerisque aliis, ita in his quoque, abusus hominum nequitia surrexit maximus, ut revisio refractariorum opportunum sit remedium, sed haud rarò id cum ipsorum conjunctum nece: Multis enim petentibus revisionem idem evenire solet, quod ægrotantibus, qui ad sanitatem contendentes, licèt morbum videant incurabilem, remedia quærunt talia, quæ morbis quidem curabilibus constituta sunt, quibus sæpe ad interitum utuntur: (Rutger Ruland. *de commiss.part.*1.*lib.*2. c.12. *n.*11. *circa fin.*) [add. *Quando cœperint Visitationes Cameræ, item an revisio ex usu Reip sit. exponit Burgold ad Instr. Pac. p.2. Disc.*20. *n.*17. *Ut autem in Camerâ obtinet Revisio, ita in iudicio Aulico Supplicatio. Instr. Pac. art.5.* §. 20. *vers. Visitatio &c.*]

Tempus petendæ revisionis.

§. IV. *Quamvis autem ea, quæ in puncto justitia in dicto Recessu* de anno 1654. *constituta sunt, principaliter Cameram concernant Imperii, nihilo tamen minus non solùm quædam etiam ad Iudicium Aulicum expresse ibi extenduntur*, uti apparet ex §. Was dann Churfürsten. 168. *Sed & Divus Ferdinandus* III. *Roman. Imper. cum Status Imperii in præteritis Comitiis* 1654. *Communicationem renovatæ Ordinationis Consilij Aulici* (der verneuerten Reichs-Hoffraths-Ordnung) *submississimè peterent, apertè ipsis declaravit, quod ea* non solùm *secundum Ordinationem Cameralem, constitutiones Imperii & Instrumentum Pacis sit composita*, sed & *omne id, quod in istis Comitiis in puncto Iustitia de novo sit constitutum, in ea observatum sit.* Autor der Grundfeste des Heilig. Röm. Reichs patt. III. cap. 5. §. Es hat zwar.

§. V. *De iis igitur, quæ in augustis his duobus Summi Principis Consistoriis, Aulico & Camerali,* ratione causarum, *quæ in illis tractantur,* ratione personarum, *quibus ea ius dicunt;* ratione modi procedendi, *qui in iis observatur;* ratione item eorum, per quos justitia ibi administratur; *sunt constituta & hoc tempore in usu sunt, jam brevibus cum DEO ageres*

mecum constitui. Patebit inde, quæ sit inter hæc summa Imperij *Prætor a convenientia, quæ differentia? In- genuè fateor, me in brevi isto temporis spatio, quo, peregrinatione per Galliam, Angliam & Belgium ad finem perductâ, in istis locis, ubi illustrissima hæc consilia habentur, versatus sum, paucissima, nedum omnia, observâsse aut observare potuisse, nec dubito, quin interdum errores sim commissurus, æquus tamen lector omnia benè interpretabitur, imprimis etiam hoc, quod, cùm hæc duo suprema Tribunalia æqualem in* Imperio *autoritatem & in plurimis concurrentem habeant jurisdictionem, modò huic istud, modò isti hoc, hinc inde præposuerim, & optimum in omni præcedentia hac ordinem observaverim, qui est, nullum ordinem observare.*

Præliminaria.

I.
De
Origine, Institutione, atque denominatione Consilii Imperatoris Aulici,
Nec non
Cameræ Imperialis.

§. I.

A*Ntequam ipsum Discursum primum, qui de* jurisdictione horum judiciorum *tractabit, inchoemus, pauca* de origine, institutione atque denominatione *eorum præmittenda sunt, itemque* ordinationibus iis præscriptis. *Originem Augusti Consilij Cæsarei Aulici referunt quidam ad* Ferdinandi I. *tempora, alij ad* aliûs Imperatoris *a* *ætem propinquiorem. Nos eam Cameræ institutione longè antiquiorem, imò ad* antiquissima tempora *referendam esse putamus; nec enim dubium est. Imperatores Romanos à longissimo, imò immemoriali tempore tale Consilium in Aulâ semper habuisse, in quo causæ civium Imperij fuerint disceptata & agitatæ. Et hoc expressè innuit Divus Ferdinandus* III. in præf. it. der verneuerten Reichs-Hoffraths-Ordnung. *ibi:* Wie wir befunden Unsere löblichen Vorfahren am Reich / sich guter Ordnung von Uralters her beflissen / und hierzu / damit solchen Ihrem Obligen allenthalben desto stattlicher vorgesehen werde / Ihren Reichs-Hoffrath / so selbige / zu Beförderung und Vollziehung der werthen Gerechtigkeit und Regiments im Römischen Reich / von unfürdencklichen Jahren erhalten / wie auch folgends dero Käyserl. Cammer und andere Gerichts-Mittel aufgerichtet haben. *Sic extat Constitutio Friderici* II. *Imper.* anno 1236. *promulgata, in quâ sancitum,* daß der Hoff-Richter (*Iudex Aulicus, hodiè Præses* Iudicii *Aulici*) alle Tage soll zu Gericht sitzen. apud Goldastum Constit. & Rescript. Imp. Tom. I. pag. 84 *Et si quis Historias evolvere placebit, innumeras hujusmodi antiquissimorum* Impp. *Rom. inveniet constitutiones, ex quibus* Iudicij *Aulici longævitas patebit.*

§. II. Consilium *appellatur, nomine multis Consistoriis communi, specialiter verò ex hâc ratione, quia illustres Consiliarij Aulici sæpiùs in causis arduis & maximi momenti, sententiam non concipiunt, sed tantùm* Votum aut Consilium, ein Gutachten / *quod Imperatori per Vice Cancellarium* Imperii *offerri curant.* R. H. O. Tit. 5. §. Wo aber die Stimmen. *qui in secretiori suo Consistorio (adhibitis simul in consilium Domino Præside atque Re & Correferentibus) super eo deliberationem instituere solet.* Iudicium *tamen quoque appellatur tàm in publicis Constitutionibus, quàm à probatis Scriptoribus.* V. Instr. Pac. art. V. § 54. *ibi:* etiam in Iudicio Aulico. R. H. O. Tit. 2. in pr. *ibi:* für unser Käyserl. Gericht. *Item* tit. 5. § Es sollen auch *ibi in fine:* Diesem unserm höchsten Gericht und *Tribunali. Adeòque nec nobis improbabitur, quòd promiscuè modò* Consilium, *modò* Iudicium, *Senatum hunc Aulicum appellemus.*

§. III Aulicum *verò Consilium hoc dicitur,* Der Käyserl. Hof-Rath / das Käyserl. Hof-Gericht / *quia Imperatoris Aulam ferè sequitur, & regulariter eodem loco habetur, quò Imperator Aulam suam confert.* R. H. O. Tit. 1 §. alle diese. verb. und unsern. Käyß. Hoff ie und alle Zeit / welcher Orthen derselbige gehalten wird / nachfolgen. *Hoc tamen præcisè necessarium non est, sed in Cæsaris arbitrio consistit, an Senatum Aulicum secum ducere velit, an in alio loco illum relinquere. Sic quoties Augustissimus Imperator Romano-Germanicus tanquam Rex Hungariæ* Posonium *ad Comitia provincialia profectus est, semper hactenus excelsum Consilium Aulicum* Viennæ *perstitit. Sic* anno 1645 *cùm Divus Ferdinandus* III. *Imperator ex Superiore Austriâ in Bohemiam discederet, aulamque suam* Pragæ *constitueret, Consilium Imperiale Aulicum* Lincii *permansit, ibique Proces us omnes expediit, ac Pragam Cæsari ad subscribendum missi sunt. Sic cùm idem laudatissimæ memoriæ Imperator cum Filio Ferdinando IV.* Anno 1654. *Ratisponâ* Augustam Vindelicorum *ad Actum Electionis Regis Romanorum proficisceretur, Senatus tamen Aulicus* Ratisponæ *subsistit, ibique sessiones & expeditiones continuavit. Sic & aliquando Imperatoris Aula* Lincii *fuit, in Superiore Austriâ, Consilium verò Aulicum* Ovilizæ, *seu* Welsæ, *civitate tribus milliaribus inde distante. Ex quibus exemplis quorum plura adducè possent, patet, quòd Consilium* Imperiale *Aulicum non semper Aulam Imperatoris sequatur, sed sæpiùs Aula Cæsaris in alio loco, & Senatus Aulicus in alio, non tamen longè ab ea distante, habeatur. In quocunque tamen Consilium Aulicum consistat loco, nihilominus in Citationibus Cæsareis, quæ inde procedunt, locus iste non apponitur, sed omnes Citationes* ad Aulam *fiant* Imperatoris, *hisce formalibus:* selbst oder durch einen genugsam gevollmächtigten Anwald an unsern Käyserlichen Hof / was Enden derselbe alsdann seyn wird / erscheinet / rc. *Atque in hoc differunt a Citationibus Cameralibus, in quibus (quemadmodum in omnibus judiciis quoque obtinet) locus judicii apponendus & denominandus est.*

§. IV. *Iudicium hoc Imperatoris Aulicum nuncupatur quoque* Consilium Imperii, Reichs-Hof Rath / *ratione causarum, quæ sibi tractantur & decidunter, quæ tàm Imperii Principes, quàm Imperium ipsum concernunt.* R. H. O. Tit 2. in pr. *ibi:* alle und iede Sachen / das Heil. Römische Reich / desselben Hochheit / Recht / Herrligkeit rc. *Unde etiam Cancellaria hujus judicii,* die Reichs-Hof-Cantzley / *Archiepiscopo Moguntino, ut Imperii Archi-Cancellario, juramento obstringitur. Non ratione* causæ efficientis, *quæ non Imperium, sed Imperator solus.* d. R. H. O.

tit.

tit. 1. in pr. verb. Unser Käyserlicher Reichs-Hof-Rath / dessen obristes Haupt und Richter allein Wir. & vers. Und weilen dann allein Uns als Römischen Käyser ꝛc. Solus enim Imperator huic judicio Consiliarios idoneos, & hodiè quidem, secundum Capitulationem, ex utraque Religione, tam Evangelica quàm Catholica, eligit, ipsisque solus salarium confert. de quibus infra.

§. V. Hactenus de Consilij Aulici denominatione atque origine. Iam pauca quoque de Illustri Iudicio Camerali. Cùm nimirùm in Camerâ seu Conclavi judicia plurima (quadam enim sub dio habentur) instituantur, ab adjuncto loci Cameræ nomen quibusdam inditum videmus. Hinc vulgariter & ille ipse locus, in quo judicium Imperiale exercetur, Camera dicitur Imperialis. die Cammer / die Käyserliche Cammer. Propriè v. voce ea illud ipsum judicium in Imperio Romano summum denotatur, quod inde Camerale quoq; judicium dicitur, das Cammer-Gericht / item Imperii Camera, quia causa Imperij civium ibi disceptantur Et in hac acceptione, quam usus probat abundè, nos quoque hîc ubique eo vocabulo utimur. Aliter vox ea accipitur, quando ærarium Imperij Camera dicitur Imperialis, quicquid nimirùm ad commodum Imperij pecuniarium pertinet, ut ait Bartolus in Rubricâ Cod. de jure Fisci n. 7. Einkommen / so dem Reich zustendig. ubi obiter notamus, aliam esse Cameram Imperialem, hoc modo acceptam, aliam Cameram Imperatoris. Camera Imperialis, uti jam dictum, est ærarium Imperij; Camera Imperatoris est pecunia Principis, quicquid ad patrimonium Imperatoris spectat. Bart. d. n. 7. Käyserliche Cammer-Güter / so dem Käyser allein zugehören.

§. VI. Auctorem Iudicij Cameralis communiter dicunt Maximilianum I. Regem Romanorum gloriosissimum, qui illud communi Statuum consilio in Comitiis Wormatiensibus anno 1495 formaliter instituit, ut esset universale totius Imperij Germanico Romani judicium, commune Civium perfugium atque extremum juris asylum. Das Oberst und letzte Gericht. R. A. zu Augspurg / 1530. §. Dieweil nun unser. Locus ipsi tùm assignatus fuit Francofurtum ad Mœnum, ubi dicto anno 1495. d. 3. Nov. prima judicialis audientia celebrata, sive, ut Gailius loquitur, primum Consistorium publicum habitum est. lib. 2. de Pac publ. cap. 1. n. 28. Et anno 1496. d. 26 Febr. omnium prima sententia Banni Imperialis ibi pronunciata, referente eodem Gailio d. cap. 1. n. 29. Quanquam fatendum sit, Camerale judicium non primitus in dictis Comitiis, initium sumsisse, sed longè antè quoque ejusmodi judicium Germaniæ generale, sub hoc eodem nomine des Cammer-Gerichts / extitisse teste Limnæo Lib. 9. de Iure Publ. cap. 4. n. 26. Sed id non semper tunc patuit, sed certis tantummodò temporibus, plerumque in Comitiis, fuit institutum, nec adeò certam habuit formam, quam accepit demum à Maximiliano, qui certum ipsi assignavit locum, certas ipsi Leges dedit, certasque ad id destinatas & idoneas constituit personas. Ordn. der Röm. Königl. Mayst. Cammer-Gericht. zu Wormbs de anno 1495.

§. VII. Patet ex jam dictis facilè ratio atque causa, ob quam Maximilianus I. ejusmodi judicium instituerit, certo loco continuoque tempore habendum. Cùm enim litigantes olim non sine magnis impedimentis jacturaque rei familiaris, Imperatorē ejusque Aulicum judicium, Hof- Burg- und Land-Gericht / pro impetrandâ justitia sequi tenerentur, aut tempus expectare Comitiorum, in quibus ejusmodi judicium Camerale institui solebat, uti §. præced diximus; de eoque Imperij Ordines sæpius conquesti essent, laudatissimus Romanorum Rex Maximilianus I. è re simul subditorum & Imperij esse existimavit, certo loco Imperiale Prætorium, sub Cameræ nomine, instituere, in quo vice Cæsareæ Majestatis atque Imperij, de causis Statuum & subditorum continuo tempore cognosceretur.

§. IIX. Ambulatorium tamen adhuc tùm temporis fuit, & vix per annum cum dimidio Francofurti constitit, cum Wormatiam vocatum, ubi d. 31. Maii anno 1497. sententias primùm esse publicatas, ex sententijs Barthij patet. abinde Noribergam migravit anno 1501. & hinc Ratisponam anno 1504 rursus Wormatiam anno 1511. & Noribergam anno 1521. posthac Eslingam anno 1524. ac tandem Spiram anno 1527. Nec enim constantem à conventione Cæsaris & Statuum sedem tùm habuit sed in genere tantùm conclusum fuit, ut loco haberetur commodo, im Reich / in einer füglichen Stadt. C. G. O. zu Wormbs 1495 Tit. Wo das Cammer-Gericht gehalten werden solle. Et quamvis ipse Maximil. statim cogitavit, constantem fixumque Cameræ constituere locum; id tamen effectui dare non potuit, sed demum in Comitijs Augustanis 1530. communi Cæsaris ac Ordinum consilio ordinatum, ut Camera Imperialis sedes quasi propria Spiræ sit, ubi nunc ad perpetuum Iustitiæ Templum, in quo Summi Ejus Sacerdotes quotidiè ipsi faciunt sacra, & quasi ex Oraculo Civibus Romano Germanis jura docent ac imperant. Nec Spirâ aliò transferri potest, nisi Cæsari ac Principibus Germanis ex gravibus ac prægnantibus causis ita visum fuerit. R. A. zu Augspurg de anno 1530. §. Darzu meynen und wollen wir. 82. ibi: Daß nun hinfürter unser Cammer-Gericht / aus obangezeigten Ursachen / stätigs zu Speyer bleiblich seyn / und gehalten / und sonst nirgends anders wohin verändert werden soll / es beschehe dann mit unserm / auch Churfürsten / Fürsten und Stände Wissen und Willen. Add. C. G. O. part. 2. tit. 34 ubi idem sancitum & confirmatum.

§. IX. Et quamvis in novissimis universalibus Germaniæ Conventibus, Monasterii 1648. & Ratisponæ 1654 habitis, de Cameræ translatione in alium Imperij locum securiorem deliberatum fuerit, nondum tamen ea res decisa. R. A. de anno 1654. §. als auch bey den allgemeinen. 167. ibi: So befinden Wir / und mit uns Chur-Fürsten und Stände nach reiffer wohlbedachtlicher Uberleg- und Berahtschlagung der Sachen / berührte Translation noch zur Zeit nicht thunlich.

§ X. Ad tempus tamen Camera Imperialis in alium transferri locum potest, si serenissimus Dominus Iudex & Assessores ob bellicos tumultus aut ingruentem contagiosam labem, necessarium id æstimaverint, atque Imperatoris accesserit venia atque consensus C. G. O. part. 2 tit. 34. R. A. de anno 1570 §. Dieweil dann auch. 103. ibi: Daß Cammer-Richter und Beysitzer / da die solche Translation fürzunehmen bedacht / uns dasselbig zeitlich zuschreiben sollen.

II.

De

Ordinationibus

Cameræ Imperiali atque Iudicio Aulico præscriptis.

§. I.

VT qualibet benè constituta Iudicia ita & hæc duo suprema suas habent ordinationes & Leges, secundum quas lites & controversiæ legitimè in judicium introducuntur, disceptantur, ac deciduntur.

§. *II. Sacrum Imperialis Cameræ Iudicium tot benè obtinuit Ordinationes, quot Orbis Romano-Germanicus vidit Comitia. Primùm, ut communiter evenire solet, ordinationes ei præscriptæ fuerunt breviores; sed illæ subsequentibus temporibus in Comitiis semper fuerunt extensæ, & aliis supperadditis Sanctionibus auctæ. Omnium optima & perfectissima est, quæ ex antiquioribus Ordinationibus ab anno* 1495. *usque ad annum* 1546. *publicatis, anno* 1548. *primùm composita atque à laudatissimo Cæsare* Carolo V. anno 1555. *in Comitiis Augustanis promulgata est, & hæc etiam ab Autoribus communiter & secundum excellentiam allegatur; hujus quoque solius in Capitulatione augustissimi moderni Imperatoris* Leopoldi art. 38. *fit mentio.*

§. *III. Postquam autem ea per subsequentes Imperij Constitutiones, Recessus Deputationum, Senatus Consulta Cameralia sive Communia Decreta* (Gemeine Bescheide) *& alias sanctiones noviores, multis in locis correcta, declarata adauctaque esset,* Imp. Rudolphus II. *communi Procerum consilio Iudici atque Assessoribus Cameralibus anno* 1598. *injunxit, ut ex suorum numero quosdam seligerent, ex utrâque religione pares, qui dictam Ordinationem singulari curâ reviderent ac materias in Constitutionibus Imperij aliisque sanctionibus sparsim existentes in loca congrua congererent, unoque volumine complecterentur. Hoc opus, cùm ad finem ex voto esset deductum,* Conceptum *appellârunt* renovatæ Ordinationis Cameralis, *vulgo* Cammer-Concept, *atque Electori Moguntino transmiserunt, qui in Comitiis anno* 1603. *illud maturo Statuum Imperij subjecit judicio.*

§. *IV. Sed cùm tàm in his quàm in proximis subsecutis Comitijs de anno* 1613. *ejus publicatio impediretur, nec in subsequentibus Comitijs hac de re aliquid actum, ac interea temporis dictum Conceptum Ordinationis tùm per publicas Constitutiones, cumprimis per Recessum Imperij de anno* 1654. *tùm per recentiora Decreta Communia Cameralia, in multis locis correctum, mutatum aut etiam prorsus abrogatum esset, placuit Ordinibus Germaniæ in dictâ* Ratisponensi 1654. *ut illud in futura visitatione Cameræ per Dnn. Visitatores, adminiculo Assessorum & Procuratorum primariorum, revideretur ac emendaretur, totumque opus ita præpararetur, quò* in proximis (modernis) Comitiis *tandem ad perfectionem venire possit.* R. A. de anno 1654. §. Das anno 1613. begriffenes. 1:4.

§. *V. Postquam autem illa visitatio nondum instituta, nec revisio ac emendatio sæpè dicti Concepti facta, ejus ratificationem ac promulgationem in his Comitijs sperare vix possumus.*

§. *VI. Intereà manum operi admovit* Nobilissimus Vir, Dominus Iacobus Blume, I.V.D. Amicus meus honoratissimus, *atque laudando studio atque insigni labore Conceptum hoc Ordinationis revidit, irrepta in priora Exemplaria, imprimis in marginalibus, errata innumera typographica emendavit, loca parallela, ubi opus, addidit, textus authenticos ex Recessibus ac Memorialibus Visitationũ, ut & Cameræ Consultis, hinc inde allegatos singulis locis contiguè adjecit, & ubique commodè annotavit, quicquid per recentiores Recessus & Decreta* Cameralia *ab anno* 1613. *ad hunc usque diem mutatum, correctum, confirmatum, declaratum aut penitus abrogatum est; hocque* Opus Clementissimo Electoris Moguntini *consensu & privilegio publici juris fecit.*

§. *VII. Non ita pridem à quodam* quærebatur, *cùm hoc sub incudem de novo revocatum Conceptum Ordinationis* Cameralis *nullam vim sanctionis pragmaticæ adhuc habeat, & maximè dubium sit, an id Imperator & Principes Germaniæ sint confirmaturi, efficaciter illud possit allegari? Non sine utilitate illud legi eique fidem maximam haberi posse nemo dubitabit. Nam ubique expressa verba Constitutionum ac Recessuum, ut & Decretorum Communium, à Iudice & Assessoribus Cameræ promulgatorum, (quibus ratione processus judiciarij aliquid mutandi aut de novo constituendi potestas est,* C. G. O. part. 2. tit. ult. R. A. de anno 1654. § diesem nechst. 34. verb. arbitrio judicis.) *habentur. Quin & in ordine materiarum vix aliquid desiderari poterit adeò ut dubium sit, an Imperij Proceres aliquid ampliùs, quàm in novissimâ editione factum, addituri aut correcturi sint.*

§. *IIX. Hactenus de Ordinatione Camerali. Iam de Ordinatione Consilij Aulici. Quamvis etenim non solùm in Recessu Imperij novissimo* de anno 1654. §. Es sollen auch. 137. *sancitum, ut juxta normam Cameralis Ordinationis Processus Iudiciarius per totum Imperium in omnibus Iudiciis inferioribus, in quantum cujusque loci consuetudo id permitteret, institueretur; sed &* per Instrum. Pac. Cæsareo, Suecicum art. V. §. 54 *expressè constitutum sit, ut in* ipso *quoque* Iudicio Aulico *per omnia Ordinatio Cameralis servaretur, nihilominus tamen Aulicum Iudicium præter jàm memoratam Ordinationem Cameralem, quam in plurimis sequitur* (R. H. O. tit. 2. §. So wollen wir auch. *ibi:* auch so viel müglich / desselben unsers Keysel. Cammer-Gerichts Ordnung / und in allen Sachen gewöhnlichen *process, Termin* und *Solennitæten* gebrauchen und *observiren*) *peculiarem Ordinationem ab Imperatoribus præscriptam habet, quam Divus* Ferdinandus III. *Rom. Imp.* anno 1654. *renovavit ac Ratisponæ publici fecit juris.*

§. *IX. Hujus communicationem licèt Status Imperij* (zu behöriger Durchsehung und Beybringung Ihrer Erinnerungen) *à Cæsareâ Majestate petierint, ea tamen ut & cùm alijs gravissimis materiis usque ad prorogata (moderna) Comitia in suspenso relicta. Interim* in novissimâ Capitulatione Leopoldinâ *art.* 41. *invictissimus modernus Imperator ad observandam hanc renovatam Ordinationem juramento respectivè se obligavit, (adeoque ea jam tacitè ab Electoribus approbata.)* ibi: Wir wollen auch die neuaufgesetzte und von unsern Vorfahren / glorwürdigsten Andenckens / *approbirte* Reichs-Hof-Raths-Ordnung (es

sey

sey dann / daß bey künfftigen Reichs-Tag ein anders verordnet werde) fest halten lassen.

§. X. *Et hinc etiam illustres Domini Consiliarii Cæsarei in omnibus huic Ordinationi inhærent, & strictè eam (ipsis id fatentibus) observant. ideoque eo magis ac confidentius nos illam, ad confirmanda ea, quæ in sequentibus dicemus, poterimus allegare.*

DISCURSUS PRIMUS

DE

Iurisdictione

Supremorum in Imperio Romano Iudiciorum, Aulici & Cameralis, concurrente;

Aliisque ad eam materiam pertinentibus.

CAPUT I.

DE

Iurisdictione in genere,

Qualis

Supremis in Imperio Romano Iudiciis, Aulico & Camerali, competat.

§. I.

C*Um Respublica secundum Politicos sit ordo imperantium & parentium, oportet esse certam formam, à quâ denominentur imperantes; illa est potestas publica imperandi vel regendi. Potestas ea publica vel* summa *est vel* dependens. Summa, *quæ penes eum, qui cum summo* Imperio *est, residet;* dependens, *quæ ab eo, qui summum Imperium habet, derivatur in alios. Potestas dependens potissimum versatur circa causas, de quibus in iudicio controvertitur. Hæc potestas in iure Romano duobus actibus constat & exercetur,* iussione *&* coercitione; *illa* iurisdictio *dicitur, hæc* Imperium. Iurisdictio (*quæ aliis dicitur* iurisdictio simplex, *sive,* in specie sic dicta) *est potestas in causis civilibus (ut opponuntur criminalibus) iubendi, iure magistratus competens.* Imperium *est potestas publica in causis forensibus (ut comprehendant & criminales) iubendi & coercendi; (& hoc aliis dicitur* iurisdictio in genere, *quanquam malè, quia iurisdictio in iure Civili non ita generaliter sumitur.) Imperium est vel merum vel mixtum.* Merum *est potestas publica in causis criminalibus coercendi, iure speciali competens; & hoc ab aliis appellatur* iurisdictio criminalis. Mixtum *est potestas publica* in causis civilibus jubendi *& coercendi, iure magistratus competens; & id aliis dicitur* iurisdictio civilis.

§. II. *Imperii Cameræ iurisdictionem* civilem *habet,* non criminalem, *quod notissimum. Est enim iudicium civile, quale Consilium Aulicum quoque. Causæ siquidem criminales,* Peinliche Sachen/die Leib-Straffe auf Ihnen tragen. C. G. O. *part. 2. tit. 28. §. 11:* nach dem. *quibus nimirum agitur ad pœnam corporalem, neque in primâ neque in secundâ instantiâ in his supremis Iudiciis locum habent.* C. G. O. cit. loc. R. A. de anno 1530. §. Item als igt etliche Zeit. *Excipiuntur (1.) causæ fractæ pacis. (2.) Delicta Fiscalia. (3.) Si causa criminalis ex capite nullitatis principaliter & seorsim deducta ad Cameram vel iudicium Aulicum devolvatur.* Mynsf. observat. cent. 4. observ. 42. (4.) *Si non de crimine principaliter, sed de competentia judicis disputetur. (5.) Si dubitetur, an causa sit criminalis. Sed an horum judiciorum jurisdictio* ordinaria *sit, an delegata? major dubitatio est.* Cameralem *putamus* Ordinariam, *cum iurisdictio hæc fundata sit in perpetua Imperii Lege,* Ordinatione, *quæ ab Imperatore & Ordinibus, Cameræ est præscripta. Iurisdictio autem à Lege concessa, est ordinaria,* iuxta omnium Dd. sententiam. *Deinde Imperator causas in Camera pendentes non potest avocare,* uti demonstrabimus infrà Cap. 3. §. 7: *quod etiam est nota iurisdictionis ordinariæ. Denique delegata per mortem superioris committentis exspirat.* Gilhaus. arbor. iudic. part. 1. cap. 1. §. 7. n. 44. *Iurisdictio autem Cameræ cum obitu Imperatoris non exspiret, id ipsum argumento est, eam non esse delegatam; sed ordinariam. Ita post obitum Divi* Ferdinandi III. Imperatoris, *tempore interregni, Camerale Collegium munus suum in iustitia administratione constanter peregit, audientias celebrando, processusque decernendo, eorum tantum expeditio in Cancellaria tamdiu in suspenso esse debuit, donec sigillum, cui Serenissimorum Vicariorum insignia impressa, eò translatum fuit, sub quorum nomine & sigillo ii processus postea fuerunt expediti.*

§. III. *Ais: ordinariam & propriam obtinens iurisdictionem, eam proprio, non alieno exercet nomine.* arg. l. 3. ff. de offic. eius cui mand. est iurisd. *Camera autem, quæcunque agit, titulo & sigillo Cæsaris peragit,* uti infrà in Disc. seq. latiùs demonstrabimus. *Respondeo Cameram* ordinariam *quidem iurisdictionem habet, sed* minùs principalem, dependentem, vicariam. *Summum enim Principem repræsentat Camera, & vice eius judicat.* Mynf. cent. 4. obs. 5. *Vicarius non proprio sed eius nomine gerit, cuius vices obtinet.* Welemb. paratit. in C. de offic. Vic. n. 1. *Vicarium tamen generaliter constitutum, propriam habere iurisdictionem statuunt Iurisperitissimi.* Scip. Gentil. lib. 4. cap. 9. Menoch. 2. præsumt. 54. num. 9. *Sic præfectus prætorio ordinariâ olim gaudebat iurisdictione, & vice tamen sacra, hoc est, Imperatoris* (ut Cassiodorus lib. 6. epistol. loquitur) *judicare dicebatur. Cameræ igitur iurisdictio licèt vicaria sit atque dependens, ordinaria tamen.*

§. IV. *Aliter comparatum est cum iurisdictione* Iudicii Aulici, *ea enim sede Imperatoria vacante quiescit. Defuncto Cæsare statim Acta omnia à Registratore obsignantur & asservantur, ac tamdiu in suspenso manent. Interea autem quilibet Vicarius in terris Imperii sibi assignatis* judicium Vicariatus *constituit; quorum judiciorum Acta finito interregno ad Aulam Electi Imperatoris transmittunt. Atque hoc cum ita obtineat, patescit, quod Consilii Aulici jurisdictio* delegata *tantum* non ordinaria *sit; qualem Imperii habet Cameram,* uti in §. antec. demonstratum.

§. V. *Sed cum in Aula Cæsaris integer, penè causarum Processus sæpius Commissariis delegari soleat, cuidam exinde videri posset, Senatum Aulicum ordinariam habere iurisdictionem, non delegatam.* Sed respondemus: *quamvis eiusmodi Commissiones in Consilio Aulico decernantur, non tamen Senatus in-*

telligitur processum causarum delegare, sed ipse Cæsar, qui Commissarios constituit, iisque potestatem tribuit, ut in causa cognitione procedere possint usque ad sententiam. Camerale judicium, quamvis ordinariam jurisdictionem habeat, uti suprà probavimus, integrum tamen causarum processum delegare non solet; nec etiam potest; cùm personarum qualitas & industria sit electa C. G. O. part. 1. tit. 9. *hinc omnimoda causæ delegatio fieri ibi non potest; sed tantùm quorundam Actuum judicij particularium, qui alias per subsidium juris fiunt, quales sunt:* testium examinationes, instrumentorum transsumptiones, inspectiones locorum oculares &c. *Adeòque benè differunt* Commissiones Camerales à Commissionibus Cæsareis, zu Verhör der Sachen. de quibus in Disc. seq. cap. 2. §. 9.

CAPVT II.

DE

Concurrentiâ jurisdictionis, Consilij Cæsaris Aulici

ET

Cameræ Imperialis.

§. I.

D*Vdum anxiè disputarunt Publici Iuris Doctores de quæstione:* An hæc duo suprema in Imperio Romano judicia, Camerale & Aulicum, concurrentem habeant jurisdictionem? *sive, ut paulò expliatiùs statum controversiæ* cum Limnæo *formemus*: An causæ ad jurisdictionem Cameræ pertinentes hoc ad eandem pertineant modo, ut necessariò ibi tractentur, nec coram Imperatore in Ejus Aulico Cõsilio proponi atq; ventilari possint, sed præcisè ad Cameram inde debeant remitti?

§. II. *Latissimè de eâ quæstione agit jam laudatus illustris Limnæus* lib. 9. de Iure Publ. Rom. cap. 4. *per totum, ubi multos allegat Cameralistas, rationesque pro & contra adducit, decisionem tamen suspendit. Latè quoque de eâ differunt* Arum. Vol. 1. de jur. publ. disc. 13. q. 4. Besold de jurisdict. Rom. Imper. q. 12. Thom. Mich. de jurisdict. th. 35. Petr. Heig part. 1. qv. 9.

§. III. *Nos, salvo cuiuscunque rectiùs sentientis judicio, putamus, si quæstio* universaliter de omnibus causis *formetur*, an scilicet hæc duo summa judicia jurisdictionem concurrentem habeant, nullo causarum discrimine? *quòd* negativa *sine dubio vera sit, tùm in propatulo sit, quòd Senatus Aulicus Imperatoris nomine de feudis Imperij maioribus cognoscat (quorum cognitionem Imperator sibi soli reservavit.* C. G. O. part. 2. tit. 7 Gail. lib. 1. obs. 1. n. 31.) *de concessione item privilegiorum Cæsareorum, eorumque confirmatione, collatione dignitatum, aliisque causarum generibus ac negotiis delibe-ret (de quibus* in cap. 4.) *quibus Cameræ Imperialis nunquam se inmiscuit, nec se immiscere potuit; adeòque in iis causis ac negotiis concurrentia jurisdictionis Cameralis locum minimè habet, sed tales causæ tantùm in Aulâ Cæsareâ disceptantur.*

§. IV. *Quòd si verò in particulari informetur quæstio:* an nimirum in quibusdam causis Iudiciũ Aulicum & Camerale concurrentem jurisdictionem habeant? *intrepidè* affirmamus, *per expressum textum in* R. H. O. *Tit.* 2. §. So wollen wir auch. *ibi*: So wollen wir auch/daß unser Reichs Hof-Raht sonsten und in denen Fällen/darinnen wir und unsre Vorfahren am Reich / unserm Cammer-Gericht concurrentem jurisdictionem zu mehrer Beförderung der Partheyen und unserer Ubertragung mitgetheilet habẽ/demselben seinen starcken Lauff lassen / und *per avocationem causarum* nicht verhindern / wann nemlich solche Sachen allbereit daselbst durch ausgewirckte und *insinuirte* Citation anhängig gemacht worden.

§. V. *Quidam statum quæstionis ita posuerunt*: An Imperator cum Camerâ concurrentem jurisdictionem habeat? *& hoc absurdum putârunt, quasi quæramus*, an idem cum seipso possit concurrere? *Ita scribit* Autor des gründlichen Berichtes / ob der Käyserl. Hof-Rath mit dem Käyserl. Cammer-Gericht concurrentem jurisdictionem habe? fol. 50. Daß zwischen der Käyß. Mayst. und dem Käyserl. Cammer-Gericht *per rerum naturam* keine *concurrentia jurisdictionis* könne statt haben/ sintemahl die *jurisdictio*, die in *Camerâ administrirt* wird/eben der Käyß. May. *jurisdiction* ist. *Verum enim verò licèt Imperator Cameræ jurisdictionem contulerit, tamen neque absurdum neque per rerum naturam impossibile est, ut ipse eâ quoque uti possit, neque enim eam* privativè aut abdicativè, *sed* cumulativè, *ut loquuntur, in Cameram transtulit, in parte laboris ac solicitudinis.* Vid. Hillig ad Donell. lib. 17. Comm cap. 9. lit. N. *Ea enim fuit judicij Cameralis instituendi ratio, ut Impp. & eorum Iudiciũ Aulicum molestiarum judicialium mole indies magis magisque accumulatiore, aliquatenus sublevarentur. Quare pessimè ij agunt, qui ea, quæ in favorem Cæsarum introducta sunt, in diminutionem Imperatoriæ potestatis trahere conantur. Firmo igitur stat talo thesis nostra, quòd Imperator in Consilio suo Aulico* de iisdẽ causarum generibus, in quibus Cameræ jurisdictio fundata est, *cognoscere possit, atque ita cum eâ concurrere. Et id qui negant, nesciunt quid statuunt.*

§. VI. *Dilabimur inde in aliam quæstionem maximi momenti, quæ à priori dependet*: An nimirùm & quando mutua præventio inter hæc duo summa judicia obtineat? *sed eam pertractabimus in peculiari capite proximè hoc insequente.*

§. VII. *De causis, in quibus concurrentia jurisdictionis adeòque & mutua præventio contingere solet & potest pauca adhuc dicenda. Et quidẽ* quoad causam fractæ pacis religiosæ constitutionis, *quòd in utraque cõcurrentia jurisdictionis admittatur, textus sunt clari in* C. G. O. part 2. tit 9. § 2 & seqq. R. A. de ann. 1566 §. und nach dem 6. *vers.* Wir wollen auch. Sed *& in cæteris causarũ generibus in quibus jurisdictio Cameræ in prima instantia fundata est, Consiliũ quoque Aulicũ jurisdictionẽ habere satis patet ex suprà dicto fundamento, quod Imperator jurisdictionẽ Cameræ concedens ea se non spoliarit, sed sibi integrã reservarit; quin &* experiẽtia quotidiana *satis id testatur. Et in aprico quoque est, cuilibet liberũ esse, à sententiis Inferiorũ Iudicũ, qui privilegiis de non appellando simpliciter non gaudent, vel si usque ad certam tantùm summam eo fruuntur, in summa appellabili* vel ad Cæsarem ejusque Consilium Aulicum, vel ad Cameram *provocare.*

CAPVT

CAPUT III.

DE

Mutuâ Præventione,

Inter

Cameram Imperialem & Consilium Aulicum.

§. I.

Diximus in præcedentibus, quòd in quibusdam causis Consilium Aulicum & Camerale concurrentem habeant iurisdictionem. Inter Iudices autem iurisdictionem concurrentem habentes præventio obtinet seu præoccupatio. Intelligitur autem unus alterum in jurisdictione prævenisse, si lis apud aliquem pendere inceperit. Sed quando lis in judicio pendere incipiat, quæritur? Textus expressus est in R. H. O. Tit. 2. §. So wollen wir auch. verb. Wann nemlich solche Sachen allbereit durch außgewürckte und insinuirte Citation anhängig gemacht worden. Quod & Gail. lib. 1. obs. 74. n. 17. & Mynsing. 4. obs. 26. aliique similiter tradunt, litispendentiam nimirum incipere per citationem reo legitimè insinuatam. Debet autem citationi libellus esse insertus vel adjunctus, ut reus percipere possit, ob quam causam ab actore conveniatur, R. A. de anno 1654. §. Diesem nechst. 34. in fin. verb. Damit der citirte in diesen allen sich wohl ersehen rc. quoniam antequam actor libellum porrigat, litispendentia inducta censeri non debet. Zanger. de except. part. 2. cap. 13. num. 10. Ratio rationis, quoniam Reus anteà adhuc inscius, cuius rei controversiam ipsi moturi sint, adeòque respectu Eius lis pendere dici non potest, antequam Citatio ipsi fuerit insinuata.

§. II. Et hæc vera sunt respectu Rei. Quod actorem attinet, illius respectu lis pendere incipit, quamprimùm decreta citatio ad ipsius notitiam pervenerit, licèt nondum sit expedita aut reo insinuata. Roman. Consil. 330. n. 2. Menoch. de A. I. Q. cas. 202. n. 8. Et hæc sententia in Camerâ observatur, ubi statim post decretam Citationem Documenta litispendentiæ communicari solent. Hinc sequitur, si actor, decretâ jam citatione, licèt nondum reo insinuatâ, ad Aulam Cæsaream transgredi vellet, quòd hoc facere non possit, propter litis in Camera pendentiam.

§. III. Sed si Actor & Reus, ambo sententiâ Inferioris Iudicis gravati, simul appellent, alter ad Aulam Cæsaris, alter ad Cameram, & unus in Camerâ priùs quidem impetret citationem, alter verò citationem tardiùs in Aula Cæsarea impetratam citiùs insinuari curet, quæritur, ubi lis pendere dici debeat? Respondeo: in Aula Cæsaris. per tradita Glossæ in c. 59. verb. assignatæ de Apppellat, ubi dicit: si duo sint ordinarij, possum adversarium meum prævenire coram altero, quem voluero eligere, non obstante, si Adversarius dicat, quòd volebat & deliberaverat me convenire coram alio, cũ quò tractaverat, nisi ipsius citatio prævenisset. Per citationem enim (intellige Reo insinuatam) inter Iudices iurisdictionem concurrentem habentes præventio introducitur. Gail. 1. observ. 29. n. 4.

§. IV. Quoad Commissarium Cæsaris aliter obtinere, scribit Gylmannus præjudic. Cameral. voc. præventio §. dubitabatur. putans per solam ab isto decretam citationem prævenire Cameram; Sin verò Camera Commissarium præveniat & decreto & insinuatione citationis, illam esse judicem, quod ibi præjudicio confirmat. Sola autem præsentatio Commissionis, effectum præventionis non operatur sed requiritur, ut is, cui, per præsentationem Commissionis, iurisdictio tribuitur, eam incipiat; incipit autem illam, decernendo citationem.

§. V. His obstare videtur, quòd lis demum incipiat à Litis contestatione, Ergo antè pendere dici nequit. Respond. incipit litispendentia à sola citatione quoad judicem & litigantes, quoad rem controversam verò à L. C. Vmm. disp. 12. n. 2. Atque sic concilianda sunt jura & Dd. qui judicium sive litem incipere dicunt modò à citatione, modò à L. C. Quoad Iudicem enim & litigantes lis pendere dicitur etiam ante Litis contestationem. Textus notabilis est in Ord. Cam. part. 2. tit. 9. §. ult. verb. vor oder nach der Kriegs-Befestigung.

§. VI. Sed an præventio intelligatur inducta, si nondum citatio nec decreta nec insinuata, sed literæ saltem præliminares pro informatione Iudicis, schreiben umb Bericht / impetrata & insinuata fuerint, eleganter quæritur? Affirmativum id putamus. (1.) cùm judex decernendo has literas jam incoperit de causa cognoscere, quod præventionis argumentum est. (2.) ad obtinendam præventionem, iuxta Gylm. præjud. Camer. verb. præventio. etiam extrajudicialia præcepta sufficiunt. (3) hæ literæ informatoriæ aliquo in se citationem quandam continent, quia is, adversus quem extrahuntur, citatur ad demonstrandum causæ statum.

§. VII. Præventio igitur mutua inter hæc duo judicia obtinet locum, sed non inhibitio aut avocatio causarum. Senatus enim causas in Camera pendentes avocare, vel alia via cursum justitiæ impedire prohibetur per R. A. de anno 1654. §. Ebenmässig sollen hinführo. 166 quin & per Capitul. §. 42. verb. Die am Käyserl. Cammer-Gericht zu Speyer aber anhängig gemachte und noch in unerörterten Rechten schwebende Sachen von dar ab und an unsern Reichs-Hof-Rath nicht abgefordert / noch von uns aufgehoben / und dagegen inhibirt. oder sonst auf andere Weiß rescribirt. auch was dargegen vorgenommen / als null und unkräfftig vom Cammer-Gericht gehalten rc. Quod si tamen huic adversum partes aut Aula Cæsaris quid moliantur, eo casu primùm, civilitatis gratia, documentum litispendentiæ in Cancellaria Camerali impetratur, & loco declinatoriarum in Iudicio Aulico producitur: Quo posthabito mandatum pœnale de continuando nec impediendo prosequi litem, ubi cœpta est; S. Clausul (cùm hoc factum Ipso iure Constitutionum Imperij prohibitum sit) adversus partes in Camera decernitur.

§. IIX Quocunque igitur modo cursum iustitiæ in Camera impedire, Senatus Cæsaris Aulicus prohibetur, sed benè accelerare eum potest. Possum enim in Consilio aulico Rescriptum Principio adversus Cameram impetrare pro excitanda justitiâ, quod nimirum Imperator, ad alicuius implorationem, Cameræ rescribit, ut mature & celeriter causam expediat. Sed non vice versa, ut Cæsar Cameræ, sic

etiam Camera Cæsaris Commissario pro excitanda justitia scribere potest, sed si Commissarius Cæsareus in administranda justitia negligens est, non debet adiri Camera, sed committens. Ita cùm anno 1630 Rustici zu Gamserdingen contra Dominum suum, Nobilem de Schlatten / in Camera supplicarent pro Mandato de non gravando ultrà operas solitas, nec cogendo adire molendinum ipsius; Camera, more in his casibus consueto, antequam Processus alios decrevit, scripsit Nobili Domino ad informandum Iudicem (umb Bericht) sed ille excepit de præventione litis in Aulâ Cæsareâ, insimulq; Commissionis decretæ & captæ tenorem in vidimatâ copiâ Cameræ transmisit. Mandatum petitum inde denegatum. Rustici verò rogarunt aliud ad administrandam justitiam adversus Cæsaris Commissarium, qui fuit Dominus (Comes de Fürstenberg; et etiam denegato supplicarunt pro promotorialibus. Sed & hac denegata d. 7. sept. 1630. ex nulla aliâ ratione, ut prudentiores putarunt, quàm quòd ea causa propter præventionem ad Cameræ Iurisdictionem non pertinuerit, sed Imperatori tanquam committenti pro mandato aut promotorialibus supplicandum fuerit.

CAPVT IV.

Quando Iurisdictio Summorum in Imper. Rom. Tribunalium, Cameralis & Aulici, in primâ instantiâ fundata sit.

§. I.

Omnes causæ vel per viam simplicis querelæ (quæ vulgò prima instantia dicitur) ad judicia deferuntur, vel per appellationem, quæ secunda instantia. Hi modi etiam obtinent in duobus supremis Imperij Rom. Iudicijs, Aula Cæsaris & Camera Imperiali. Videamus prius, quomodo in prima instantia vel ratione personarum vel ratione causarum jurisdictio supremorum horum Iudiciorum fundata sit. Reorum igitur (quorum forum actor regulariter sequi debet) ratione habitâ rectè vel in Aula Imperatoris vel in Camera Imperiali conveniuntur, qui Imperio Immediatè subjecti sunt, nisi vel publicâ, legibus scilicet Ordinationis, Austräge der Ordnung. C. G. O. part. 2. t. 27.) vel privatâ conventione constitutos Iudices (gewillkührte Austräge / C. G. O. part. 2. t. 2. pr.) habuerint, vel Imperatoris privilegio vel alio modo ex iurisdictione Cameræ & Consilij Aulici exempti fuerint. Primas enim instantias Camera ut strictè servet, in Recessu Imperij novissimo de anno 1654. §. benebens. 105. verb. die erste instantias. denuò admonetur. Et ad has etiam expressè adstringitur Consilium Aulicum in jam dicto Recessu §. Was dann Chur-Fürsten und Stände. 168. ut & in R. H. O. Tit. 2. §. Wir befehlen. ibi: privilegia der ersten instanz, iura Austregarum &c. aller Gebühr nach / sorgsamlich in acht nehmen / und den Reichs-Ständen unberührt verbleiben lassen. Si tamen correorum unus privilegio Austregarum gaudeat, alter verò non; ob causæ connexitatem ambo in supremo Imperij judicio conveniendi sunt, quia nemo coràm Austregis conveniri potest, qui eorum non est, ne quidem cum alijs capacibus. Sic e. g. debitorum & fidejussorum causa adeò sunt connexa, tàm ratione personarum, quàm rei seu negotij, ut ibi causa fidejussorum tractari debeat, ubi conveniuntur debitores principales, ne scilicet continentia causæ dividatur. Plures casus, quibus Iudices Ordinationis locum non habeant, & quomodo causa ab iisdem, tàm per appellationem quàm sine appellatione, ad Cameram devolvantur, tradit Roding. lib. 1 T. 4. cap. 7.

§. II. Ratione causarum iurisdictio Cameræ, ut & Consilij Aulici, in prima instantia fundata est, quando ipsum factum ita est qualificatum ut ex sua natura eius cognitio & decisio ad hæc suprema iudicia pertineat, cessantibus omnibus primæ instantiæ privilegijs. Decem autem causarum earum genera numerantur: causæ fractæ pacis publicæ tam religiosæ quàm profanæ, causæ fiscales, causæ litigiosæ possessionis, causæ pignorationum, causæ arrestorũ, causæ mandatorum sine clausulâ (mandata cum clausulâ suprema hæc Imperij Iudicia efficaciter non emittunt, nisi vel ratione personæ vel ratione causæ sua natura eò pertinentis, jurisdictio eorum fundata sit; si enim reus non sit immediatus, aut causa sua natura eò non pertineat, impetranti exceptio incompetentiæ objici & mandatum cum clausula impetratum cassari solet.) causæ relaxationis juramenti ad effectum agendi, causæ L. Diffamari, causæ denegatæ vel protractæ justitiæ, & tandem causæ violati privilegij Cæsarei. de quibus omnibus & singulis agit Roding. lib. 1. pand. Cand. tit. 6. & seqq. alijque plurimi.

§. III. In genere si contra publicas Imperij Constitutiones delinquitur, læsus vel in Aula Cæsaris vel in Imperij Camera Processus ex istis Constitutionibus contra delinquentem, seu, constitutiones istas violantẽ impetrare solet, non obstante privilegio Austregarum aliove, cùm enim ratione causæ jurisdictio hic fundata sit, omne cessabit privilegium personale.

§. IV. Quamvis verò in his causarum generalibus jurisdictio summorum horum Iudiciorum ita fundata sit, ut nulla habeatur ratio, utrum personæ litigantes mediatè vel immediatè Imperio subjectæ sint, per rubricam Tit. 9. part. 2. Ord. Cam. Von Persohnen und Sachen / die von Ihrer Art und Eygenschafft wegẽ / ungeachtet / ob Sie (die Persohnen) mit oder ohne Mittel dem Reich unterworffen / in erster instanz an das Keyserl. Cammer-Gericht gehörig. Nihilominus tamen in quibusdam etiam tam actoris quàm rei immedietas requiritur, ut in causis fractæ pacis religiosæ, causis pignorationum causis arrestorum, in quibusdam rei tantùm, ut in causa L. diffamari. Quòd tamen hic potius causa quàm personæ qualitas & conditio spectetur, patet exinde, quòd hujusmodi causa ex iurisdictione Iudicum Ordinationis aliorumque privilegio personali constitutorum exempta sint, ut §. præced. jam tùm diximus.

§. V. Præter jam dictas causas, in quibus tàm Cameræ quàm Consilij Aulici jurisdictio fundata est, ad Senatum quoq; Aulicum alia pertinent, quibus Camera se non immiscet. De ijs ita in R. H. O. Tit. 2. in pr. In unsern Reichs-Hof-Rath sollen alle und jede Sachen / das Heilige Römische Reich / desselben Hochheit / Recht / Herrligkeit / Gerechtigkeit / Pfandschafft / Lösung Regalien hohe und nieder Lehen / Privilegien, Indult, Confirmation, und anders / wie solches Nahmen haben mag. &c. quæ negotia celerrimè, cum sufficienti tamen causæ cognitione, ibi expediuntur. Add. suprà cap. 2.

CAP.

CAPVT V.

Quomodo causæ ad Aulam Cæsaris aut Imperialem Cameram per appellationem devolvantur.

§. I.

Atque ita causæ per viam simplicis querelæ *in primâ instantia ad suprema Imperij Rom. Iudicia deferuntur. Videndum nunc, quomodo* per viam provocationis *eò devolvantur, quod accidit, quando quis per decretum sive factum Magistratus, aut sententiam Iudicis Inferioris læsus vel gravatus, vel ad Cæsarem vel ad Cameram Imperialem appellat & provocat. Variè verò ad hæc suprema Tribunalia provocatur. Interdum alternativè:* appello vel ad Cæsaream Majestatem vel ad Cameram Imperialem. *Interdum conjunctim:* appello ad Cæsarem & Cameram Imperialem. *Interdum alio modo:* appello ad Cameram vel quodcunque judicium competens. *Interdum etiam* simpliciter, non expresso iudice ad quem. *Et ubique, cùm inter hæc judicia concurrentia jurisdictionis obtineat,* præventio *locum habet, hoc est,* appellatio eò devolvitur, ubi priùs lis pendere incipit. *Idem procedit, si duo in eodem negotio appellant,* unus ad Imperatorem, alter ad Cameram. *similiter enim preventio valet.* V. suprà c. 3. §. 3.

§. II. *Ut autem appellatio ad hæc suprema Iudicia valeat, requiritur* tùm *ut appellatio hujusmodi fiat* gradatim, non per saltum, *judice scil. intermedio, si quis sit, præterito.* (exceptiones *vide* apud Roding. Lib. 1. 1. 20. §. 6. & seqq.) tùm *ut* summa litis *sit* appellabilis. *In exordio Iudicij Cameralis à quacunque summâ appellari potuit, nisi aliquod privilegium obstabat.* Anno 1521. *verò constitutum, ut summa appellabilis esset* 50. floren. C. G. O. de anno 1521. a. 24. *Deinde hæc summa adscendit ad* 150 floren. R. A. de anno 1570. §. Als wir dann. 66. *Quæ summa* anno 1600 *duplicata est, facta* 300. flor. Dep. Absch. de an. 1600. §. Wiewohl num. 14. *Et hæc* anno 1654. *secundâ vice duplicata auctaque ad* 600. floren. *seu* 400. Imperial. R. A. de anno 1654. §. Viertens soll die *summa* 112. *Si igitur summa nō sit appellabilis,* appellatio *non recipitur; revisio tamen* Actorum *à judice sententiæ (inferiore) peti potest,* vel transmissio Actorum ad Consilium Sapientum. Id *enim tàm* in Recessu Deput. de anno 1600. §. Es soll aber. 18. *quàm* in Recessu de anno 1654 8. Doch mit diesem Zusatz. 113. *solatij ergò indultum. Quòd si hæc revisio aut transmissio Actorum denegetur, Mandatum* de concedendâ Revisione, aut de non impediendo uti jure Constitutionum Imperii, *in Iudicio Aulico aut Camerali impetrari posse, nullum est dubium. Sed quæritur:* An talis revisio Actorum etiam in causâ appellabili peti queat? Negatur. *quia extraordinarium remedium, quale est revisio, locum non habet, ubi ordinarium, scil. appellatio, adhiberi potest. In judicijs verò, ubi per privilegium* de planè non appellando *nemini appellare licet,* (ut in foro Saxonico (petitio *tamen* leuterationis & oberleuterationis (*de quibus vide latè illustrem* Carpzovium in Process. Iur. Sax. Tit. 17. *vel aliud simile beneficium concessum est. Si ea beneficia denegantur, similiter obtinet, quod de Revisione jàm diximus.* Sic in causâ H. contra S. W. *cùm petita Leuteratio denegaretur, & sententia exequeretur, in Camerâ supplicatum* pro concedendâ Leuteratione, cassando, restituendo, & non turbando, nec ampliùs innovando S. C. *Ast decretum:* Ist gebethenes Mandatum de concedendâ Leuteratione erkant/ das übrige Begehren aber abgeschlagen. in consilio d. 1. Mart. 1649 *Ubi igitur appellatio prohibita, non prohibentur tamen revisio Actorum, eorumve transmissio ad Consilium Sapientum, leuteratio, vel aliud simile beneficium legibus concessum aut consuetudine introductum.*

§. III. *Prohibita autem appellatio non solùm, si summa non sit appellabilis* ratione Ordinationis Cameralis & Constitutionum Imperij, *sed & si* privilegio non sit conformis. *Plerique enim Imperij Status privilegijs de non appellando ab eorum sententijs usque ad certam summam gaudent. Ubi igitur tale privilegium habetur, non sufficit summam esse appellabilem ratione Constitutionum Imperialium, sed requiritur, ut ea privilegio sit conformis. Auctâ enim* in R. I. de anno 1654. *summa appellabili, privilegia etiam de non appellando ampliora Statibus se concessurum, Imperator simul promisit, quam auctionem etiam plurimi largissimè obtinuerunt. Eaque privilegia Statuum tàm in Camerâ quàm in Aula Cæsaris servari & attendi jubentur* in R. A. de anno 1654. § Drittens sollen. 111. & in R. H. O. T. 2. §. Wir befehlen auch. *ibi:* Wir befehlen auch hiermit unserm Reichs-Hof-Raths *Præsidenten* und Rathen ernstlich / und wollen / daß Sie in Erkennung x. Privilegia de non appellando und der summa / unter welcher man nicht *appelliren* und die Sach an höhere Gericht bringen kan / aller Gebühr nach sorgfältlich in acht nehmen / und den Reichs-Ständen unberuhrt verbleiben lassen.

DISCVRSVS SECVNDVS

DE Processibus Cæsareis, *Quæ* ad supplicationem partium ex Aulâ Cæsaris & Imperij Camerâ prodeunt.

Continuatio.

Actum est hactenus in Discursu primò, (præmissis quibusdam præliminaribus) de Iurisdictione summorum Imperij Romani Iudiciorum, quomodo ea fundata sit tàm ratione personarum, quàm ratione causarum, item de concurrentiâ eorum & præventione mutuâ, aliisque ad eum punctum pertinentibus. *Ordo nunc postularet, ut discursum nostrum dirigeremus* ad modum procedendi; *sed cùm processus causæ institui non possit, nisi ea præcesserint,* quæ eum præparant eique viam sternunt, *oportet, ut priùs ea consideremus, rejectis alijs cogitationibus in discursum sequentem. Præparatio autem processus causæ consistit* in petitione & supplicatione pro processibus decernendis, in expeditione processuum decretorum, *& tandem* in insinuatione processuum in termino reproducendorum. *De quibus differemus paucis hoc die.*

CAPUT I.

Quomodo Processus in Imperii Camerâ & Senatu Aulico petantur ac decernantur.

§. I.

Vocabulum Processus *vulgariter variè accipitur. Sic pro pompâ* in l. 41 ff. de donat. inter vir. & uxor. *ubi* donare ad processus viri *nihil aliud est, quàm ita donare, ut maritus utatur in pompâ* in publicis processionibus Consulum aliorumq; magistratuum, *de quibus* in Nov. 105. c. 1. l. 2. C. de Conf. *uti plurimi illam legem explicant. Alij tamen illas donationes uxoris* ad processus viri *explicant de sumptibus* ad promovendum maritum *per gradus*, l. 45. prin. ff. de negot. gest. *Sic & vox* processus *populariter interdum accipitur* pro progressu in literis. *Usu vero forensi nihil aliud denotat, quàm ordinem judicij legitimum, rationem atque viam, quâ judex atque litigatores procedunt, donec lites suum propositum consequuntur; vel si mavis breviùs: ordinem & formam judiciorum competentem, sive modum ordinetractandorum judiciorum legitimum* D. Fibig. part. 1. de Process. Iudi. cap. 1. *Sed in hâc acceptione voce eâ hîc non utimur, sed in abusum, quem usus quotidianus i. foro Camerali introduxit*, literas Cæsareas omnes, *quæcunque vel ad inchoandum vel ad promovendum vel ad determinandum & exequendum processum emanant hoc nomine appellamus.* Vid. C. G. O. part. 1. t. 38 §. 1. verb. Käyserl. Brieff oder Proceß. & part. 3 tit. 15 §. und erstlich. ibi: Und erstlich/ was die Ladung / *Mandata* und andere Proceß antrifft. R. A. de anno 1654 §. Damit aber auch 165. verb. Der Cammergerichtlichen Processen.

§. II. *Omnes autem Processus impetrari solent & debent per supplicationes ac preces.* C. G. O. part. 2. tit. 22. *quæ in Camerâ*, vel scriptotam *judicialiter quàm extrajudicialiter exhibentur*, vel vivâ voce *proponuntur, per Recessus orales in publicis audientijs, quemadmodum petuntur citationes ad reassumendum, commissiones, urctiores processus &c.*

§. III. *Supplicationes* extrajudiciales *omnium frequentissimæ sunt, nec Procuratores* ad judicialem *facile deflectunt, nisi per decretum eo remittantur, quod fieri solet, quoties supplicatur in causâ cum aliâ in judicio jam pendente connexâ, & Referens viderit*, sine contradictione partis adversæ & prævià aliquali causæ cognitione *Processus decerni non posse.*

§. IV. *Quomodo autem hujusmodi supplicationes* extrajudiciales pro extrahendis processibus *per Procuratores aut eorum scribas Domino Iudici Camerali offerantur, notatu opus est. Tradi namque illæ solent unà cum Adjunctis* (Beylagen / *documentis numeratim, quibus supplicationum narrata in continenti probantur*, secundum R. I. anno 1654. §. alle supplicanten. 79. *Item si jam antè in eâdem causâ supplicatum fuerit, annexis prioribus supplicationibus atque decretis.) manè in Cancellariam, antequam Assessores in Senatum conveniunt ubi à Notarijs registrantur & postmodum Senatui Supplicationum offeruntur. Singula autem gemina exhibenda sunt, Una ad acta reponitur & in Iudicio asservatur, altera cum inscripto Decreto; supplicantis procuratori ejusve scribæ post finitum Senatum per Notarios restituitur.*

§. V. *Decernuntur autem vel denegantur Processus* modò simpliciter, *supplicationi adscripto verbo* Erkennt. *vel:* Abgeschlagen. *Modò* quidam *Processus petiti* decernuntur, quidam denegantur, *& libello supplici inscribitur:* Ist *Citation &c.* erkennt/ das übrige Begehren abgeschlagen. *Interdum etiam*, si defectus sit in conclusione & petito, *decernitur:* Wie gebethen / abgeschlagen. *vel*, si vitium in narratis, *& requisitum quoddam constitutionis, ex quâ supplicatur, omissum sit, his formalibus* Auff vorbrachte *narrata* abgeschlagen. *aut:* Wofern *Supplicant* förmlicher *suppliciren* wird / soll darauff ergehen/ was Recht ist.

§. VI. *Quomodo autē supplicationes pro processibus obtinendis legitimè formari debeant, patebit ex* §. 8. *ubi exēplum supplicationis recitemus, & simul omnia inseremus, quæ ad perfectam supplicationem requiruntur. Hîc in antecessum notamus solùm differentiam, quòd namque supplicationes* in Camerâ Imperii ad Iudicem Cameræ *diriguntur. incipientes:* Durchleuchtigster Fürst/ dero Röm. Kayserl. May. Cammer-Richter / gnädigster Herr. *In rubricâ autem nomen ejus aut titulus non additur, sed simpliciter inscribitur:* unterthänigste *supplication pro citatione &c. Mandato &c.* Anwalds N. *Supplicationes autem & preces, quæ* Senatui Aulico *offeruntur, non ad Consilij Præsidē, sed* ipsum Imperatorem augustissimum *scribuntur, hoc uti similiexordio:* Allerdurchleuchtigster / Großmächtigster / und Unüberwindlichster / Römischer Käyser / auch zu Hungarn und Böheimb König 2c. Allergnädigster Herr. *Et rubricæ quoq; sacratissima Cæsarea Majestatis nominibus ac titulis condecorari solet.*

§ VII. *Supplicatur autem in Aulâ Cæsaris* vel *pro impetrandis quibuscunq; indultis, gratiis, privilegijs, &c.* vel *pro extrahendis processibus judiciarijs.* Prioris generis *supplicationes (quamvis & interdum posterioris generis, ab imprudentibus & stylum curiæ ignorantibus) vel* ipsi Imperatori (*dum ex sacello per atrium procedit, vel alibi*) *demissimè flexis genibus in manus porriguntur. vel* Imperii Vice Cancellario *offeruntur, perinde enim hoc est, nam Cæsarea Majestas omnes supplicationes ipsi traditas vice-Cancellario transmittere solet, ut eas perlustret, an ad Consilij Secreti an Aulici deliberationem pertineant. Eas, quæ consultatione Senatus Aulici opus habent, Vice-Cancellarius signat adscripta voce:* Reichs-Hofrath. *adductoque die, quo præsentata. (cujusmodi signaturas sæpius vidimus.)* R. H. O. t. 3. in princ. ibi: Welcher (Reichs vice Cantzler) die jenige Schreiben und Sachen / so im Reichs-Hofrath zuberathschlagen / signiren und in einen verpitschierten *fasciculo* unserm Præsidenten jederzeit zuschicken soll.

§. VIII. *Supplicationes verò* pro extrahendis processibus *illustrissimo Consilij Aulici Præsidi Procuratores & Agentes vel ipsi offerre (quando in Senatum it vel alibi) vel per ostiarium* (den Reichs-Hofraths Thürhüter) *in Senatu exhibere solent.* R. H. O. T. 3. in Princ. *qui eas postmodum inter Dominos Consiliarios ad referendum distribuit. Quibus relatis in pleno consessu super supplicantis desiderio deliberatur. & cùm processus (citationes, mandata, rescripta) privilegia, indulta, vel alia quæcunque litera Cæsarea decernuntur, supplicationi decretum inscribitur hoc vel alio modo:* Fiat voluntas supplicantis. *Sive:* expediatur. *Quomodo autem decreta per Secretarium procuratoribus aut partibus notificentur, vide in* disc. 3. cap.

cap. de publicat. sentent. in fine.

§. IX. Antequam ad ipsa Processuum Cæsareorum varia genera accedamus, placet (prout etiam suprà in §. 5. promisimus) copiam Supplicationis pro processibus impetrandis, tàm in Camerâ quàm Aulâ Cæsaris, usitatam hic subjungere. In causis S. Q. vel in ipsâ supplicâ Actor proponit, se narrata loco Libelli & Adjuncta loco probationis in primo termino repetiturum; vel libellum summarium separatim supplicationi, uti adjunctum, annectit. Primus modus frequentior est secundo; uterque tamen admittitur. Priore casu supplica in sequentibus substantialibus consistit: Allerdurchleuchtigster und unüberwindlichster Käyser/ &c. (si in Senatu Aulico supplicatur) sive, durchleuchtigster Fürst/ dero Röm. Käys. Mayst. Cammer-Richter &c. (enim. si in Camerâ supplicatur. add. suprà §. 5.) E. Käys. Mayst. sive E. Fürstl. Durchl. bringet Anwald &c. (hic inserenda Actorum nomina cum titulis) Wieder die N. N. (reos, & si consortes adsint, vel eorum curatores, hi etiam cum ijs, qui tutela subsunt, nominandi.) in unterthänigkeit supplicirend vor und an/ was Gestalt &c. (hic sequitur factum cũ necessarijs & succinctis, quàm maximè fieri potest, circumstantijs, ut & si placet, documentis probatorijs.) Wann aber allergnädigster Käyser und Herr (in Camerâ: gnädigster Fürst und Herr) Anwalds Principaln &c. (hic sequitur assumptio, & inferenda motiva, quare processus decernendi, ut & iura ad factum congrua; item genus actionis; tandem subnectenda fundatæ jurisdictionis tàm quoad principales quàm quoad consortes; & denique annectendum:) gestaltsam Anwald in primò reproductionis termino obige narrata loco Libelli, animo litem affirmativè contestandi; Dann die Beylagen loco probationis, cum reservatione ulteriora, quatenus opus, zu wiederholen. (ubi etiam pro arbitrio inferi potest ipsa petitio:) Dann zu petiten gemeynet ist/ daß die Beklagte (pro diversitate Actionis, in die und die pœn. &c.) zu condemniren seyn/ dieselben auch also würcklich condemniren, Dann legalem terminum utriq; parti communem zu præfigiren.) Iàm sequitur conclusio:) Als gelanget an E. Käys. Mayst. (An E. Fürstl. Durchl.) Anwalds unterthänigste Bitte/ die allergnädigst (gnädigst) geruhen/ wieder Eingangs gemelte Hn. Beklagte Citationem ad videndum e. g. exigi debitum, vindicari hereditatem, &c. Darinnen dieselbe an E. Käys. Mayst. Hof (in Camerâ, an dieses höchste Gericht) in gewöhnlicher Zeit zuerscheinen gewiesen werden/ umb zu sehen/ daß Sie zu Erstattung des Capitals/ Pensionen, Costen und Schaden condemniret werden. Hierüber ꝛc.

§. X. Atque hic est modus supplicandi in causis S. Q. pro Citatione. Modus autem supplicandi pro Mandatis C. vel. S. C. talis est aut similis: In Introitu præmittuntur nomina & titulo partium litigantium, ut suprà, quibus immediatè annectendum factum cum assumptione: Wann aber dieses geklagte Factum allen so geist- als weltlichen Rechten/ des H. Reichs Constitutionibus, und der selbständigen Billigkeit entgegen/ mit den geringsten Schein Rechtens nicht zubemänteln ist (pro diversitate facti conquesti aggravantur circumstantia.) In welchen Fällen vermög der Cammer-Gerichts Ordnung/ part. 2. tit. 23. qui locus Ordinationis semper allegandus est, nisi quis supplicet super speciali alia, ità Constitutione, quo casu jurisd. specialiter de super fundanda) à præcepto & executivè wohl angefangen werden kan/ gestaltsam ob notoriã immediatatẽ des Beklagten/ &c. (hic inferatur fundatio iurisdictionis; Et tandem conclusio subjungatur:) Als gelanget ꝛc. Wieder Eingangs benante Beklagte sammt und sonders ein Mandatum (de relax. capt. solv. rest. &c.) Darinn denenselben/ daß sie so bald nach verkündung dieses/ ohne einigen Verzug/ Ein- oder Wieder-Rede/ vielweniger (si forsan correi sint ministri vel officiales) angemaßter Vertrettungen ꝛc. (addantur vel omittenda vel facienda cum omni causâ, interesse & damno) alles Ernsts und bey einer namhafften Poen anbefohlen werde/ annexâ Citatione solitâ, allergnädigst (gnädigst) förderlichst zuerkennen. Formulam supplicandi in causis Appellationis refert Rodingius Lib. 3. Pandect. Cameral. Tit. 20. §. 45.

CAPUT II.
DE
Variis & summis Processuum Cæsareorum generibus.

§. I.

OMnes Processus, qui in Aulâ Cæsaris & Imperij Camerâ ad inchoandam, promovendam aut persequendam causæ tractationem decernuntur, vel ad partes emanant litigantes, vel ad tertium, cui cum processus impetrante nihil litis est. Ad partes vel Citationes emittuntur vel Mandata. Ad Tertium, inhibitionales, (quæ tamen simul ad partes quoque diriguntur) promotoriales, compulsoriales, subsidiales, commissiones, literæ pro informatione judicis (schreiben umb Bericht) arresta, sequestrationes. De singulis pauca trademus. De processibus, quæ in puncto executionis decernuntur, agemus infrà in cap. de executione sententiarum. Privilegia, indulta, confirmationes privilegiorum, contractuum, & alia, quæ non ad processum causæ pertinent, impropriè & abusivè processus appellantur, & rectius diplomata dicuntur.

§ II. Citationes ad judicium quid sint, notissimum est. Varia illa pro causarum variâ qualitate. Nunc citatur quis vel ad judicium vocatur ad videndum exigi debitum, nunc ad vid. iustificari titulum possessionis, nunc ad vid. se immitti in hæreditatem, nunc pro causæ statu & qualitate facti aliter. De citationibus ad reassumendum tractabimus infrà in cap. de mand. procur.

§. III. Si factum ita est qualificatum, ut à præcepto & quasi ab Executione processus inchoari possit, in augustis supremis Iudicijs, Aulico & Camerali, Mandata decernuntur seu præcepta, quibus sub sacratissimo Cæsaris nomine sub certa pœna comminatione vel quid alicui inhibetur, vetatur, prohibetur, vel iubetur, imponitur, urgetur. Rubricas pro causa & facti varietate varias habent, de restituendo, de non offendendo, de relaxando captivum, arrestum &c. imò tot titulos habent, quot natura deprepérat edere factorum formas. Generalis distinctio est, quòd decernantur, vel cum vel sine clausulâ iustificatoria. Addit Mindanus cap. 5. de mandat. n. 3. quòd quædam sint mixta, quæ nimirùm partim cum, partim sine dictâ clausulâ

emanant. Verùm in eo Mindanum errare putamus; nam quando in uno processu impetro mandatum super litigiosâ possessione C. C. & simul de non offendendo S. C. (quod exemplum Mindanus ipse ponit) tunc non est unum mandatum mixtum, sed duo sunt mandata in uno processu emanata. Semper enim in talibus processibus, in quibus C. & S. C. mandatur, in plurali numero dicitur: diesen unsern Käys. mandaten; & unum post alterum separatim proponitur. Est autem mandatum cum clausulâ, quo licet fieri aliquid sub pœnâ præcipiatur, parti tamen, contra quam illud emittitur, potestas relinquitur, si se per istud mandatum gravatum sentiat, rationes & causas, quare ei parere non teneatur, in præfixo ad id termino judicialiter proponendi. Si igitur factum tale, quod nullo juris colore justificari queat, vel quod irreparabile damnum inferat, vel ad publicam Rei perniciem tendat, vel moram ferre nequeat, (hi enim sunt quatuor isti casus generales in Ord. Cam. part. 2. tit. 23. expressi. Add. R. A. de anno 1654. §. alle Supplicanten. 79.) mandata sine clausulâ peti & impetrari solent, quibus nimirum non annectitur citatio ad allegandum causas, si reus se gravatum sentiat) quare mandato parere non teneatur, sed præcise reo imperatur, ut mandato sine tergiversatione pareat, annexâ citatione, ut in præstituto termine compareat ad docendum de factâ paritione, vel, si non paruerit, ad videndum se declarari in pœnam mandato insertam, aut proponendum causas, quare declaratio illa fieri non debeat.

§. IV. Dubium hinc cuipiam suboriri possit, quomodo vocari possint mandata hæc sine clausulâ, cùm iis etiam adjiciatur clausula, causas nimirum, cur declaratio pœnæ fieri non debeat, proponendi oder aber beständige erhebliche Ursachen / ob Ihr einige hettet / warumb solche Erklärung nicht geschehen solle / fürzubringen. Unde etiam Gailius lib. 1. obs. 113. num. 1. dicit, hujusmodi mandata in eff. etiam habere annexam clausulam justificatoriam. Verùm ad hanc objectionem respondemus: magnam inter has clausulas differentiam esse, nam in illis mandatis (cum cl.) clausula est de causis contra ipsum mandatum allegandis, ob quas nimirum ei paritio fieri non debeat; in his verò (sine cl.) apponitur quidem etiam clausula, sed non contra ipsum mandatum, verùm tantùm contra declarationem pœnæ excipiendi, & causas, quare declaratio illa fieri non debeat allegandi, quòd forsan parere non potuerit quanquam etiam nec semper mandatis S. C. illa clausula inseratur, sed sæpiùs omittatur.

§. V. Communiter & frequenter ab Advocatis & Procuratoribus mandata rogantur sine clausula, si modò pro qualitate facti ac circumstantiarum ratione fieri id possit. Et omninò operæ pretium est, ut causidici summo studio eò nitantur, & (quâcunque ratione possint) ad supra dictos quatuor casus facti speciem in libello supplici accommodent, ita enim Austregarum anfractus evitare, processumque causæ poterunt accelerare.

§. VI. In Consilio Aulico, si factum in qualitate mandati non satis fundet jurisdictionem, sæpiùs decernitur Rescriptum Principis, etiamsi non sit expressè petitum, aut saltem implicitè in verbis: omni meliori modo. Decernitur autem eo casu rescriptum simplex tantùm, sine comminatione pœnæ, non pœnale, quod idem ferè est ac mandatum, intellige cum clausulâ: nec enim quis paritionem non exhibens statim in pœnam Rescripto insertam declaratur, sed similiter, ut in processu mandati cum clausulâ, allegari possunt causæ, ob quas Rescripto paritio fieri non debeat. Alia sunt Rescripta, quæ in Camera in causis Simplicis querelæ rogari & obtineri soleat: Rescriptum Citationis, Rescriptum mandati; quando nimirùm ejusmodi Processus obtenti & decreti intra annum ex Cancellaria (non solutâ taxa) non extradi curantur, aut extraditi & insinuati in primo termino non reproducuntur (actore in termino non comparente) atque ita terminus circumducitur, aut alio modo effectus & vires citationis aut mandati extinguuntur, tunc nova citatio aut mandatum rogari debet, vel ut in foro Camerali loquuntur, rescriptum prioris. Secus est in causis Appellationis, ubi lapsis fatalibus non nisi per restitutionem in integrum causæ succurritur, nec datur Rescriptum processuum appellationis, uti sæpiùs percepi ex eruditissimis discursibus Nobilissimorum Advocatorum Cameralium, præprimis Excellentissimi Dn. D. Ioh. Vlrici Sriberi, multorum Principum Imperii Consiliarii & Advocati Cameralis primarii, Fautoris atque Cognati mei multis nominibus suspiciendi.

§. VII. Provocantibus ad Cæsaris Aulam vel Imperii Cameram, juxta citationes ad partes litigantes, simul duo decernuntur processuum genera, ad judicem principaliter inferiorem, inhibitionales & compulsoriales. Prioribus judici inferiori inhibitio fit, ne in lite ulteriùs procedat, vel quid in causa per appellationem ad summum judicium devoluta præjudicium lite pendente attentet. Et hujusmodi inhibitio etiam ad partem seu appellatum dirigitur. Posterioribus judex inferior compellitur ad edenda acta & rationes decidendi; (vel alius quis ad edenda instrumenta, rationes &c.) Debet autem supplicans pro compulsorialibus sive appellans, documento probare, se de editione Actorum judicem intra trigesimum diem ab interpositâ appellatione diligenter & legitimè requisivisse, idque documentum factæ requisitionis supplicationi pro processibus appellationis adjungere.

§. IIX. Si judex inferior justitiam protrahat aut deneget, in Camerâ aut Aulâ Cæsaris Promotoriales decernuntur, quibus ei imperatur, ut supplicanti jus atque justitiam intra certum temporis spatium administret; quibus si non paretur, causa ad summum judicium devolvitur. In eundem finem sæpiùs quoque rogantur & impetrantur mandata de administrandâ justitiâ pœnalia, quibus si non paretur, agitur ad pœnam mandato insertam.

§. IX. Commissiones decernuntur vel in communi vel in optima forma. In communi, quibus Commissario testium receptio committitur, eorumque examinatio, & ocularis inspectio. In optima forma, quibus plenior potestas Commissario tribuitur, nempe non solùm testes recipiendi & examinandi, verùm etiam instrumenta transsumendi, ut & partes compellendi, ut instrumenta edant, aliaque faciendi. Præterea aliæ Commissiones dicuntur ordinariæ, quæ juris & processus ordine observato postulantur & decernuntur; aliæ extraordinariæ, quæ vulgò ad perpetuam rei memoriam appellantur, & extra ordinem (causa in judiciò pendente sive non) petuntur & conceduntur, quando nimirùm ætas decrepita, corporisve ægritudo aut metuenda absentia testium, jacturam probationum actori minantur. Præter has in Consilio Aulico quoque decernuntur Commissiones ad cognoscendam causam, zu Verhörung der Sachen quibus Commissariis potestas datur, in cognitione causæ procedere usque ad sen-

tentiam

tentiam vel inclusivè vel exclusivè (secundum tenorem Commissionis) iique Commissary acta cum sententiâ vel talrem voto ad Imperatorem mittunt, qui desuper Senatum Aulicum cognoscere jubet, rarò tamen inde recedentem. R. H. O. Tit. 2. §. und weil auch ferner. ibi. Commissiones zu Verhörung der Sachen allein ausgehen lassen / so vorderst zu unserm Käyserlichen Außspruch an unsern Käyserlichen Hof remittire und übersendet werden. Et huiusmodi Commissiones in Camerâ non decernuntur, ut suprà iamiam notavimus. Itidem in Consilio Aulico decernuntur commissiones ad exequendum, quibus nimirum executio sententiarum Principibus Circularibus committitur.

§. X. Si testes examinandi iurisdictioni supremorum horum iudiciorum subjecti non sunt, puta quòd mediati sint, subsidiales seu literæ mutui compassus decernuntur, quibus nimirùm ad Magistratum seu iudicem, cuius iurisdictioni testes illi subsunt, scribitur, ut vel ipse testes illos examinet, vel examinandos curet, vel illis injungat, ut coram Commissario Cæsareo vel Camerali ad dicendum testimonium compareant.

§. XI. Si pro relaxatione juramenti ad effectum agendi in supremis Imperii iudiciis supplicatur, antequam citatio ad videndum relaxari iuramentum decernatur, litera priùs ad Dominum supplicantis mittuntur, ut de verâ facti qualitate & circumstantiis referat intra certum terminum præfixum, sub comminatione, nisi ita faciat, fore ut petita relaxatio juramenti decernatur. Vocantur hi processus informatorij, quòd pro informatione iudicis emittantur, schreiben umb Bericht. Cuiusmodi litera etiam decernuntur, quoties subditi adversus Dominum seu Magistratum suum pro Mandatis sine clausulâ supplicant, & quibusdam aliis casibus.

§. XII. Processus arrestorum sunt, quibus arrestatio personarum vel rerum Magistratui, in cuius territorio sunt, committitur. Decernuntur huiusmodi processus sæpiùs creditoribus supplicantibus in Aulâ Cæsaris aut Camerâ Imperiali contra debitores vagabundos & latitantes, ut ubicunque locorum in Imperio R. prehendi queant, Daß Sie auf Recht können allenthalben angehalten werden. V. Gail. lib. 2. obs. 44. n. 3.

§. XIII. Tandem processus sequestrationis sunt, quibus custodia personæ vel rei, de quâ lis est, tertio alicui, usque ad finem litis committitur. Sic aliquando in Camerâ sequestrationem cuiusdam puellæ sponsæ decretam fuisse, notavit illustris rerum Cameralium observator Gailius lib. 1. observ. 112. n. 16. ubi refert sententiæ tenorem d. 20. Dec. 1535. in causâ Georg Ganßhorns contra Hansen Mayer lata, quâ, filiam dicti Mayers / nomine Sabinam, lite pendente apud honestam matronam sequestrandam esse, iudicatum est.

CAPUT III.

Quomodo Processus in Aulâ Cæsaris & Imperii Camerâ expediantur.

§. I.

Decreti in consilio Aulico Processus (vel alia Diplomata) per Secretarios concipiuntur, vel in Latinâ, vel in Germanicâ Linguâ. (duplex enim Expeditio, die Teutsche und Lateinische expedition, & utrique peculiares personæ inserviunt.) concepti Dn. Referenti ad revidendum traduntur. R. H. O. Tit. 6. in pr. ibi: Solche sollen unsere Secretary, in der jenigen Teutschen oder Lateinischen expedition es gehöret / mit höchsten Fleiß verständlich auffsetzen / und als denn das Concept dem Referenten, oder dem jenigen gelehrten / welchen unser Præsident hierzu deputiren wird / vorhero zuverlesen zustellen. vel etiam in rebus magni momenti in consessu omnium releguntur. d. tit. 6. §. Wann es aber. ibi: Wann es aber hochwichtige Sachen / sollen die ꝛc. in unserm Reichs-Hof-Rath in pleno jederzeit abgelesen werden. (hoc in Camerâ Imperii in usu non est, sed legalitati Protonotary Processus concipientis committitur.) Postmodum in Cancellariam (in die Reichs-Hof-Cantzley) ad describendum dantur, idque vel in formâ patente, vel in formâ libelli; descripti ad Registratorem transferuntur ad collationandum; post iterum ad Secretarium. ab hoc ad Imperij Vice Cancellarium, & inde ad Sacratissimum Imperatorem ad subscribendum. Nihil enim à Cæsareâ Majestate subscribitur, nisi priùs à Secretario & dein ab Impery Vice-Cancellario sit subscriptum. Postquam iam Processus (vel alia Diplomata) Cæsarei nominis splendore insigniti sunt, taxandi veniunt & sigillandi. Et quidem si literæ sint minoris ponderis (ut Citationes, Mandata, Commissiones, Paß-Brieffe / privilegia impressoria aliave) sigillo minore muniuntur; si verò literæ sint Majestaticæ, Fürsten-Grafen-Herrn-Adels-Brieffe / Lehn-Brieffe / Palatinaten &c.) sigillum majus, in præsentiâ supremi Camerary qui sigilli illius perpetuus custos est, cera rubra imprimitur, atque in capsulâ maiore filis aureis appenditur: Et tandem, solutâ taxâ, Processus seu Literæ Cæsareæ extraduntur.

§. II. In Imperii Camerâ Processus decreti similiter in Cancellariâ expediuntur, concipiuntur à Protonotario secundum stylum consuetum, per ingrossistas seu scribas describuntur, & licèt à Sacrâ Cæs. Majestate non subscribantur, sub Eius tamen nomine, titulo atque sigillo emittuntur, subscribente ad mandatum Electi Imperatoris proprium (ut stylus curiæ habet) Cancellariæ Directore (Cantzley-Verwalter) ut & Protonotario, vel si Cancellariæ Director sive Præfectus absens est, solo Protonotario. In interregno verò sub Serenissimorum Dominorum Vicariorum nominibus, ac sigillis, olim duobus distinctis, hodie uno duorum insignia præsentante, Processus emanant, subscribente ad mandatum Serenissimorum Imperii Vicariorum jam dicto Cancellariæ Præfecto, nec non Protonotario.

§. III. Paucissimis adhuc notandum, in expeditione Processuum narrata supplicationum iis de verbo ad verbum inserenda esse. C. G. O. part. 3. tit. 12. §. und sollen in solchen Ladungs-Brieffen. 3. ut is, contra quem emanant, instructus ad tribunal venire possit. Et quanquam in Rec. Imper. de anno 1654. §. diesem nechst 34. dispositum sit, ut supplicationes unà cum processibus insinuentur, id tamen, ut superfluum, in praxi non observatur, sed species seu narrata facti ex supplicationibus partium desumuntur, atque processibus verbotenus inseruntur, uti iam

dictum. *Idemque* in Consilio *quoque* Aulico *in usu est.* R. H. O. Tit.2. §. Dieweil auch. ibi: auch den *Mandatis*, *Rescriptis* und andern *Processen*, der *narrata supplicationis* gantz/ und weder weniger noch mehr/ einverleibt.

CAPVT IV.

Quomodo insinuentur

Processus Cæsarei,

EX

Aula Cæsaris & Imperii Camerâ prodeuntes.

§. I.

P*Rocessus Camerales insinuari debent* aut per Nuncium juratum (Einen geschwornen Cammer-Bothen) aut per Notarium immatriculatum. *Nuncius*, si una tantùm sit persona, cui Processus Cæsarei insinuandi, *ipsum originale ipsi prabet*, *copia retenta*: si verò pluribus facienda sit insinuatio, *concordantem copiam singulis tradit*, *originale monstrat*, *legique permittit*, *atque ubique diem facta executionis sea insinuationis*, *adscribit. De efficio Tabellariorum in insinuandis Processibus* vide Roding.lib.4.tit.13.Notarius *verò* immatriculatus *in præsentia duorum testium insinuationem peragit*, *&* legitimum *desuper conficit* instrumentum.

§. *II. De facta ac legitimè peracta insinuatione* Processuum, *docendum in primo termino*, *qui* reproductionis terminus *dicitur*, *in quo* vel *originale Processuum*, vel *Exemplum* (*sive copia*) *ab impetrante reproducendum est*, *cum retroscripta utrobique nuntii relatione seu executione*; Originale, *quando pluribus*: copia, *quando uni insinuatio facta. Sed quando per Notarium immatriculatum Processus insinuati fuerunt*, *non satis erit*, *sive Copiam Processuum sive Originale ipsum reproducere*, *sed* Processus instrumentati (*ut barbarè loquar*, instrumentirte Proceß/ *hoc est*, Instrumentum insinuationis à Notario legitimè compositum & in id processus relati) *producendi sunt. Simplici enim Scriptura Notaris*, *si forsan ex simplicitate aut imperitia*, *more Tabellariis seu Nunciis usitato*, *relationem insinuationis Processibus retrò adscriberet*, *fides in Camera non tribueretur.*

§. *III.* In Aulâ Cæsaris *cùm ejusmodi Nuntii seu Tabelliones jurati*, *prout in Camera*, *non habeantur*, *omnes Processus*, *ex Consilio Aulico prodeuntes*, (Citationes, Mandata *&c.*) *per Notarium & Testes insinuari debent*, (*qui desuper instrumentum conficit.*) *non tamen præcisè requiritur*, *ut Notarius sit* immatriculatus, *seu*, in album & matriculam Cameræ receptus & inscriptus, *quemadmodum* in Camerâ *obtinere*, *in principio capitis hujus diximus*; *sed satis est*, *si insinuatio fiat* per Notarium simplicem (*quomodo* respectu immatriculati *appellatur*) adhibitis Testibus.

DISCVRSVS TERTIVS

DE

Ipso Causarum processu,

in supremis Imperii Romani Iudiciis vsitato,

NEC NON

Sententiarum publicatione, earumque impugnatione.

Continuatio.

C*Onsideratis iis*, *quæ processui causarum viam sternunt*, *eamque præparant*, *ratio ordinis requirit*, *ut iam ad* ipsum *in causarum tractatione observandum* procedendi modum, *nostrum vertamus discursum. Modus ille procedendi duplex est: alius* audientiæ, *alius* ipsius causæ. *Processus* audientiæ *est ordo*, *secundum quem Procuratores in Audientiis procedunt. Processus* causæ *alius est* simplicis querelæ, *alius* appellationis. *De singulis in hoc discursu brevissimis agemus*; *& pauca subjungemus de decisione litis per iudicem*, *qui ei finem imponit per sententiam definitivam*, *ubi consideremus tum sententiarum publicationem*, *tum earum* impugnationem. *D. B.*

CAPVT I.

DE

Publicis audientiis

in Imperii Camerâ vsitatis, modoque in iis causas agendi.

§. I.

A*Vdientia est actus publicus*, *in quo Procuratores litigantium desideria tam in scripto quàm vivâ voce proponentes audiuntur. Instituebantur tales audientiæ in Camerâ olim singulis*, *hodie tribus saltem in septimanâ diebus*, Lunæ, Mercurii & Veneris, (*horis pomeridianis*) *qui inde* dies *ibi appellantur* iuridici *seu* legales.

§. II. *Dividitur in* iudicialem *&* non judicialem. arg. rubr. C. G. O. part. 3. Tit.11. *ibi:* Vor den *Deputaten* nach der Gerichtlichen *Audienz.* *&* d. tit.11. §. pen. ibi: Nicht im Gericht / sondern unter Ihnen selbst/ oder vor den *Deputaten seu*, *si mavis*, in solennem *&* minùs solennem. *Audientia* iudicialis *est*, *quæ iudice cum sceptro pro Tribunali sedente celebratur.* Non judicialis *sea* minùs solennis *est*, *quæ iudiciali audientiâ finitâ olim coram duobus*, *hodie coram uno Assessore*, *absq; sceptro ad mensam Proto- & Notariorum stante*, *peragitur. Vulgò vocatur* audientia coram Deputatis *sea* Deputato, *Assessore nimirùm*, *qui à iudice seu vicario eius finitâ audientia solenni discedente*, *ad id deputatur*, *ut Procuratores in certis quibusdam punctis audiat. Petuntur autem coram deputato* (1) *prorogationes termino-*

terminorum. (2) petuntur commissiones, exhibentur articuli probatoriales, nominantur Commissarij, contraque illos excipitur ac replicatur, ac usque ad Rotuli productionem inclusivè ibidem proceditur. (3) disceptatur punctus cautionis in Revisionibus adversus sententias Camerales interpositus. (4) Manifestatur mors litigantium. (5) Indicatur tractatus concordiæ. (6) Litem esse transactam, significatur. (7) petuntur dilationes probandi.

§. III. In Iudiciali Audientiâ certus observatur processus seu ordo, secundum quem Procuratores in eâ procedunt. Ordo ille vel Procuratorum est, vel rerum ab illis agendarum. Ordo Procuratorum in eo consistit, ut isti circa Tribunal secundum receptionis ætatem collocati, juxta ordinem eum negotia sua agant. Ordo rerum agendarum dicitur, qui certis rebus destinatus est proponendis. Eius diverso tempore variæ fuerunt species. Mittimus illas, quæ antiquitùs in usu fuêre de quibus potest cõsuli Rodingius Lib. 1. pandect. Cam. Tit. 5. Secundum novissimam Constitutionem per decretum Commune d. 13. Dec. 1659. promulgatam (quæ adhuc hodiè quoque in viridi est observantiâ) quatuor sunt ordinum species. (1) Ordo sententiarum. (2) reproductionis. (3) Novarum. (4) Terminorum. In ordine sententiarum agitur super sententiis, quæ eâ audientiâ exierunt, e. g. si procuratori alicui litis contestatio, vel conclusio causæ, vel aliud quid agendum per sententiam injunctum fuerit, sententiis omnibus publicatis in eâ audientiâ aut in proximâ lis contestanda, concludendum, & illud agendum, quod per sententiam injunctum. In ordine reproductionis processus ex Cancellariâ extracti eoque insinuati in primo termino, qui inde terminus reproductionis dicitur, cum adjunctis reproducuntur. Novarum ordo est communis & universalis, & in eo Procuratores Principalium suorum desideria omnia, tam in scriptis quàm orotenus, proponere possunt, nisi aliquem terminum habeant, aut eorum deputatis aliquid proponendum sit. In ordine Terminorum toties agendum, quoties per sententiam terminus aliquis fuit præfixus ex officio (von Ambts wegen angesetzt) aut admissus. (zugelassen und angesetzt.) De his rerum agendarum ordinibus hoc saltem adhuc notamus, quòd illustre Camerale Collegium eorum cursum in tantum, salutari consilio, acceleraverit, ut, cùm olim multi anni transirent, antequam y ordinet rerum agendarum per ordines omnium Procuratorum decurrerent, hodie indies volvantur ac revolvantur.

§. ult. In Consilio Imperatoris Aulico nullus eiusmodi Actus Audientiarum in usu unquam fuit, nec aliquis similis. Nulli ibi Recessus orales à Procuratoribus habentur, nec adeò multi exhibentur Recessus scripti, si Reproductionis exceperis Recessus. Omnia scripta seu Producta in Terminis per Ostiarium (den Reichs-Hofraths-Thürhüter) Domino Præsidi aut vice-præsidi in Senatu paulò ante dissolutionem eius (R. H. O. tit. 3. in pr. verb. eine halbe Stunde vor dessen Endigung) exhibentur, ubi singulis productis per Protonotarium dies, quo oblata, adscribitur, (in Camerâ Lectores in Audientiis id expediunt) & eorum rubrica in Protocollum referuntur. R. H. O. d Tit. 3. in pr. verb: in den Reichs-Hofrath durch den Thürhüter einliefsern lassen. Quando sigilla instrumentorum sunt recognoscenda, eorumve subscriptiones, coram Deputatis id peragitur. R. H. O. d Tit. 3. §. Wann auch vor der Relation. Nec Procuratores & Agentes in conspectum Senatus veniunt, nisi quando iurant. R. H. O. Tit. 6. §. die jenige. verb. gleicher gestalt die Lehens-Ayd und andere auffgelegte juramenta judicialia zu End des Raths öffentlich abgelegt und erstattet werden. Nimirum omnia juramenta in Consilio Aulico in pleno consessu à Procuratoribus præstantur, quod in Camerâ Imperii non obtinet; ibi enim Procuratores jurant in publicis audientiis coram Domino Iudice aut eius Vicario & uno Assessore. Interdum tamen & in pleno consessu, in publicatione nimirum sententiarum, quando alicui per sententiam iuramentum aliquod injungitur.

CAPUT II.

DE

Processu simplicis querelæ, nec non appellationis.

§. I.

Consideravimus processum Audientiarum, sive ordinem, secundum quem Procuratores Camerales in Audientiis procedunt. Iam de processu causarum agendum, seu prosecutione causæ à Processuum Cæsareorum reproductione usque ad sententiam definitivam, & primò quidem de Processu simplicis querelæ, quæ ita dicitur vel respectu appellationis, quòd non unica & simplex, sed multiplex querela ad judicem defertur, tot enim querelæ ibi censentur, quot gravamina proponuntur; vel quia hæ simpliciter, appellationes autem relatè considerantur, seu ad illas simplices se referentes.

§. II. In causis igitur simplicis Querelæ (1) Procurator actoris se legitimando aut cavendo (se mandatum intra certum temporis spatium producturum, den Gewalt innerhalb 3. oder 4. Wochen einzubringen) reproducit citationem cum retroscriptâ executione, seu relatione nuntij de executione seu citationis insinuatione legitimè peractâ, & adjunctis. (2) Procurator Rei comparet se legitimando aut cavendo de rato & mandato, agnoscit mandatum partis adversæ, & si quas habet exceptiones fori declinatorias, eas adjunctâ eventuali Litis contestatione opponit, ad libellum autem actoris respondere necesse non habet. R. A. de an. 1654. §. und hat der Beklagte. 35. (Si autem tantùm dilatorias opponit exceptiones, iis cum eventuali Litis Contestatione etiam responsiones eventuales ad libellum actoris necessariò adjungere tenetur, secundum d. R. A. §. Es soll auch hinführo. 34.) (3) Actor ad exceptiones has summariè respondet. (4) Reus in puncto fori dat duplicas, & desuper submittit: (5) Actor dat replicas contra fori exceptionem, & similiter submittit. (6) Exceptionibus declinatoriis per sententiam reprobatis Reus producit responsiones ad libellum summarium breves atque distinctas, cum suis defensionalibus. (7) Actor dat exceptiones contra responsiones, junctis responsionibus ad defensionales. (8) Commissarij utrinque (si ita visum aut opus facit) postulantur, & probandi dilationes petuntur. (9) Posteaquam terminus probandi constitutus effluxerit, petuntur attestationum publicationes. (10) Reus ad productum Rotulum aliasque probationes excipit (11) Idem facit actor, ubi verò reprobatoriali examine

ipſis fuerit & Rotulum ſeu alia Documenta produxerit. (12) Ad exceptiones, adverſus Rotulum ſeu probatorialia, exhibitas replicatur; & ab utraque parte concluditur. Duplicare enim in puncto probatorialium vetitum eſt. R. A. de anno 1654 §. Ebenmäßig. 57.

§. III. Extrema linea ſic delineavimus proceſſum in cauſis S. Q. generalem. In pleriſque autem cauſis S. Q. proceſſus ſpecialis obſervatur, alius nimirum in cauſis mandatorum cum. alius in cauſis mandatorum ſine clauſula; alius in cauſa fractæ pacis, alius in cauſis pignorationis, alius in aliis, de quibus omnibus latè agit Roding. Lib. 3. pandect. Cameral. Tit. 38. & ſeqq.

§. IV. Iam paucis monſtrandus quoque proceſſus appellationis. Nimirum Procurator appellantis in primo termino reproducit proceſſus appellationis, (citat. inhibit. & compulſoriales) vel in copia, cum inſcripta nuncii relatione, vel in Inſtrumento Inſinuationis, vi mandati (Krafft Gewalts) quod exhibet, itemque ſi ipſa Acta prioris inſtantia producenda non habet, documentum requiſitionis, petitque terminum pro qualitate documenti ad producenda Acta. Procurator appellati comparet ſimiliter ſe legitimando ad cauſam; exhibet, ſi quas habet, exceptiones; impugnat formalia, ſi poteſt. (utrumque tamen cum eventuali Litis conteſtatione) e. g. und weiln juramentum apud iudicem à quo nicht abgelegt/ und weiln Summa nicht appellabilis, und dem privilegio kein Genügen geſchehen / ſo bitt ich abſolutionem à citatione cum expenſis. Si verò Appellans ipſa Acta priora exhibeat, petit iiſdem impreſſi ſigilli recognitionem, publicationem & communicationem h. m. übergieb acta priora clauſa & ſigillata; bitt auffgetruckten Inſiegels recognitionem, communicationem, & terminum ad libellandum. Si cum citatione inhibitio emanaverit, & contra inhibitionem attentatum fuerit, ſimul ad pœnam agendum. Sin inhibitio non emanaverit, & attentatum fuerit, attentatorũ revocatio poſtulanda.

§. V. Si Appellatus exceptiones declinatorias vel dilatorias oppoſuerit, punctus iſte exceptionum tractatur, prout in cauſis ſimplicis querela. Et ſi exceptiones tales manifeſtè frivola & ad retardandam litem objecta deprehendantur, pro arbitrio iudicis in pœnam aliquot marcarum auri vel argenti condemnatur. Huiusmodi autem exceptiones, declinatoria vel dilatoria, ſi non opponantur, lis ſtatim purè eſt conteſtanda. Ad conteſtandam autem litem appellatus negat narrata libelli, prout narrantur, & petit ut iudex pronunciet, benè iudicatum, malè appellatum eſſe, vel, ut ſententiam priorem reformet, atque pronunciet, in hoc puncto benè, in illo verò male iudicatum eſſe, cum damnis & expenſis. Appellans, ſi nihil novi proponere, ſed ſtatim ſuper actis prioris inſtantiæ (id quod liberum illi relinquitur) concludere velit, contrà repetit libellum appellationis & acta prioris inſtantia loco gravaminum, & petit pronunciari ſecundum petita libelli appellationis, & ad cognitionem iudicis ſubmittit. Appellatus etiam ad talem appellantis ad acta priora factam ſubmiſſionem, niſi ex beneficio appellationis communi, ſua ex parte, nova deducere contendat, quod ipſi liberum eſt, eodem modo ſtatim ſubmittit, acta in paſſibus utilibus repetendo. R. A. de anno 1654. §. Auch in Fällen. 66. Cætera docebit praxis.

CAPUT III.

DE

Publicatione Sententiarum Cameralium.

§. I.

DE iure communi partes ad publicationem ſententia citanda ſunt, adeò ut & ſententia Principis, omiſſa partium citatione, non ſubſiſtat. At in Camerâ Imperiali partes ad audiendam ſententiam non citantur, ſed ſufficit, generaliter & ſemel in principio litis legitimè citatas eſſe, & procuratores apud Acta habere. In Conſilio Cæſaris cum nulla prorſus obtineat ſolennis ſententiarum publicatio, (vid. §. fin.) patet quod ſimiliter ad publicationem ſententia ibi partes non citentur. Deinde de iure communi, ſi procurator litem conteſtatus ſit, ſententia non in principalem, ſed procuratorem fertur. Verùm de ſtylo Cameræ conſuecto ſententia definitiva contra ipſum Dominum litis feruntur, quod in Aulâ quoque obtinet auguſtiſſimi Imperatoris. Paucis iam delineabimus ſolennitates, quæ in publicatione ſententiarum Cameralium hodie obſervantur.

§. II. Antequam ſententia in ſummo Auditorio Spirenſi ſolenniſſimè publicantur, omnes prius in Conſiſtorio ſeu Sen:ata (in der Rath-ſtuben) Domino Iudici, Præſidibus & Aſſeſſoribus à Protonotario prælegentur, & ſummo Senatorum iudicio denuò ſubjiciuntur. Poſt ampliſſimo ordine ad Auditorium (die Audienz-Stube) procedunt; quò ubi veniunt, Sereniſſimus Cameræ Iudex, Ejusve Vicarius, in Tribunal Imperiale, quod loco nonnihil editiore in medio ſub auleo ſerico eſt poſitum, adſcendit, ſceptrum judiciale, iuris dictionis ſymbolum, quod ipſi pedellus porrigit, dextrâ tenens. Ab utroque latere Præſides & Aſſeſſores, & hi quidem ſervato ordine & dignitate Statuum, à quibus præſentati ſunt, adſident. Protonotarii cum Notariis & Lectoribus ad menſam intra ſubſellia Tribunalis collocatam ſe conferunt; Advocati & Procuratores jurati Tribunal Imperii circumdant eo ordine, quo in Cameram Imperialem recepti ſunt; à tergo ſcribæ eorum, ut tenorem ſententiarum calamo excipiant; clientibus, practicantibus, aliiſque variæ ſortis hominibus hinc inde circumſtantibus & ſedentibus; Mox pedello ſignum baculo dante & ſilentium imperante, Protonotarius in medium prodit, & flexis genibus Dn. Iudici honore facto, apertis foribus, altâ voce ſententias ordine legit & pronunciat.

§. III. Antiquitus, ubi Aſſeſſorum auctior dabatur numerus ſinguli Senatus alternando publicationi ſententiarum intererant, & illi cumprimis; qui ſententiis concipiendis interfuerunt, & qui de ſtatu & meritis cauſarum, in quibus ſententia publicandæ, retulerunt. R. A. de anno 1570. §. und dieweil nicht nötig. 59. hodie verò ob eorum paucitatem omnes in univerſum ſententiarum publicationi intereſſe debent, niſi legitimo detineantur impedimento.

§. IV. Publicationes hæ ſententiarum Cameralium certo tempori non ſunt adſtrictæ. Olim quidem ob jam memoratam auctiorem Aſſeſſorum numerum frequentiores erant, hodie ſingulis ſex vel quatuor ſeptimanis, pro arbitrio Sereniſſimi Iudicis ſententiæ publicantur, in magno numero, ſæpius bis centum,

tum, plurima tamen interlocutoria, paucissima definitiva.

§. V. *In* publicatione Sententiæ Banni *peculiares observantur solennitates. Sententia nimirum jam dicto modo, quo omnes alia sententia, in summo Auditorio prius publicatur, postmodum Celsissimus Iudex omnium Assessorum numero totâque multitudine stipatus in Aulam seu locum sub dio descendit, ibique fit solennis declaratio, Protonotario schedulam declarationis frustillatim rumpente & in terram abiiciente. Nec non ad petitionem partium denunciatio banni in Cancellariâ in formâ probante perscripta bannitis per Nuntium Cameralem transmittitur. quod an Camera etiam ex officio faciat, non ita exactè indagavi.* In Aulâ Cæsarea *in pœnam banni declaratis bannum* per Præconem Cæsareum (Keyſ. Reichs-Herolden) *in loco domicilii denunciatur, hoc est, declaratoria banni bannitis per Præconem publicè prælegitur, & si universitas est, curia vel (si non permittatur praconi in civitatem introitus) portis in vidimatâ copiâ affigitur, vel si & hoc prohibeatur, ante portas in conspectu excubiarum deponitur.* Videatur instruction, wornach sich Herr Käyſerl. Reichs-Herold bey Verkündung der Reichs-Acht in Erffurt zurichten. Würtzb. 1663. *Modus, quo* Status Imperii *in Bannum declarandus, in eorum est numero, quorum decisio ad moderna* Comitia *est rejecta. Est quidem in projecto Electorali* Capitulationis *Cæsarea constantis & perpetua, in modernis* Comitiis *Ratisbona M. Majo 1664 per publicam dictaturam communicato* art. 20. *talis modus delineatus, sed de eo, uti & de aliis in isto projecto contentis, in illustri Principum Senatu hucusque deliberatur, adeoque communem decisionem adhuc expectamus.*

§. VI. *Caterùm* in Consilio Imperiali Aulico *nulla prorsus sententiarum publicatio obtinet, quemadmodum* in Camerâ Spirensi, *sed quando sententia in Senatu est concepta, per Secretarium procuratoribus seu agentibus id notificari solet. Singulis nimirum diebus Secretarius rubricas causarum, in quibus vel Decreta vel Sententias Senatus tulit, in schedulâ annotat, eamque in adibus suis janua musai sui affigit, atque ita procuratoribus id notificat, qui sententiam ex Cancellariâ in formâ probante sibi extradi, & parti adversa per Notarium & testes insinuari curant.*

CAPVT IV.

DE

Remediis juris

adversus sententias

Camerales & Aulicas.

Q*Vamvis à sententiis in supremis Imp. R. Tribunalibus latis appellare aut provocare nemo possit, partes tamen ibidem litigantes non omni destituuntur remedio.*

§. II. *Cameralis sententia impugnatur* vel per petitionem restitutionis in integrum, *quâ partis error*, vel per Revisionem, *quâ Referentis culpa*, vel per Syndicatum, *quo Referentis dolus aut Procuratoris prævaricatio redarguitur. Quæ remedia etiam in hoc differunt, quòd restitutio coram eodem iudice, qui sententiam tulit, Camerâ scilicet, revisio verò & Syndicatus coram Commissariis Imperatoris & Statuum Imperii instituantur.*

§. III. Petitio restitutionis in integrum *est imploratio officii Iudicis Cameralis, ut sententiam à se latam (sive definitivam sive interlocutoriam, utrobique enim restitutioni locus relinquitur) certis & legitimis de causis* (redlichen Vrſachen / item Vrſachen / ſo zuvor nicht vorbracht / *qua non articulatim, ut antiquitus* C. G. O. part. 3. tit. 52. in fin. *sed secundum ius hodiernum summariè proponenda* R. A. de anno 1654. §. Dieſem nechſt. 34. verſ. daß nemlich.) *retractet, & ius per sententiam ablatum restituat.*

§. IV. *Rogatur autem restitutio in integrum (per procuratorem causa, vi generalis ad acta producti mandati in specie etiam ad eam petendam instructum.)* vel brevi manu *vel* præviâ partis adversæ citatione. *Vtraque vel* iudicialiter *vel* extrajudicialiter, *pro re nata & supplicantis arbitrio. Frequentissimè autem pro restitutione brevi manu, vel etiam pro citatione ad videndum se restitui, extrajudicialiter supplicans ad judicium remittitur, (si nimirùm dubium sit, an causa satis sint legitima) ut auditâ parte alterâ & cum majore causa cognitione restitutio per sententiam vel denegetur, vel decernatur.*

§. V. *Interdum quoque partis adversa citatio pracisè requiritur, si nimirùm restitutio adversus sententiam definitivam vel eius vim habentem rogatur, quia hìc libellus, litis contestatio & reliqua requiruntur.* juxta Mynsingerum 1. obſ. 49. *Aliàs ubi pravia citatio non requiritur, imprudenter quis ad eam deflectit, qui brevi manu restitutionem impetrare potest. Sic restitutiones adversus lapsum fatalium utplurimùm brevi manu rogantur, decernunturque facilè, si fatalia lapsa sint, vel per negligentiam Nuntii Cameralis, aut Notarii processus tardiùs insinuantis; vel etiam Procuratoris, eos tardiùs reproducentis, si tamen is solvendo sit, damnum culpâ sua datum partibus resarcire debet.*

§. VI. *Iam pauca* de Revisione, *qua est remedium extraordinarium, quo per sententiam Cameralem lasis ex quadam benignitate per Commissarios Imperatoris & Statuum Imperii ad id deputatos revidendo Acta succurritur. Peti ea debet hodie* secundum R. I. de anno 1654. §. in Fällen. 125. *intra quadrimestre à die lata sententia sub pœna desertionis, apud Electorem Moguntinum, vel eo in causa interesse habente, apud Trevirensem, per supplicationem, in qua significatur, supplicantem per sententiam hoc vel illo die in Camera latam (cuius copia simul adjungenda) se maximè gravatum sentire, atque hinc in Ordinatione prascriptum Remedium Revisionis apprehendere coactum fuisse, rogando, ut hoc Cæsarea Majestati & futuris Revisoribus, ut & Iudicio Camerali notificare velit.* Formulam vide apud Schvvanemannum lib. 1. proceſſ. Cam. c. 75.

§. VII. *Supplicanti ex Cancellariâ Moguntinâ documentum facta intimationis datur hisce formalibus:* Dem Hochwürdigſten Fürſten vnd Hn. Hn. Johann Philipp / Ertzbiſchoffen zu Mayntz vnd Chur-Fürſten ꝛc. unſern Gnädigſten Herꝛn / iſt der Gebuhr gehorſamlich vor- und anbracht worden / welcher Geſtalt bey Ihrer Churfürſtl.

Gn. N. N. umb Außschreibung einer *Revision* von angedeuten in Sachen N. N. wieder Jhn beklagten/ *citationis super fractâ pace*, den M. Anno am Käyserl. Cammergericht zu Speyer ergangenen Bescheid/in unterthänigkeit angesucht und gebehten. Darauff wollen höchstgedachte Jhre Churfürstl. Gn. gnädiglich nicht unterlassen/ Krafft tragenden Jhres Ertz-Cancellariat-Ambts / und was in dergleichen Fällen die Käyserl. Cammergerichts-Ordnung vermag und mit sich bringet / dieses an Sie geschehen suchen/dem herkommen gemäß/gehöriger Orten zu denunciiren und zuverkünden. Und solches hat man dem *Supplicanten* zur Nachrichtung hiermit anfügen wollen. *Signatum* Mayntz unter höchstged. Jhr. Churf. Gn. zu End auffgedruckten Cantzley-Secret. den Anno

(L. S.)

Mayntz. Churfürstl.
Cantzley.

Et hac schedula (Notification-Zeddel) *intra dictum quadrimestre per Procuratorem extraneum aut saltem Notarium* (*Procuratores Cameræ jurati ob respectum, quem debent iudicio huic, hodie non audent Cameræ revisionem notificare, aut rogare ut revisioni deferat.*) *Cameræ insinuanda, gravaminibus etiam simul exhibitis; nec non iuramentum revisorium à parte simul & advocato præstandum itidem sub præjudicio desertionis.* Formula notificandi talis: Auff empfangenen Befehl erscheine wegen Jhr. Fürstl. Durchl. N. N. hinterlaßnen Herrn Cantzler und Rähten/krafft Original-Gewalts; Und demnach Jhr. Fürstl. Durchl. durch die am 21. Mart. jüngsthin allhier außgesprochenen Urtheil zum höchsten beschweret / dannenhero *revisionem* zusuchen benötiget; Als *repetire* zu dem Ende Churfürstl. Mayntzisches für etlichen Tagen zu diesen Hochlöbl. Käyserl. Cammergericht eingeschicktes *Notification* Schreiben *acceptatæ Revisionis*, sammt darinn verschloßnen Urtheil *sub litt. A.* so dann *specialen* Gewalt *Advocati causæ ad præstandum juramentum revisionis*, allenthalben untersetzter *respectivè* Hand und Siegel *recognitionem* bittend. Dann ferner *loco gravaminum repetire narrata* Jhr. Fürstl. Durchl. N. N. an Chur-Mayntz *sub* 16. Jun. jüngstabgelaßnen Schreibens; fals auch Jhr. Fürstl. Durchl. zu gleichmäßiger *præstation juramenti* von Rechtswegen gehalten seyn solte / bin ich auch in dero Nahmen Gewalt einzubringen/ und das *juramentum* abzulegen erbiethig.

§. VIII. *Revisione iam instituendâ, pars, quæ Revisionem petiit, certam pecuniæ summam* (*quantum Revisores habitâ ratione causæ & personæ arbitrabuntur*) *deponit. Domini Visitatores ac Revisores sub fide specialis iurisiurandi in Ordinatione præscripti, ut & Assessores* Cameræ, *per quos sententia fuit lata, religione iuramenti, quod initio officij iurarunt, omnia & singula causæ revidendæ Acta summa diligentia perlegunt, revident ac perpendunt. Postmodùm Assessores, causas ac fundamenta rei à se iudicatæ demonstrant. Visitatores verò soli, momentis causæ ponderatis, sententiam priorem vel reformant vel confirmant. Si sententia reformatur, parti victrici pecunia deposita restituitur, si confirmatur, eam perdit.* C.G.O. part. 3. tit. 53. §. darauff sollen. 4. in fine. *Executio verò sententiæ reformatæ ex præscripto Ordinationis non ad Revisores, sed ad Cameram spectat.* C.G.O. d. §. darauff sollen. ibi in fine: und mit der *Execution* solcher *reformirten* Urtheil an dem Cammergericht vollnfahren werden.

§. IX. *Sed cùm de hâc materiâ revisionis integrè extent tractatus, in primis absolutus ille & à toto Orbe literato approbatus, quem illustris Cameræ Assessor,* Bendetus, *in lucem misit, meritò plura addere supersedemus. De* effectu revisionis *pauca adhuc. De quo olim maxima inter Doctores controversia fuit,* an nimirum revisio executionem suspendat? *quæ per Recessum Imperij* de anno 1654. *decisa fuit; per quem* effectus suspensivus *in Revisionibus futuris* in totum sublatus *est, modò pars victrix* sufficientem *præstet* cautionem *de restituendo iudicatum, ubi in Revisorio succubuerit, exceptis causis religionem & spiritualia concernentibus.* d. R. A. §. Nach Berahtschlagung. 124. in fin. *verb.* in Geistlichen oder Religions-Sachen.

§. X. *Hæc ita de Revisione in Ordinatione & aliis publicis* Constitutionibus *sunt disposita. Sed à longissimo tempore* (ab anno 1558.) *in hodiernum usque diem, omnes Revisiones hactenus petitæ, omnium* Civium *afflictorum dolendis suspiriis, immobiles hærent.* Syndicatus est, *quo litigator, qui iniquâ se gravatum sententiâ dicit, ipsum iudicem de dolo, quod prece vel pretio corruptus, favore aut odiò injustam dixerit sententiam, accusat.* C.G.O. part. 3. tit. 53. §. Wo aber einige Partheyen. *Add.* Paris de Puteo tract. de Syndicatu. *In petendo instituendoque syndicatu eadem forma, quæ in Revisione, observari debet.* d. C.G.O. part. 3. tit. 53. §. wo aber. in fin.

§. XI. *Iam de Remediis adversus sententias* Iudicii Aulici. *De iis textus habetur* in R. H. O. Tit. 5. §. Dafern sich nun. *ibi:* Dafern sich nun ein oder ander theil durch die am Käyß. Hof gefällte Urtheil *gravirt* zu seyn vermeynen / und dannenhero entweder *per viam nullitatis, syndicatus, restitutionis in integrum* oder sonst einig ander im Recht zugelaßnes Mittel/ dardurch die Urtheil *infirmirt* werden könnte / vor und an hand nehmen wollte / daß solle Jhm vermög des Münsterischen Friedenschlußes *Art.* 5. §. *quoad processum.* 54. per viam supplicationis zuthun erlaubt seyn / und auff solchen fall der in jetzgedachten Friedenschluß vorgeschriebene *modus procedendi observirt* werden.

§. XII. *Loco igitur Revisionis in* Camerâ *usitatæ, licitum est parti gravatæ à sententiâ in Iudicio Aulico latâ* ad Cæsaream Majestatem supplicare, *ut acta iudicialia denuò, adhibitis aliis gravitati negotii paribus, neutrique partium addictis, ex utrâque religione æquali numero* Consiliariis, *& qui concipiendæ & ferendæ priori sententiæ non interfuerunt, aut certè Referentium aut Correferentium partes non sustinuerunt, revideantur; liberumque est Majestati, in causis majoribus & unde tumultus in Imperio timeri possent, insuper etiam quorundam utriusque Religionis Electorum & Principum sententias & vota requirere.* Ita expressis verbis dispositum in allegato loco Instrum. Pac. Cæs. Suec.

§. XIII. *Quam-*

§. XIII. *Quamvis verò hoc supplicationis remedium alicubi* revisio *quoque appelletur*, uti in Capitulatione novissimâ Leopoldinâ §. 42. *verbis*: Was auch einmahl in erstgemeltem unsern Reichs-Hofrath *in judicio contradictorio cum debitâ causa cognitione* ordentlicher Weiße abgehandelt und geschlossen ist / darbey soll es furders allerdings verbleiben / und nirgends anders / es seye denn durch den ordentlichen Weg der in offtermelten Friedenschluß beliebter *Revision* (welche jederzeit / *quoad processum*, nach Besag erstgedachten Friedenschlußes / durch unpartheyische Reichs-Hof-Rathe / so nicht bey Verfassung der voriger Urtheil / viel weniger *Referenten* oder *Correferenten* gewesen/ausgefertigt werden soll) von newen *in cognition* gezogen. *etc. unde & Autor Comitiologiæ* part. 5. fol. 366. *revisionem in Aulâ Cæsareâ locum habere dicit; quomodo etiam in se per viam supplicationis nihil aliud intenditur, quàm ut fiat revisio actorum; Nihilominus tamen* in formâ *tàm* instituendi *quàm* prosequendi *inter se differunt. Nec enim intimatio apud Moguntinum, nec fatale denunciandi revisionem, ut in Camerâ, nec Revisores Statuum requiruntur, quod satis* ex allegatis locis I. P. & Ordin. Conf. Aul. *patescit.*

§. *XIV. Et quia* iuxta modò citatum Instrum. Pac. & Ordin. Conf. Aul. *hoc unicum remedium* supplicationis *adversus sententias in Senatu Cæsaris Aulicò latas indigitatur, appellationes, quæ* à Cæsare malè informato ad meliùs informandum, *vel* à Cæsare ad Imperium, *olim ab aliquibus tentata, per hoc non obscurè explosas esse, Dd. opinantur.*

§. *XV. Sed* an hujusmodi supplicatio effectum suspensivum habeat: *quæri posset. Quamvis enim in Revisionibus*, per Recessum Imperij de anno 1654. §. Nach Berathschlagung. 124. *effectus suspensivus sublatus, factâ idoneâ cautione, uti suprà memoravimus*; ratio *tamen* dubitandi *posset desumi tàm ex diversitate supplicationis hujus, & Revisionis Cameralis*, de quâ in §. præced. 13. diximus; *quàm ex expressis verbis* Instrum. *Pac.* art. V. §. 54. *ibi:* ne partes ibidem litigantes omni remedio suspensivo destituantur. *Verùm ea verba intelligenda esse opinamur de casu, si non legitimè caveat executionem quærens, prout tàm* in R. I. de anno 1654. *quàm ante eum* in Auth. quæ supplicatio. C. de precib. Imper. offer. *requiritur; ea enim cautio si non fiat, effectus suspensivus omninò locum habet*, d. Auth. quæ supplicatio. *ubi expressè dicitur*: sententia non aliter executioni mandabitur, nisi victrix pars dignam fidejussionem præbuerit tantum restituendi cum legitimis augmentis, quantum fuerit in condemnatione, si legitimâ retractatione sententia resolvatur. *Eatenus igitur supplicatio rectè dici potest remedium suspensivum. Factâ autem idoneâ cautione effectus suspensivus cessat, sicut in revisionibus, ita & in supplicationibus. Sicut enim in alijs plurimis, ita & in hoc (quoad effectum) cum revisione supplicationem convenire putamus, & quod dispositum in uno remedio, in altero quoque valere.*

CAPUT V.

DE

Executione sententiarum

in Aula Cæsaris & Imperii Camera latarum.

§. I.

S*Ententia tàm in Aulâ Cæsaris quàm in Imperij Camerâ lata* secundum Ordinationē Executionis (der Executions-Ordnung) *effectui datur. Alij igitur in Imperio, qui de litibus ac controversiis Imperij Civium cognoscunt & sententias ferunt, alij qui sententias realiter exequuntur. Camera* mandata de exequendo *emittit, Consilium Aulicum ut plurimùm* Commissiones ad exequendum; *utrique verò processus* ad Principes Circulares, Creyß ausschreibende Fürsten) *diriguntur, & eundem effectum habent, nomine saltem differentes.*

§. *II. Semper tamen hujusmodi executioni reali præmittuntur* executoriales, *quæ sunt literæ, quibus Camera vel Consilium Aulicum nomine Cæsaris, sententia lata paritionem victæ parti, sine clausulâ justificatoriâ, præfixô ad hoc terminô imperat, junctâ citatione ad docendum de paritione vel videndum se declarari in pœnam executorialibus insertam.*

§. *III.* Hæ *autem* executoriales *hodiè non separatim, ut olim, è Cancellariâ impetrantur, sed semper* sententiæ (*quoties executione opus, nec pars victrix in possessione est*) annectuntur, *secundum Rec.* Imp. de anno 1654. §. damit auch. 156. *& terminus præstandæ docendæque paritionis pro distantia locorum, ordinariè & communiter* 3. *mensium in ipsa sententia assignatur, sub pœna arbitraria, regulariter* 10. *marcarum auri.*

§. *IV. Quòd si sententiæ & annexis executorialibus non pareatur, suspensa declaratione pœnæ, præmittuntur* aliquot paritoriæ (*numero in Camera incerto, pro arbitrio judicis, in Iudicio verò Aulico regulariter tres, raro quatuor*) *crescente verò contumaciâ vel* arctiores executoriales *decernuntur sub comminatione dupli & realis executionis, vel etiam statim contra non parentem aliquot paritoriis*, mandatum de exequendo *vel* commissio ad exequendum *decernitur ad Directorem Circularem*, den Crayß-ausschreibenden Fürsten / *vel etiam ad judicem domicilij, tàm ad exequendam pœnam commissam quàm causam principalem.*

§. *V. In Causis* Appellationum *sententia definitiva similiter executoriales pœnales annectuntur, quibus parti victæ paritio inter certum terminum præstanda sub comminatione* 10. *marcarum auri injungitur. Istis verò quando non paretur, præmissis aliquot paritoriis*, mandatum executoriale *ad Iudicem à quo decernitur, eique executio realis intra certū terminum facienda iisdem sub comminatione pœna* 10. *marcarum auri injungitur, quòd si verò inferior judex huic mandato non pareat, tunc declaratio pœnæ simplicis & mandatum arctius (sub pœnâ dupli) peti solet, & arctius quidem facilè obtinetur, rariùs*

sime verè declaratie pœna, observantia id demonstrante. Quòd si verò causa deserta vel non devoluta pronunciatur, tunc executio ipso iure ad iudicem inferiorem pertinet; si tamen is cesset in executione facienda, tunc ex alio capite, scil. denegatæ justitiæ, *Processus in Aulâ Cæsaris vel Camerâ contra eum obtineri possunt*

§ VI. Patet iam differentia inter varios Processus, quæ in puncto executionis in his supremis impetrantur iudicijs: executoriales *nim. ad partem victam diriguntur, & tàm in causis* S. Q. *quàm appellationis in usu sunt;* mandata executorialia *ad iudicem, à quo appellatum fuit;* mandata de exequendo *vel* Commissiones ad exequendum *ad Principes Circulares emittuntur.*

DISCURSUS QUARTUS ET ULTIMUS.

DE

PERSONIS,

Iustitiam in supremis Cæsaris & Imperii Iudiciis, administrantibus.

CONTINUATIO.

A*Gendum nunc* de summis Iustitiæ sacerdotibus, *qui in supremis Imperii Rom. Prætoriis, Aulico & Camerali, quotidie Divæ huic faciunt sacra, eiusque manus in Orbe Romano administrant. Addemus quædam* de Advocatis & Procuratoribus, eorum officio.

De aliis personis, quæ negotiis expediendis inserviunt, operosè agere vix putamus proficuum.

CAPUT I.

DE

Iudice Cameræ Imperialis, eiusque Vicarijs,

NEC NON

Præside ac Vice-Præside Consilii Aulici.

§. I.

I*Mperialis Camera Iudex* Imperatorem ipsum, *cuius vices gerit, repræsentat.* R. A. de anno 1654. §. damit aber auch 165. *unde & loco Cæsareæ Maiestatis, ipsi omnes Supplicationes, Memorialia, & Producta omnia inscribuntur, uti suprà iamdum* (disc. 2. cap. 1. §. 6.) *notavimus. Constituitur* à S. Cæs. Maiestate, *ex Principum Germanorum, Ecclesiasticorum aut secularium, vel saltem Comitum aut Baronum ordine delectus. Officium Eius amplissimum, multiplex & varium, & in compluribus actibus, tàm iudicialibus quàm extraiudicialibus, aliisque negotiis & curis consistit.* Vid. latè C. G. O. part. 1. tit. 10. & 11. *Breviter:* Totius Iudicii Caput est, Ordinationis custos atque vindex.

§. II. Si iudex à iudicio absens est, quemadmodum sæpissimè id accidit, si nimirum vel morbo vel negotiis in Provinciis suis detineatur, partibus eius funguntur Præsidentes; *qui similiter denominantur & ordinantur ab Imperatore vel Rege Romanorum, ex Comitum vel Baronum Germanorum serie. Eorum quondam duo tantùm fuêre, sed per* Rec. Imp. de anno 1570. *tertius, & per* Instrum. Pac. de anno 1648. *quartus additus fuit, ita ut ex utrâque religione; Augustanâ & Catholicâ, duo seligi debeant.* Hodiè *tamen unus tantummodò Augustanæ Confessionis habetur, & unus Catholicæ religionis. Præsidentibus his, cùm vicarii Iudicis sint, pleraque officia incumbunt, quæ iudici ipsi, iisque idem honor, qui iudici, eademque observantia exhiberi solet Quòd si nec Iudex nec unus ex Præsidibus in loco sint, officium iudicis competit Electorali Moguntino Assessori, vel qui illum proximè sequitur.*

§. III. Præses Consilii Aulici (*cuius caput & Iudex, ipsa Cæsarea Maiestas est.* R. H. O. Tit. 1. princ. ibi: Unser Keyserlicher Reichs-Hofraht / dessen obristes Haupt und Richter allein wir und ein jeder Römischer Käyser selbst ist.) *similiter à Cæsare constituitur ex Principum Imperii, Comitum seu Baronum ordine.* R. H. O. Tit. 1. princ. mit einem verständigen / und wie zu Führung eines solchē Ambts vonnöhten / wohl qualificirten Præsidenten / der ein Reichs-fürst / Graff oder Herrenstands sey. *Supremus is Consilii Director est, summum occupans locum, colligens vota & concludens.* R. H. O. d. Tit. 1. §. In solchem Fall. ibi: Unser Reichs-Hofrahts-Præsident / als das nachgesetzte Haupt / jederzeit den Vorsitz / die Umbfrag den Beschluß und die gantze Direction haben. *In huius absentiâ Vice Præses munere fungitur, vel si & is absens est, alius Consiliarius, proximus scilicet, non tamen in Doctorum scamno,* (auff der Gelehrten Banck) *sed in Nobilium ordine,* auff der Cavalier-Banck. de quâ duplici Consiliariorum Aulicorum serie agemus in seq. cap.

CAPUT II.

DE

Assessoribus Cameralibus,

NEC NON

Consiliariis Cæsareis Aulicis.

§. I.

S*Ummi Principis vice de causis Civium Romanorum cognoscere, iudicare, & ad iuris normam*

normam in Sacro Imperio administrare justitiam, munus est dignitate plenum, plenum divinitate & splendore. Assessoribus Cameralibus *id competit, qui cum Indice vicem Cæsaris Ordinumque Imperii gerunt, atque perpetui Imperii R. Senatores sunt.* Assessores *dicuntur, quia iudici assident. & proximum ab eo locum tenent, omnemque ei operam in cognitione & diiudicatione causarum præstant, imò ipsi quasi* iudices *sunt.* C. G. O. part. 3. tit. 53. §. ob sich aber 6. *ubi appellantur:* Urtheyler. *non enim causas solùm cognoscunt, sed & decidunt & sententias ferunt. Sunt autem ex parte Augustanæ, ex parte Catholica religionis, imò & unus Reformata.* R.A. de anno 1654. §. Doch soll darbey. 23. *Catholicorum verò numerus cùm hodiè longè amplior, quàm* Evangelicorum, *in causis inter diversæ religionis* Principes, *ex utraque religione pares ad earum decisionem deputantur. Deinde partim* Comites, *Barones & ex* Equestri *ordine sunt, partim* Iureconsulti.

§. *II.* Eorum *consideranda tùm* præsentatio seu nominatio, *tùm* electio. *In Instrumento Pacis* de anno 1648. *constitutum quidem, ut* quinquaginta Assessores Camerales, *ex utrâque religione pares præsententur & ordinentur, numerus tamen iste nondum impletus, imò ne dimidius quidem.* Imperator *constituit judicem, quatuor Præsides (ex his duos Augustanæ Confessionis) & duos Assessores. Reliqui* Assessores à Statibus Imperii *præsentantur, & quidem à Catholicis vigintiquatuor, & ab Evangelicis itidem viginti quatuor, atque ex singulis circulis mixtæ religionis non tantùm duos Catholicos, sed etiam binos Augustanæ Confessioni addictos assumere & eligere fas est.* d. Instrum. Pac. art. V. §. 2. *In* Circulis *autem qui Principes jus præsentandi habeant, schema demonstrat. id tamen ex omni parte perfectum nondum est.* d. R. A. §. notandum. 30. *& multi, præprimis in Circulo Rhenano superiore, jus præsentandi adhuc prætendunt.*

§. *III.* Præsentatio *igitur ad Assessoratum competit Cæsari & Imperii Ordinibus.* Electio *verò Iudici* Camerali *& Assessoribus, qui ex iis, qui præsentantur, maximè idoneum cooptant. Olim enim duos aut tres simul præsentare necesse erat, sed ex Constitutione novissimâ* d. R. 1654. §. gleichwohl aber und weil. 27. *si unus idoneus præsentatus fuerit, Collegium Camerale illum recipere & ad relationem pro Assessoratu admittere tenetur. Traduntur nimirum* præsentato, *ad exhibendum industriæ specimen,* Acta, referenda, *de quorum contentis & causæ meritis postmodum à deputatis, coram quibus Dominus Præsentatus Acta refert, amicè interrogatur; exploratâ per relationem industriâ & eruditione suffragia singulorum Assessorum à judice aut ejus vicario colliguntur, quibus annuentibus solenniter in Collegam & Assessorem in pleno consessu recipitur. Quod munus susceptum* ante *sexennium sine justis causis à se abdicare non potest.*

§. *IV.* Illustres Consiliarii Cæsaris Aulici *(de quibus sine præjudicio ordinis nunc agemus) similiter ex parte* Augustanæ Confessionis, *ex parte* Catholicæ religionis *sunt. Evangelici numero quidem Catholicis sunt impares, (ut in Imperii quoque Camera) votorum tamen pondere æquales. Intellige, si nimirum Evangelici (etsi duo tantùm aut tres vel quatuor sint) conveniant ab una parte, & Catholici ab altera parte, etsi personarum numero differant, votorum tamen valore per fictionem quandam pares habentur, & in suspenso decisio relinquitur, votumque seu consilium commune faciunt, quod Cæsaris decisioni subjicitur. Si verò Catholicus unicus Evangelicis voto suo accedat, tunc Evangelici majora habent, & vice versa. Quicquid sit, optandum omninò esset (* cum Auctore der Grundvest des Röm. Reichs. part. 3. cap. 5. *) ut paritas aliquando fiat realis; cessante ficta.*

§. *V. In causis tamen inter diversæ religionis Principes* (in Sachen / so zwischen den Catholischen und Augspurgischen Confessions-Verwanden schweben / oder auch / wann Catholische streiten / und der *tertius interveniens* ein Augspurgischer Confessions-Verwander ist / *aut vice versa,* R. H. O. tit. 1. §. wir wollen auch.) *paritas realis observatur, & Consiliarii ex utraque religione quoad numerum personarum pares deputantur (imprimis, si id à partibus petatur) ad ejusmodi causas disceptandas & decidendas.* R. H. O. d. l. *ibi:* mit Zuziehung beyderseits Assessoren, in gleicher Anzahl / erörtert und entschieden werden. *quemadmodum quoque in Imperii Camera observari* suprà *diximus in* §. 1. *Add* R. H. O. d. l. *ibi:* nit allein bey dem Cammer-Gericht / sondern auch bey unsern Käyserlichen Reichs-Hoffraht.

§. *VI. Deinde Consiliarii Cæsaris Aulici itidem partim* ex Equestri ordine, *partim* ex Literato orbe *selecti sunt. Consiliarii ex equestri ordine in Consistorio Summi* Principis *dextrum latus tabulæ,* (der Cavalier Banck / *sive* der Ritter Banck /) *Iureconsulti alterum* (der Gelehrten Banck) *occupant* R. H. O. Tit. 1. §. die Session der Reichs-Hofrähte belangend: *utrobique eo ordine, quô in Consilium recepti. Priores omnes sunt vel* Principes, *vel* Comites, *vel* Barones, *eruditione & experientia pollentes.* R. H. O. Tit. 1. pr. mit genugsamer Anzahl Reichs-Hofrähten / gleichfals von Fürsten / Graffen oder Herrn / Rittermeßigen 2c. so in den Rechten und Reichssachen wohlgeübt / und die Gerichtliche Processen zu referiren tauglich und geschickt. Et Capitul. Leopold. §. 40. *ibi:* Mit Fürsten / Graffen / Herrn / von Adel / und andern ehrlichen Leuten. *Posteriores sunt* Doctores, *& alii summæ eruditionis Viri.* R. H. O. d. l. graduirten oder sonsten gelehrten / wohlerfahrnen / ansehnlichen / frommen und geschickten Personen. *Inter quos in collectione votorum illustrissimus iudicii Præses hunc ordinem observare debet, ut* in causis iudiciariis *à Iureconsultis, initium faciat;* in causis, *verò* Status aliisque *ab* Equestri *ordine incipiat.* R. H. O. Tit. V. §. demnach dann. *ibi:* Demnach dann von alten hero ein Unterscheid gehalten / und dieselbe auff zwo Bäncke abgetheilet worden / so solle gleichwohl unser Præsident dieses auffsehen haben / daß in Sachen die *Iustitiam* betreffent / mit Frag der ersten Stimmen an den Gelehrten / aber in Staats-Lands und dergleichen Sachen / an den andern angefangen werde.

Quoad referendi verò onus nulla est inter eos distinctio, & cuicunque Dominus Præses acta referenda tradere potest. R. H. O. Tit. 1. §. Alle diese. *verb.* Darinnen ohne Unterscheid des

Stands gebührlich referiren.

§ VII. *Numerus Consiliariorum Aulicorum* in Ordinatione Consilii Aul. Ferdinandi 3. Tit. 1. §. vnd dieweil. *quidem determinatus est*, ibi: Daß hinfühero jtzterwehntes vnsers Reichs-Hofrahts-Mittel / über achtzehen Personen / mit eingeschlossen des Reichs-Hofrahts-Præsidenten / sich nicht erstrecken soll. *Sacratissima tamen Cæsarea Maiestas sti numero non adeo est adstricta, ut non possit uni vel alteri ob singularia merita, loco licèt nullo vacante, illustrem Consiliarii conferre honorem. Sic* novissimè præterlapso anno 1663. d. 4. Maii stil. nov. *supra octodenarium numerum quatuor novelli Consiliarii, à S. Cæs. Mai. electi, tres ex equestri ordine & unus Literatus aut Iureconsultus, solenniter in Consilium per supremum Aulæ Magistrum introducebantur.*

§ IIX. *Quoad Nationem*, Germanos esse *Consiliarios, Constitutiones publica volunt.* R. H. O. Tit. 1. pr. verb. so im Reich Teutscher Nation gebohren. Capitul. Leopold. §. wir wollen auch 41. verb. grössers Theils / so im Reich Teutscher Nation gebohren. *Non tamen ex Imperii Circulis ab ordinibus præsentantur Consiliarii Aulici, quemadmodum Assessores Camerales, sed libero Cæsaris arbitrio tàm ex Regnis & Provinciis eius hereditariis quàm Imperii Circulis (Evangelici nimirùm* aus denen Reichs-Crayssen / darinnen entweder die Augspurgische Confessions-Verwandte allein / oder zugleich die Catholische Religion im schwang gehet. R. H. O. Tit. 1. §. wir wollen auch) *eliguntur.* Capitul. Leopold. §. wir wollen auch kunfftig. 40. verb. vnd nicht allein aus vnsern Untersassen / Unterthanen vnd Vasallen / sondern mehrentheils aus denen / so im Reich Teutscher Nation anderer Orten gebohren vnd erzogen 2c. besetzen vnd versehen.

CAPUT III.

DE

Re- & Correferentibus,

NEC NON

referendi modo.

§. I.

ILlustres *Consiliarii Cæsaris Aulici, Acta non propriâ auctoritate, pro cuiusque placito, ad referendum sumunt, sed Dominus Præses ea prudenter & observato legitimo causarum ordine* (R. H. O. Tit. 4. §. vnd soll vnser Præsident in Außtheilung / Vornehm- vnd Erledigung der Sachen diese Ordnung halten / daß nemblich 2c.) *inter eos distribuit, eodem prorsus modo, prout* in Camerâ Imperiali *quoque observatur.* R. H. O. dict. tit. 4. pr. ibi: Die Außtheilung vnd Vornehmung der Geschäfften vnd Sachen / wie auch die Benennung vnd Anordnung der Referenten / solle / wie an vnserm Käyserlichen Cammer-Gericht gebräuchlich / beschehen / vnd solche assignation vnd außtrucklicher Anordnung solle keiner vnserer Reichs-Hofrähte ihm einige Supplication, geschweigens eine gantze Sachen vor sich selbst zu sich nehmen.

§. II. *Cuilibet Referenti Correferens adiungitur, & in causis quidem inter Evangelicos & Catholicos, Re- & Correferentes ex utrâque religione eliguntur.* R. H. O. d. Tit. 4. §. nicht allein *ibi:* vnd zwar / da die Sache beiderseits Religions-Verwandten betreffen thäte / solche Re- vnd Correferenten auch von beiderley Religions Verwandten Rahten ansetzen.

§. III. *Quomodo autem* relatio Actorum *fieri debeat, eleganter exponitur* in R. H. O. Tit. 5. in pr. *& accuratam methodum in relationibus observandam, tradidit* Besoldus, *ut &* Stypmannus *in Referendario suo. Nos paucissimis rem explicabimus, ne videamur in hoc negotio nihil egisse. Quivis igitur relationem alicuius causæ in iudicio pendentis conscripturus,* primò *integra Acta referendum ipsi tradita, à capite usque ad calcem, summâ cum attentione perlegit, in quâ perlectione duo inprimis principaliora attendit: unum* circa processum, *alterum* circa merita causæ. circa processum *considerat, an ille debito iuris ordine sit institutus, an verò in illo nullitas insanabilis sit commissa? Illa verò contingit vel* in iudice, *vel* in litigantibus, *vel* in substantialibus processus. In iudice *contingit, si ille sit fundatus in iurisdictione quoad causam præsentẽ, & de iure in ea causa iudex esse non possit.* Circa litigantes, *si illi legitimam personam standi in iudicio non habeant, i. e. agere & se defendere in iudicio prohibeantur, item si procurator eorum non sit legitimus, sed falsus, aut non habeat sufficiens mandatum.* Circa substantialia processus *Referens animadvertit: 1. an reus legitimè sit citatus. 2. an libellus ritè conceptus, in iudicio productus ac desuper lis contestata? 3. an legitimè in causa sit conclusum? Item observat, an exhibitorum procuratoriorum aliorumque documentorum recognitio facta; si enim nondum facta, ea priùs per sententiam iniungendr, antequam ad aliam sententiam progressus fiat. His circa modum procedendi legitimè observatis, Referens recta via* ad merita causæ *progreditur, ubi* 1. universam facti speciem seu casum, *ex integris Actis, præcipuè verò ex narratis petitione Libelli investigat, eumque dilucidè, plenariè, breviter tamen, suis Collegis exponit; 2. post enarrationem casus, refert,* quænam actio sit instituta? *Nam iuxta illam sententia formari debet. Atque si in libello certa actio non sit expressa, aut inde elici nequeat, ex narratis tamen libelli vel aliunde constet, Actorem diversis actionibus agere potuisse, illam eligit, quæ dictis narratis convenientior & actori utilior est. 3. Perpendit,* num institutæ actionis omnia requisita non solùm adsint, sed etiam an sufficienter sint probata? *Requisito enim unico deficiente, vel non sufficienter probato, Reus ab instituta actione absolvendus venit, quod intellige, si Actor illud planè probare non possit.* Nam *si forsan non probaverit, iudex priùs Actori probationem iniungere debet. 4. considerat,* an actio sit probata per exceptiones rei sit elisa? *h. e. an rei exceptiones sint relevantes, (i. e. an habeant in se vim removendi actionem) & an sint sufficienter probata?* Ex *hoc casu referens diligenter confert Actoris & Rei rationes, probationes iuriumque allegationes, seu partium disputationes, uter eorum melioribus ac firmioribus*

rationibus

rationibus probationibusque nitatur? 4. Tandem referens exponit, quid in causâ pronunciandum, & quomodo forma sententiæ sit concipienda. 5. Atque postremò memorat, utrum expensæ ex justis causis compensandæ, an verò alterutra pars in eas sit condemnanda?

§. IV. Quod si lis per appellationem sit devoluta, sequens plerunque modus & forma observari solet. Nimirùm primò omnium Referens considerat, an procuratores habeant sufficientia mandata? 2. an jurisdictio ejus, ad quem appellatum, sit fundata? 3. an formalia appellationis interponendæ & introducendæ sint observata? quæ partim ex instrumento appellationis, partim ex protocollis desumit. Relatis formalibus statum causæ ex actis primæ instantiæ refert Quartò observat, an juxta naturam beneficii appellationis appellans plus deduxerit & nova allegârit, & an illæ novæ causæ sint relevantes, ut ex iis prima sententia reformari debeat? quod ex gravaminibus, eorumque deductionibus facilè dijudicare potest Demum post collationem jurium partium Referens sententiam suam, quid pronunciandum sit exponit.

CAPUT IV.

DE

Relatione Actorum

in judicio.

§. I.

HActenus de modo referendi, seu conficiendi relationem Actorum. Iam de ipso actu referendi in judicio.

In Camerâ Imperii, Serenissimus Dominus Iudex, (si præsens est) atque per illustres Domini Præsides atque Assessores singulis diebus) nisi dies feriatus incidat) horis matutinis in loco Consilii (in der Raht-Stube) convenire solent; ubi augustum hoc Collegium pro maturandis causarum deliberationibus in quatuor Senatus se dispescit, duobus in hoc conclavi manentibus, duobus in aliud (die Visitations-Stube) secedentibus. In uno Senatu ad preces seu supplicas partium decreta concipiuntur, & processus vel decernuntur vel denegantur; In reliquis tribus Senatibus relationes causarum auscultantur & examinantur sententiaque formantur; in gravibus tamen causis, in pleno, hoc est, in consessu omnium, relationes ac decisiones fiunt, quemadmodum quoque ante publicationem sententiarum omnes sententiæ priùs in pleno omnibus præleguntur.

§. II. In Consilio Aulico hæc omnia aliter. Conveniunt nimirùm illustrissimus Dominus Præses & Consiliarii Imperiales Aulici (quatuor in septimanâ diebus, horis matutinis) in Palatio Cæsaris in loco consueto (in der gewöhnlichen Reichs-Hofraths-Stube) ubi Omnes uni tabulæ assident, nec (nisi in levissimis causis, in diversa Collegia aut Senatus segregantur. R. H. O. Tit. 1. §. Es sollen auch. ibi: Und solle auch unser Præsident / es were dann in gar geringen Sachen / Sie unsere Räthe in keine absonderliche Collegia abtheilen. Nullus igitur ibi Senatus supplicationum, ut in Camerâ, sed omnes supplicationes aut memorialia in pleno consessu leguntur & decreta concipiuntur. R. H. O. Tit. 3. §. wann nun. ibi: Dieselbe Memorialia in welchen umb neue Proceß angesucht wird / im ersten Raths-Sitz ablesen lassen. Relationes quoque Actorum ab omnibus auscultantur, dein à Præside collectis votis, (secundum majora) sententiæ formantur, Secretario in calamum dictantur, & publicè in Consilio releguntur. R. H. O. Tit. 5. §. Den Schluß aber.

§. III. Proponuntur autem re- & correlationes Actorum tàm in Camerâ quàm in Consilio Aulico, vel in scripto, vel vivâ voce. In causis tamen definitivis ut plurimum in scripto. Et expressè id dispositum in R. H. O. tit. 4 §. so bald nun. in fin. ibi: so dann jede definitiv-Sache schrifftlich re- und correferirt werden. Ut autem temporis compendium in referendo habeatur, relationes non dictantur, sed tantùm leguntur. R. A. de anno 1654. §. den modum referendi. 143.

§. IV. Si quis autem Assessorum recitatam relationem minùs benè intellexit, aut prælectam oblivioni tradidit, eam in Senatu perlustrare, actaque, si eiusdem cum referente Senatus est, ad se informandum, domum secum portare fas est. R. A. de anno 1654. §. und nach dem. 144. in fine. Idem in Consilio licitum est Aulico. R. H. O. Tit. 5. §. wo dann einer. ibi: Wo dann einer oder mehr von unsern Käiserl. Reichs-Hofrath nach geschehener Verlesung der Relation umb bessers Nachdenckens willen dieselbe Schrifften Ihnen nach Haus auf eine kurtze Zeit zu vergönnen / sich besser darinn zuersehen / begehren würde / daß solle Ihnen unser Præsident nach Ermessung und Gelegenheit der Sachen / doch in alle Wege / daß hierinn kein unnötiger Auffzug gesucht etc. nicht abschlagen / und davon solchem Rath alsdann etwas mehrers / wenigers oder gar was anders / dann referirt, und doch in den Actis begriffen / auch zur Substanz gehörig und bey der Decision in acht zunehmen noth were / befunden würde / solches solle ein jeder bey seinen Pflichten nicht verschweigen / und nicht allein in seinen Voto anziehen / sondern aus dē Actis zeigen / und alsdann auch der gantze Reichs-Hof-Rath dasselbe in acht zunehmen verpflichtet seyn.

§. V. Re- & correlationes ab Auctoribus subscribuntur, & postquam vota super iis collecta sunt & sententia concepta,. illa in Camerâ Imperii Domino Iudici vel ejus Vicario in cistâ custodienda porriguntur. R. A. de anno 1654. 2. Vorgehend dieses. 150. In Consilio Aulico, obsignata actis adjunguntur, vel alio modo asservantur. R. H. O. Tit. 4. §. so bald nun. ibi: Es sollen auch die gantz re- und correlationes wohl verpitschirt jederzeit bey den Actis, oder sonsten wohl verwahrt / aufgehalten werden.

CAPUT V.

DE

Advocatis & Procuratoribus Cameralibus,

NEC NON

Agentibus & Procuratoribus Aulicis.

§. I.

QVi in supremis Imperii Rom. Judiciis lites Germanorum Principum aliorumque Statuum, causarumque ambigua fata dirimunt, ac gloriosa, vocis confisi munimine laborantium spem, vitam & posteros defendunt, eos non minùs providere putamus Imperio, quàm si praliis ac vulneribus patriam parentesque salvarent. arg. l 14. C. de Advoc. divers. judic. *Ex elogio Divi Impp.* Leo & Anthemius *ibi universum Advocatorum amplissimum ordinem commendant orbi, praprimis tamen id commendant orbi, praprimis tamen id competere Nobilissimis Advocatis & Procuratoribus in Aulâ Casaris & Imperii Camerâ causas agentibus, nemo, opinor; negabit.*

§. *II.* *Et autem* advocare, *seu ut in jure communi dicitur* postulare, *idem ac, aliquid in judicio, sive suo sive alieno nomine petere, seu, desiderium suum vel alterius apud eum, qui jurisdictioni praest, proponere, vel alterius desiderio contradicere,* secundum l. 1. ff. de postul. *Nam & qui contradicit, postulat aliquid, quia effectu petit, se à postulatione adversarii absolvi.* Procurare *propriè ad curam alienorum negotiorum refertur; &* Procuratores *dicuntur (intellige judiciales) qui* pro alio *lites in judicio* curant *& persequuntur.*

§. *III.* *In summis Imperii Consistoriis Procuratores desideria litigantium proponunt tam* vivâ voce *(in Cameralibus audientiis, per Recessus orales) quàm* Scriptis, *eaque itidem vel ipsi consignant, vel ab aliis consignata accipiunt & producunt. Plerisque tamen omnia Scripta & Producta ex Aulis Principum mittuntur, vel etiam ab aliis Advocatis sive exteris sive incolis elaborata traduntur, qua perlegere, emendare, stylo judicii conformia reddere, & subscribere tenentur* Memorial. Iud. & Assess. de anno 1557. §. Die Advocaten. 24. R. H. O. Tit. 6. §. ein iedweder Parthey *ibi*: sollen die Agenten und *Procuratores*, bey Vermeldung unausbleibender Straff / dergleichen *Producta* zuvor alles Fleisses *revidiren*, die befindende *errores corrigiren*, und alsdann erst solche Schrifften gehöriger Orthen überreichen. Iung. Tit. 7. §. Es soll auch hinführo. verb. Sie sey dann von deren Procuratorn und Agenten eigener Hand unterschrieben.

§. IV. *Vt eò meliùs hac intelligantur, observandum, in his supremis Tribunalibus alios esse Advocatos tantùm, alios* Advocatos & Procuratores simul. *Non enim omnes Advocati sunt simul Procuratores, omnes tamen Procuratores & Agentes sunt etiam Advocati.* In Camerâ Imperiali *in Procuratorem nemo recipitur, nisi aliquamdiu in Camerâ advocatus fuerit, sed in Advocatum quilibet, qui fiduciam suorum studiorum habet, licèt nunquam Procurator fuerit. Antequam autem in Advocatum ordinarium quis recipiatur, specimen quoddam practicum in Scriptis unà cum supplicâ pro obtinendâ Advocaturâ augusto Camerali collegio exhibere debet, quod alicui Assessorum ad referendum & judicium suum desuper exponendum traditur; postmodum in consessu omnium vota colliguntur & novellus Advocatus vel rejicitur vel recipitur; si admittitur tunc à duobus ad hoc deputatis Assessoribus de nativitate, religione & studiis ejus, necessaria exquiruntur, tandem in publicâ Audientia vel etiam Lectoria juxta formam in Ordinatione praescriptam jurat. Vbi Advocati munere per annum vel biennium laudabiliter defunctus est, si velit, supplicare potest* pro obtinenda Procuraturâ, *& ubi eam per decretum obtinuit, publicè in Audientia juramentum Procuratorum Iudici vel ejus Vicario prastat, & statim Procuratorum subsellia ingreditur, locum ultimum occupans.*

§. *V.* Agentes seu Procuratores Imperiales Aulici *similiter pro obtinenda Procuratura seu Agentia ad Casarem supplicare debent, atque in Consilio Aulico de supplicantis desiderio deliberari solet, admissus de nativitate, patria studiisque* (R. H. O. Tit. 7. princ *ibi*: Von zweyen Reichs-Hofräthen (so unser Præsident hierzu *deputiren* solle) ordentlich über Ihre Geburth / Heimath / Ehrlichen Verhaltens / und wo Sie studirt und *practiciret*) *examinatur, post juramentum in Ordinatione Consilii Aulici prascriptum in pleno consessu prastat, atque solenniter in Agentem Imperialem recipitur.* R. H. O. Tit. 7. von Auffnehmung der *Advocaten, Procuratorn* und *Agenten.* pc. & §. nach solchen. Item Tit. 3. in pr. *ibi*: Es sollen die geschworne und aufgenommene Agenten und Procuratores. Alii *enim in Aula Casaris sunt Advocati & Procuratores* jurati & ordinarii, *de quibus jam dicta intelligenda*; alii extraordinarii, *qui nimirùm solùm nomine electorum aliorumque Principum Imperii ibi commorantur eorumque causas tantùm agunt. Cuilibet etenim Electori atque Principi aliive Statui permissum, peculiarem suum Agentem aut Procuratorem in Aula Casaris habere.* R. H. O. Tit. 7. §. Da auch ein Chur-Fürst / Fürst / oder Stand des Reichs 2c. *Atque ii Agentes, Advocati & Procuratores, quos* extraordinarios *vocare places, neque pro obtinenda Procuratura ad Casarem supplicant, neque examinantur, nec juramentum Advocatis ordinariis in Ordinatione Consilii prascriptum prastant. Quod si verò, consensu Domini sui seu Principalis, aliorum quoque & quorumcunque privatorum causas agere velint, & supplicare Casari pro ea agentia debent, & juramentum solenne prastare.*

§. *V.* *Quoad numerum Procuratorum & Agentium Imperialium* in R. G. O. tit. 7. in pc. *dispositum est, ut supra* 30. *non recipiantur.* ibi: Deren Anzahl sich doch über 24. biß 30. mit zuerstrecken hat. *pro arbitrio tamen Casaris numerum eum augeri posse, nullum est dubium.* In Camerâ *Advocatorum numerus arbitrarius;* Procuratorum *(qui tamen simul etiam Advocati sunt, uti suprà dictum)*

dictum) juxta C. G. O. part. 1. tit. 18. ad 24. juxta Rec. Imper. de anno 1570. §. wie wohl auch leichtsam. 62. ad 30. *limitatus quidem videtur, arbitrio tamen Judicis similiter relictum esse opinor. De personis* Cancellariatum, *aliisque, qua tàm in Camera quàm in Aula Imperatoris* negotiis judicialibus expediendis *inserviunt, agere hic supervacaneum putamus.*

CAPUT VI.

De Mandatis Procuratoriis.

§. I.

P*Rocurator patrocinium causa suscepturus, personam suam* per sufficiens mandatum *legitimare debet. Appellatur illud mandatum* procuratorium, *quia potestatem* lites *in judicio* procurandi *facit*, gerichtlicher Gewalt; *& est vel* generale *vel* speciale. Generale, *quod ad omnes causas, præsentes & futuras*; speciale, *quod ad certam tantummodò causam directum est. Verum* specialia Procuratoria, *licet in inferioribus judiciis ubiq; ferè sint in usu*, in supremis Imperii Consistoriis, Aulico & Camerali hodiè eliminata. (*casibus quibusdam exceptis, in quibus præter generale mandatum speciale quoque exigi solet.* R. A. de anno 1654. §. und demnach. 101.) *& in omnibus causis generali mandato Procurator instructus esse debet.* per d. R. I. *quod satis etiam patet tàm ex formula Procuratorii Cameralis*, (quam reperire licet apud Roding. lib. 1. pandect. Cameral. tit. 29. §. 6) *verb*: Zu Vollführung unser an dem hochlöblichen Käyserlichen Cammergericht zu Speyer hievorigen/ itzigen und zukunfftigen Rechtssachen/ gegen wem wir die haben und überkommen mögen; *quàm ex formula Procuratorii in Consilio Aulico usitati*, (quæ videri potest in R. H. O. Ferd. 3. in fine) *verb*: in allen und jeden meinen am Käiserl. Reichs-Hofraht *activè* und *passivè* hangenden Rechts-Sachen.

§. II. *Procurator igitur, si principalis sui nomine in judiciò comparens mandatum tale generale ad personam suam legitimandam in primo termino produxit, in alia causa ejusdem Principalis nomine alturus, mandati originalis exemplum solùm exhibet, in cujus rubro (ut judex, ubi opus est, ad originale recurrere possit) signat, in qua causa, & quo anno & die, originale productum sit, hisce formalibus*: Hujus Originale ist einkommen/ sive, productum est, in Sachen ꝛc. anno ... die ... *Et hæc subscriptio vocatur* signatura, *& exemplum illud* copia *dicitur* signata, eine *signirte* Copey gemeinen habenden Gewalts. *Vid.* C. G. O. part. 3. Tit. 12 §. und so ein Procurator 10. *In Consilio Aulico* copia collationata. R. H. O. Tit. 3. §. gestalt auch. ibi: es were denn Sache/ daß der Original-Gewalt schon zuvor *ad omnes causas* were *producire* worden/ auff welchen Fall es gnug ist/ daß ein solcher Gewalt von dem *Registratore collationirter* wiederumb *producirt* werde.

§. *III.* In Imperii Camera *Procuratoria quoque non tantùm* in personam clientis, *sed & heredum, non tantùm* in procuratorem ipsum, *sed & casû, quo decederet*, in substitutum *concipienda sunt, ut iridem ex formalibus procuratorii Cameralis evidens est*, verb: zu unsern/ und nach unsern Tod/ unserer Erben ungezweiffentlichen Rednern und Anwald/ den Edlen etc. N. N. und falls derselbe etwan frühzeitig mit Todt abginge/ gleichfalls den Edlen etc. N. N. als dessen *substituirten* Anwald/ *constituiret*/ bestellet und benennet haben. *Quæ formalia in Mandato Procuratorio* in Consilio Aulico *usitato non inveniuntur, adeòque patet, quòd* in Aulâ Cæsaris, *quoties casus accidat, ut vel pars ipsa vel ejus procurator moriantur, citatione ad reassumendum omninò opus sit.* In Camerâ *autem cùm omnia Procuratoria jam dicto modo per Recessum Imper.* 1654. *præscripto concipiantur, ideò citationes ad reassumendum in omnibus causis post dictum Recessum introductis cessant, & si vel pars ipsa vel procurator ejus moriantur, pars adversa contra heredes vel substitutum procuratoris demortui Processum continuat, procurator tamen cliente mortuo intra tres menses heredes nominare debet.* per R. I. de anno 1654. §. damit auch. 99. *In causis tamen antiquis (ante dictum Recessum nimirùm introductis, in quibus talia mandata non exhibita) per mortem partium vel procuratorum desertis, causam reassumturus citatione ad reassumendum adhuc opus habet, quæ* vel extrajudicialiter *per supplicam*, vel judicialiter *in publicâ audientiâ per Recessum oralem rogatur, & à judice seu ejus Vicario in continenti per acclamationem*: Erkennt: *decernitur; cujusmodi decreta extemporanea sæpiùs Spiræ audivimus, in audientiis publicis.*

CAPUT LXXVI.

De Austregis.

I. Immediatis Imperii civibus plerisque Ius Austregarum competit, ita ut statim in Camera conveniri in prima instantia nequeant, sed privilegio atque præscriptione ab eadem exempti sint. Dicuntur Austregæ, voce à Germanica Austräge/ deducta, quod coram certis judicibus electis negotia & lites Principum atque immediatorum nonnullorum terminentur; daß allda die Sachen rechtlichen ausgetragen werden. [add: *Ad illustrandum hoc Autoris caput inprimis consulendus Schubhardus in egregio Tr. de hac materia conscripto, & Friderici Lentli Dissert. de eodem argumento*]. *Origo vocis Austregarum.*

II. Sunt duplices: *Vna*, quas nonnullæ familiæ, & corpora, sibi ipsis peculiares constituerunt, quas Stammaustrage/ und Gewillkührte/ auch besondere Austräge vocare consueverunt, quales familia habet Saxonica, Hassiaca, & aliæ. *Altera*, quæ ex generali dispositione Imperialium decretorum dependent. *Divisio Austregarum.*

III. Circa originem harum Austregatum alii ad consuetudinem provocant. Contra alii asserunt, Maximilianum I. prima Austregis posuisse fundamenta, anno 1495. in comitiis Wormatiensibus. Vnam quando consideramus Austregarum speciem, nimirum die gewillkührte rechtliche Austräge/ dubium nullum mihi est, eas *Origo earum.*

quoque ante Maximiliani I. constitutionem prædictam in usu & observantia fuisse. [add: *Omnino adeundus hic est Dn. Conringius in Dissert de Judiciis Germaniæ th. 53 quam supra textui enucleato de Camera Spirensi præmisimus.*] Suggerit mihi hoc ipsa Maximiliani *constit. Cam. an.* 1495. *tit.* Wie Churfürsten/Fürsten/vnd Fürstmässige einander zu Recht fordern sollen / *non procul à princ. vers.* welche sonderliche gewillkührte rechtliche Austräge gegen einander haben / der sollen sie sich/Laut derselben / gegen einander gebrauchen. Alteram verò quando perpendimus, scilicet eam, de qua hic nobis sermo est, nullo argumento demonstrari potest, eam ante Maximiliani I. tempora fuisse in usu. [add: *Vera opinio contra Dn. Autorem est hæc: Olim quando turbulentus maximè Imperii Status, & potentior esset in jure prior, soliti, sunt Principes inter se invicem arbitraria sive compromissaria judicia instituere, nec semper ad Cæsarem appellare, ut is decerneret; quæ etiam hodie supersunt & Austrega semi Germanicâ voce vocantur. Videntur hæc judicia cæpisse circa medium seculi XIII. in diuturno illo interregno, ut censet Dn. Conringius, cujus verba in addisionibus citat Dn. Autor, ejusque sententiam tacitè approbat. Tum enim erat turbulentus Imperii status, adeoque, ut componerentur lites, in defectu judiciorum publicorum arbitros* (Außträgliche Richter) *Principes elegerunt, qui ex æquo & bono rem deciderent. Hæ Austregæ igitur non autoritate Imperii cæperunt, sed ex privato Principum instituto donec postea Maximilianus I. Cameram Spirensem conderet: Tum enim hi arbitrarii judices à Cæsare sunt confirmati, ea tamen lege ut partibus liceret ad Cameram Spirensem appellare. Firmissima ergo est sententia moribus Austregarum judicia invaluisse, illisque certam formam ab Imperatore & Statibus Imperii demum esse præscriptam. Vid Burgold. p. 2. ad Instr. Pac. Disc. 20. n. 4*].

Quibus competant Austregæ?

IV. Immediatis diximus competere Austregas, idque verum est, at illud quoque; Non omnibus immediatis easdem competere, & quibus competunt, non uno omnibus ex fonte competere, nec æquali forma vel modo. Civitatibus enim Imperialibus regulariter non competunt Austregæ, sed quibus competunt, non ex ordinationis Maximiliani beneficio competunt, sed aut præscriptione, aut speciali aliquo Cæsaris privilegio easdem sibi competentes habent; nec hanc quidem obtinent, sed alteram illam, der gewillkühtten vnd sonderlichen Austräge. Ita Strasburg Iudices primæ instantiæ habet, Basel / Worms vnd Vlm. 2. Dinckelspül Consul & Senatus in prima instantia judicem habent, ihrer Stadt Amman / qui sibi quatuor adiungit juratos Senatores in judices ex civitatibus, Nördlingen/ Rotenburg an der Tauber / Schwäbischen Hall / vnd Schwäbischen Werht. 3. Eslingen/ judices habet Consules & Senatum civitatum, Vlm / Reutlingen / vnd Hailbrun: ita ut sit in actoris arbitrio locum commodiorem ex his tribus civitatibus eligere, ubi judicium habeatur. 4. Nürnberg habet Windsheim vnd Weissenburg am Nortgau. 5. Rrgenspurg / in causis civitatum judices agnoscit, Augspurg / Nürnberg vnd Vlm. Actor etiam suo arbitrio quinque vel septem ex senatu Ratisponensi judices eligere potest. 6. Reutlingen habet judices Vlm/ Eslingen / Schwäbisch Gemünde. 7. Schweinfurt/ Consul & Senatus, primam instantiam habent coram suo Reichsvogt / qui sibi aliquot Senatores, sive Scabinos Noribergenses & Rotenburgenses adsciscit. (Rudinger *cent. 1. observ.* 50. *num.* 9.) [add: *Quomodo primi ordinis viri Principes à sui ordinis æqualibus; item quomodo primi ordinis Principes ab aliis immediatis, statu & conditione sibi inæqualibus, conveniantur, exponitur in ord. Cam. p. 2. t. 2. & seqq. remque omnem D. Beliz in tabulis Process. Cameræ eleganter persecutus est, quas etiam hanc ob causam in addisionibus additionum adjungi curavimus.*].

Qui ex prima instantia modis usplurimum frequententur?

V. Cæterum ex modis primarum instantiarum duo ut plurimum frequentantur; quorum unus est ille, quo tres à reo denominantur Principes, ex quibus ab actore eligitur, alter verò impetratio Cæsarii Commissarii. [add: *Quid circa hanc rem novissimè cautum sit vid. Instr. Pac. art. 5. §. 20. vers. Cætera in Aulico &c. ad quem locū conferendus Burgold p. 2. Disc. 20. n. 19. ubi novissimam praxin in causa Palatina de Wildfangiatu affert.*].

Capitulum sede vacante an gaudeat Austregis?

VI. *Qui autem de Capitulo immediato, sede vacante, hoc est, Episcopo aut Prælato mortuo, habendum est?* Quod gaudeat Capitulum hoc casu Austregis verius. Vocatur enim Capitulum ad Imperii comitia, atque per defensorem ibi comparet. Sunt præterea Canonici universi, qui Capitulum constituunt, instar tutorum sedis Ecclesiæ, & prælaturæ vacantis, quæ fruitur jure pupilli & minoris: (*c. auditis, ubi* gloss. & Panormitan. *ext. de in integr. restit.*) Quemadmodum autem tutor sequitur forum pupilli, ita etiam Capitulum hoc casu sequetur forum, & jus sedis Ecclesiæ vel principatus (*c. cum deputati. ext. de judic. c. literas. ext. de restit. spoliat.*).

Privilegia Austregarum an otiā ratione iudicij Aulici valeant?

VII. Illa majoris momenti quæstio est; *num privilegia Austregarum non solum Cameræ, sed & aula Cæsarea restringant jurisdictionem:* Mihi illud videtur veritati consentaneum, causas, quæ ad Austregas pertinent, invito reo, & austregarum constitutionibus nil contra molienti, nec ad Cameram nec ad Aulicum Imperatoris posse trahi senatum. Hinc Imper. Rudolphus Præsidi Consilii Aulici inter alia insinuari fecit ann. 1596. 1. Iulij (ut scribit Caspar. Leipold. *de concurrent. iurisd. q. 14. in pr. &c* & Schubhard. *de austreg. th. 2.*) Die Käiserliche Majestät könte neben andern nicht sehen / warumb vnd zu was Ende es fürträglich und gut were / das ohne sondere Noht und Vrsachen die in Reichsabschieden und Ordnungen begriffene Instantien uberschritten/ vnd dem Cammergericht labefactiret würden/ hingegen ihrer Majestät Käyserl. Regierung schwere Vrtheiligungen aufwachsen möchten. Quod si verò tantùm respectu Cameræ dictum quispiam asseveraverit, is rationis identitatem velim trutinet, & audiat Matthiam Imperatorem in der Ordnung des neuen Reichshofraht / welchen ihre Majestät begreiffen lassen / vnd nachmals durch Chur Maintz den Correspondirenden communicirt worden/ anno 1614. mense Augusto *tit.* 2. §. Wir befehlen auch hiermit vnserem

Reichs=

Reichshofrahts-præsidenten, vnd Rähten ernstlich/ vnd wollen/ daß sie in Erkeñung der Citationen, Rescripten, Mandaten vnd andern Proceß/ nicht blos allein vnsere Käiserliche Hoheit/ sondern auch vnserer/ vnd des Reichs Churfürsten/ Fürsten/ Grafen/ Herren/ Stände/ Gefreyte Ritterschaft/ vnd anderer mittel- vnd vnmittelbahrer Vnterthanen/ privilegia, sonderlich aber der ersten Instanz, vnd der Summa/ vnter welcher man nicht appelliren, noch die Sachen an die hohere instantias bringen soll/ aller Gebühr nach sorgsamlich in Acht nemen/ niemands darwider beschweren/ sondern in Erkäntnußen der Proceß/ auch Annemung der Appellation, sich den gemeinen Rechten/ Reichsabschieden vnd wolverordneten Satzungen/ ohne Verletzung der Stände Privilegien/ gemäs verhalten. [add: *Non opus est circa hanc quæstionem cum Dn. Autore rationes dubitandi amplius movere. Expreßè enim affirmativa confirmata in Instrum. Pac. art. 6. §. 20. vers. Cætera in Aulico.*].

Judicum austregarum an ordinaria an verò delegata jurisdictio?

VIII. Porrò de jurisdictione judicum Austregarum maxima quoque contentio est, *qualisnam ea dici mereatur, an ordinaria & propria, an verò delegata?* Pro ordinaria jurisdictione rationes sunt hæ: I. Quæ à lege defertur jurisdictio, ea propria, & ordinaria est, non delegata: (Gail. 1. *obs. 154. n. 1. & obs. 155 n. 6.*) At hæc, quæ Austregarum judicibus competit, à lege iisdem defertur, hoc est, ex constitutione Imperii illa, quæ nomine ordinationis Cameræ claret (*d. part. 2. tit. 2. 3. & 4.*). II. Principes judices electi plerumque causam suis mandant Consiliariis, quod fieri non potest, nisi ordinaria illis competeret jurisdictio. Et hanc mandatam in Consiliariis, arguit & evincit provocatio, quæ non ad Dominos mandantes, sed ad Cameram dirigitur: (*d. part. 2. t. 6.*) III. Et inde quoque pro ordinaria jurisdictione argumentum surgit, cum morte Imperatoris ist hæc, de qua nobis concertatio est, non expiret, ut notorium.

Quæ causæ ad Austregas pertineant?

IX. De causis ad Austregas pertinentibus, Regula isthæc mihi est: *Immediatum, cui jus Austregarum datum est, in omnibus causis conveniendum esse, in prima instantia, coram Austregarum judicibus, expreßè ni quædam causarum reperiantur excepta.* [add: *Conferendus hic cum Dn. Autore Nobiliß. D. Conringius in Dissert. de Iudiciis th. 61. 62. 63. quam supra quando de Camerâ Spirensi actum, textui enucleato addidimus*]. (*Vid. Ord. Cam. part. 2. tit. 9.*) Imò etiam causæ criminales ad Austregas pertinent. Præcipuæ, rationes sunt: I. quod causæ criminales nuspiam reperiantur exceptæ ab Austregis, II. quod eædem sub verbis, Spruch vnd Forderung (quibus correspondent verba litis & negotii) *d. part. 2. Ord. Cam. t. 2. & d. Ord. Cam. de anno* 1495. §. Wir Churfürsten/ comprehendantur. Nihil enim verius, quàm quod litis & negotii nomine etiam causæ criminales veniant: (*l. ex judiciorum 20. ff. de accusat. l. 5. in pr. C. de jurisd.*). III. quod *in d. t. 2. part. 2. Ord. Cam* §. Darauf/ appellatio ad Cameram ab Austregarum judicio concedatur, sed in iis tamen causis, de quibus alibi ordinatio Cameralis provocationem concedit. Quod certissimo argumento est, Austregas etiam de iis judicare causis, quæ non sunt appellabiles: inter illas autem vel præcipua est criminalis causa. [add: *An causæ matrimoniales ad Austregas pertineant? supra in cap. de Camerâ Spirensi; fuit discussum*].

An reconventioni locus detur coram Austregis?

X. Illud notari velim, reconventioni quoque locum coram Austregis ex parte dari (*d. t. 4. part. 2. Ord. Cam* §. so dann die Parteyen.)

Quænam causæ ab Austregis sint exemptæ?

XI. Porrò causas quod attinet ab Austregis exemptas, ego ex Gailio (*l. 1. obs. 1. 2, 6. 8 9. 28. 93.*) didici, Austregas cessare: *primo*, si reus immediatè Imperio subiectus, ad requisitionem actoris non tres (prout *Ord. Cam. d. part 2. tit. 5.* requirit) sed unum, vel duos tantum Principes nominaverit. *Secundo*, quando Princeps secularis banno Imperiali percussus fuit, Ecclesiasticus verò suis propter delictum privatus Regalibus. *Tertio*, si partium conventione huic privilegio primæ instantiæ fuerit renunciatum. *Quarto*. inter causas, quæ Austregis non subjacent, numeratur feudalis illa contentio, de Principatu, Marchionatu, Ducatuque. Hæc enim coram Imperatore [add: *imò adjunctis Paribus curiæ, ut suprà deductum*]. ventilari atque terminari debet (*Ord. Cam. part. 2. tit. 7.*). *Quinto*, etiam in reliquis feudalibus causis hoc modo cessant Austregæ, ut vasallus volens Principem, vel Comitem Imperii, in causa feudali in jus vocare, Pares Curiæ, non verò iudices Austregarum, adire habeat: Quando verò vasallus Dominum pro tali non vult recognoscere, nec se eius fidelem profiteri, negans, bona controversa ab eodem dependere, Cameræ tribunal rectâ adeundum, scribit Myns. (*cent. 5. obs. 75.*) Friderus autem: (*de process. extrah. c. 19. num. 20.*) & hic quoque fenestram aperit Austregis. *Sexto*, causæ ex constitutione religiosa, aus dem Religionsfrieden/ sancita anno 1555. in comitiis Augustæ, dependentes, Austregas effugiunt omnes. *Septimo* causæ descendentes ex constitutione Imperii de pace profana, seu seculari, von dem Landfrieden/ Austregis non subjacent: (*d. part. 2. Ord. Cam tit. 9*) *Octavo*, in specie ad pacem publicam pertinens constitutio de pignorationibus, Austregas recusat: (*Ordin. Camer. d. p. 2 tit. 22.*) *Nono*, si de arrestis Imperii quæstio moveatur, cessant Austregæ. *Decimo*, Gailius: (*1. obs. 6. num 1.*) monet, Cameræ iurisdictionem immediatè, fundari ex constitutione de litigiosa possessione, (*Ordin. Cam. part. 2. tit. 21.*) in tribus casibus ibidem expressis, & privilegium primæ instantiæ in illis casibus non habere locum, ideoque exceptiones fori declinatorias non admitti. *Undecimo*, Constitutio Imperii super *l. diffamari. C. de ingen. manumiss.* fundat iurisdictionem Cameræ immediatè, remoto privilegio primæ instantiæ. *Duodecimo*, de stylo Cameræ in petenda commissione ad perpetuam rei memoriam privilegium primæ instantiæ non habet locum: *Decimotertio*, in causis denegatæ, vel protractæ iustitiæ Camera iudicat, nec Austregæ: (*d. p. 2. Ordin. Camer. tit. 16*) *Decimoquarto*, causæ privilegiorum Cæsaris, puta, si quis ra-

tione violati privilegij Imperialis, ad pœnas eidem privilegio insertas agere velit, non pertinent ad Austregas. *Decimoquinto*, in compromissis, si à laudo reductio petita sit, casu quo ea locum habet, per viam reductionis, omissis iudicibus ordinationis der Austräge/ Camera immediatè adiri potest. [add: *An Austregæ sint è re Imperii nostri*, *exponit Ant. ad Instrum. Pac. p 2. Disc.20.n.4. Quicquid de eo sit, Austregæ iam sunt confirmatæ in Instrum.Pac.art.5.§.20.vers. Visitatio consilii &c. & R. I. de ann.* 1654. § 98. & 162. *Cautum tamen eodem Recessu* §.109. das die *Austregarum privilegia* nicht mehr so bald sollen bewilliget werden.].

Soli Trin - Uni DEO gloria, in quo etiam huius operis, uti initium, ita &

F I N I S.

INDEX RERUM

IN

LIMNÆO ENUCLEATO

Occurrentium.

ABBATES.

ABBATES nonnulli titulo utuntur: Wir von GOTTES Verhängnüs. *l. 2. cap. 17. num. 4.*

ABBAS KAYSERSHEIM:

Abbas Kaysersheimensis ad quem Circulum pertineat? l. 1. c. 5. n. 9.

ABBAS S. MAXIMIN.

Exemptio Abbatis S. Maximini. l. 2. c. 18. n. 40.

ABBAS S. VLRICI.

Status quæstio Abbatis S. Vlrici, l. 2. cap. 18. num. 40.

ABBATISSA GANDERSHEIMENSIS.

Quæstio status circa Abbatissam Gandersheimensem. l. 2. c. 18. n. 40.

ACADEMIÆ.

Schola, Gymnasia & Academia erigenda. l. 4. c. 67. num. 1.

Etymologia Academia. l. 4. c. 67. n. 2.

Vox Academia quid significet? l. 4. c. 67. n. 3.

Academia quare dicatur Vniversitas? l. 4. c. 67. num. 4.

Quid sit Academia? l. 4. c. 67. n. 5.

Origo Academiarum. l. 4. c. 67. n. 6.

Cui competat potestas constituendi Academias? l. 4. c. 67. n. 7.

Imperatori in Imperio. l. 4. c. 67. n. 7.

Etiam Regi Romanorum. l. 4. c. 67. n. 8.

Etiam Vicariis Imperii. l. 4. c. 67. n. 9.

Extra Imperium cui hoc ius competat? l. 4. c. 67. num. 10.

An Pontifex Rom. possit Academias erigere, item an Academia possint esse sine illius consensu? l. 4. c. 67. num. 11.

An Imperator cuilibet instanti confirmet Academias? l. 4. c. 67. n. 12.

Collegia facultatum in Academiis. l. 4. c. 68. num. 4.

ADMINISTRATOR EPISCOPATVVM.

Administratores Episcopatuum Reformatorum an pro Clericis habendi? l. 2. c. 6. n. 6.

ADVOCATI ECCLESIÆ.

Advocatio eius quid importet? l. 1. c. 3. n. 18.

ALEN.

Vnde dicta haec urbs? l. 4. c. 5. n. 1.

Quomodo ad Imperium pervenerit? l. 4. c. 5. num. 2.

Tributum Imperiale illius. l. 4. c. 5. n. 3.

ALSATIA.

Quomodo Alsatia pervenerit ad Austriacos? l. 3. c. 2. n. 4.

De Nobilibus Alsatiæ. l. 3. c. 29. n. 14.

ANHALDINI PRINCIPES.

Origo & progressus familiæ Anhaldinæ. l. 3. c. 3. numero 1.

Ius Anhaldinorum in Aschersleben. *l. 3. c. 3. n. 2.*

Quota Principum Anhaldinorum. l. 3. c. 3. n. 3.

Insignia Principum Anhaldinorum. l. 3. c. 3. n. 3.

ANTVVERPIA.

Antverpia Urbs est Imperialis. l. 1. c. 7. n. 3.

AQVISGRANVM.

Aquisgrani situs & etymologia. l. 4. c. 2. n. 1.

Palatium & templum hîc à Carolo M. exstructum. l. 4. c. 2. n. 2.

Aquisgranum caput & sedes regni Teutonici. l. 4. c. 2. num. 3.

Coronatio Regis Romanorum hîc debet peragi. l. 4. c. 2. n. 4.

Quæ Symbola Imperij hîc asserventur? l. 4. c. 2. numero 5.

A vectigalibus in toto Imperio immunes sunt Aquisgranenses. l. 4. c. 2. n. 6.

Aquisgranum an sit libera Imperii Civitas? l. 4. c. 2. num. 9.

Regimen Civitatis Aquisgranensis. l. 4. c. 2. numero 12.

Insignia Aquisgrani & quota menstrua. l. 4. c. 2. numero 13.

Aquisgranensium iura circa iudicialia. l. 4. c. 2. numero 7.

Iura Aquisgranensium in coronatione Cæsaris. l. 4. c. 2. n. 8.

ARAVSIONENSIS PRINCIPATVS.

Arausionensis Principatus ad Imperium pertinet. l. 1. c. 7. n. 4.

sime verò declaratio pœna, *observantia id demonstrante. Quòd si verò causa deserta vel non devoluta pronunciatur*, *tunc executio ipso iure ad iudicem inferiorem pertinet*; *si tamen is cesset in executione facienda*, *tunc ex alio capite*, *scil.* denegatæ justitiæ, *Processus in Aulâ* Cæ*saris vel Camerâ contra eum obtineri possunt*

§ VI. Patet iam differentia inter varios Processus, *quæ in puncto executionis in his supremis impetrantur iudicijs*: executoriales *nim. ad partem victam diriguntur*, *& tàm in causis* S. Q. *quàm appellationis in usu sunt*; mandata executorialia *ad iudicem*, *à quo appellatum fuit*; mandata de exequendo *vel* Commissiones ad exequendum *ad Principes Circulares emittuntur.*

DISCVRSVS QVARTVS ET VLTIMVS.

DE

PERSONIS,

Iustitiam in supremis Cæsaris & Imperii Iudiciis, *administrantibus.*

CONTINVATIO.

A*Gendum nunc* de summis Iustitiæ sacerdotibus, *qui in supremis Imperii Rom. Prætoriis*, *Aulico & Camerali*, *quotidie Divæ huic faciunt sacra*, *eiusque manus in Orbe Romano administrant. Addemus quædam* de Advocatis & Procuratoribus, eorum officio.

De aliis personis, *quæ negotiis expediendis inserviunt*, *operosè agere vix putamus proficuum.*

CAPVT I.

DE

Judice Cameræ Imperialis, eiusque Vicarijs,

NEC NON

Præside ac Vice-Præside Consilii Aulici.

§. I.

I*Mperialis Camera Iudex* Imperatorem ipsum, *cuius vices gerit*, *repræsentat.* R. A. de anno 1654. §. damit aber auch 165. *unde & loco Cæsareæ Maiestatis*, *ipsi omnes Supplicationes*, *Memorialia*, *& Producta omnia inscribuntur*, *uti suprà iamdum* (disc. 2. cap. 1. §. 6.) *notavimus. Constituitur* à S. Cæs. Maiestate, *ex Principum Germanorum*, *Ecclesiasticorum aut secularium*, *vel saltem Comitum aut Baronum ordine delectus. Officium Eius amplissimum*, *multiplex & varium*, *& in compluribus actibus*, *tàm iudicialibus quàm extraiudicialibus*, *aliisque negotiis & curis consistit.* Vid. latè C. G. O. part. 1. tit. 10. & 11. *Breviter*: Totius Iudicii Caput est, Ordinationis custos atque vindex.

§. *II. Si iudex à iudicio absens est*, *quemadmodum sæpissimè id accidit*, *si nimirum vel morbo vel negotiis in Provinciis suis detineatur*, *partibus eius funguntur* Præsidentes; *qui similiter denominantur & ordinantur ab Imperatore vel Rege Romanorum*, *ex Comitum vel Baronum Germanorum serie. Eorum quondam duo tantùm fuêre*, *sed* per Rec. Imp. de anno 1570. *tertius*, *&* per Instrum. Pac. de anno 1648. *quartus additus fuit*, *ita ut ex utrâque religione*; *Augustanâ & Catholicâ*, *duo seligi debeant.* Hodiè *tamen unus tantummodò Augustanæ Confessionis habetur*, *& unus Catholicæ religionis. Præsidentibus his*, *cùm vicarii Iudicis sint*, *pleraque officia incumbunt*, *quæ iudici ipsi*, *iisque idem honor*, *qui iudici*, *eademque observantia exhiberi solet Quòd si nec Iudex nec unus ex Præsidibus in loco sint*, *officium iudicis competit Electorali Moguntino Assessori*, *vel qui illum proximè sequitur.*

§. *III.* Præses Consilii Aulici (*cuius caput & Index*, *ipsa Cæsarea Maiestas est.* R. H. O. Tit. 1. princ. ibi: Unser Keyserlicher Reichs-Hofraht / deßen obristes Haupt und Richter allein wir und ein jeder Römischer Käyser selbst ist.) *similiter à Cæsare constituitur ex Principum Imperii*, *Comitum seu Baronum ordine.* R. H. O. Tit. 1. princ. mit einem verständigen / und wie zu Führung eines solchẽ Ambts vonnöhten / wohl qualificirten Prædenten / der ein Reichs-fürst / Graff oder Herrenstands sey. *Supremus is Consilii Director est*, *summum occupans locum*, *colligens vota & concludens.* R. H. O. d. Tit. 1. §. In solchem Fall. ibi: Unser Reichs-Hofrahts-Præsident / als das nachgesetzte Haupt / jederzeit den Vorsitz / die Umbfrag den Beschluß und die gantze Direction haben. *In huius absentiâ Vice Præses munere fungitur*, *vel si & is absens est*, *alius Consiliarius*, *proximus scilicet*, *non tamen in Doctorum scamno*, (auff der Gelehrten Banck) *sed in Nobilium ordine*, auff der Cavalier-Banck. de quâ duplici Consiliariorum Aulicorum serie agemus in seq. cap.

CAPVT II.

DE

Assessoribus Cameralibus,

NEC NON

Consiliariis Cæsareis Aulicis.

§. I.

S*Vmmi Principis vice de causis Civium Romanorum cognoscere*, *iudicare*, *& ad iuris*

norman

normam in Sacro Imperio administrare justitiam, munus est dignitate plenum, plenum divinitate & splendore. Assessoribus Cameralibus id competit, qui cum Iudice vicem Cæsaris Ordinumque Imperii gerunt, atque perpetui Imperii R. Senatores sunt. Assessores dicuntur, quia iudici assident, & proximum ab eo locum tenent, omnemque ei operam in cognitione & diiudicatione causarum præstant, imò ipsi quasi iudices sunt. C. G. O. part. 3. tit. 53. §. ob sich aber 6. ubi appellantur: Urtheyler. non enim causas solùm cognoscunt, sed & decidunt & sententias ferunt. Sunt autem ex parte Augustana, ex parte Catholica religionis, imò & unus Reformata. R. A. de anno 1654. §. Doch soll darbey. 23. Catholicorum verò numerus cùm hodiè longè amplior, quàm Evangelicorum, in causis inter diversæ religionis Principes, ex utraque religione pares ad earum decisionem deputantur. Deinde partim Comites, Barones & ex Equestri ordine sunt, partim Iureconsulti.

§. II. Eorum consideranda tùm præsentatio seu nominatio, tùm electio. In Instrumento Pacis de anno 1648. constitutum quidem, ut quinquaginta Assessores Camerales, ex utrâque religione pares præsententur & ordinentur, numerus tamen iste nondum impletus, imò ne dimidius quidem. Imperator constituit judicem, quatuor Præsides (ex his duos Augustanæ Confessionis) & duos Assessores. Reliqui Assessores à Statibus Imperii præsentantur, & quidem à Catholicis vigintiquatuor, & ab Evangelicis itidem viginti quatuor, atque ex singulis circulis mixtæ religionis non tantùm duos Catholicos, sed etiam binos Augustanæ Confessioni addictos assumere & eligere fas est. d. Instrum. Pac. art. V. §. 2. In Circulis autem qui Principes jus præsentandi habeant, schema demonstrat. id tamen ex omni parte perfectum nondum est. d. R. A. §. notandum. 30. & multi, præprimis in Circulo Rhenano superiore, jus præsentandi adhuc prætendunt.

§. III. Præsentatio igitur ad Assessoratum competit Cæsari & Imperii Ordinibus. Electio verò Iudici Camerali & Assessoribus, qui ex iis, qui præsentantur, maximè idoneum cooptant. Olim enim duos aut tres simul præsentare necesse erat, sed ex Constitutione novissimâ d. R. 1654. §. gleichwohl aber und weil. 27. si unus idoneus præsentatus fuerit, Collegium Camerale illum recipere & ad relationem pro Assessoratu admittere tenetur. Traduntur nimirum præsentato, ad exhibendum industriæ specimen, Acta, referenda, de quorum contentis & causæ meritis postmodum iis deputatis, coram quibus Dominus Præsentatus Acta refert, amicè interrogatur; exploratâ per relationem industriâ & eruditione suffragia singulorum Assessorum à judice aut ejus vicario colliguntur, quibus annuentibus solenniter in Collegam & Assessorem in pleno consessu recipitur. Quod munus susceptum ante sexennium sine justis causis à se abdicare non potest.

§. IV. Illustres Consiliarii Cæsaris Aulici (de quibus sine præjudicio ordinis nunc agemus) similiter ex parte Augustanæ Confessionis, ex parte Catholicæ religionis sunt. Evangelici numero quidem Catholicis sunt impares, (ut in Imperii quoque Camera) votorum tamen pondere æquales. Intellige, si nimirùm Evangelici (etsi duo tantum aut tres vel quatuor fiat) conveniant ab una parte, & Catholici ab altera parte, etsi personarum numero differant, votorum tamen valore perfictionem quandam pares habentur, & in suspenso decisio reli quitur, votumque seu consilium commune faciunt, quod Cæsaris decisioni subjicitur. Si verò Catholicus unicus Evangelicis voto suo accedat, tunc Evangelici majora habent, & vice versa. Quicquid sit, optandum omninò esset (cum Auctore der Grundvest des Röm. Reichs. part. 3. cap. 5.) ut paritas aliquando fiat realis; cessante ficta.

§. V. In causis tamen inter diversæ religionis Principes (in Sachen/ so zwischen den Catholischen und Augspurgischen Confessions-Verwanden schweben/ oder auch/ wann Catholische streiten/ und der tertius interveniens ein Augspurgischer Confessions-Verwander ist/ aut vice versa, R. H. O. tit. 1. §. wir wollen auch.) paritas realis observatur, & Consiliarii ex utraque religione quoad numerum personarum pares deputantur (imprimis, si id à partibus petatur) ad ejusmodi causas disceptandas & decidendas. R. H. O. d. l. ibi: mit Zuziehung beyderseits Assessoren, in gleicher Anzahl/ erörtert und entschieden werden. quemadmodum quoque in Imperii Camera observari suprà diximus in §. 1. Add. R. H. O. d. l. ibi: nit allein bey dem Cammer-Gericht/ sondern auch bey unsern Käyserlichen Reichs-Hoffraht.

§. VI. Deinde Consiliarii Cæsaris Aulici itidem partim ex Equestri ordine, partim ex Literato orbe selecti sunt. Consiliarii ex equestri ordine in Consistorio Summi Principis dextrum latus tabulæ, (der Cavalier Banck/ sive der Ritter Banck/) Iureconsulti alterum (der Gelehrten Banck) occupant. R. H. O. Tit. 1. §. die Session der Reichs-Hofrähte belangend: utrobique eô ordine, quô in Consilium recepti. Priores omnes sunt vel Principes, vel Comites, vel Barones, eruditione & experientia pollentes. R. H. O. Tit. 1. pr. mit genugsamer Anzahl Reichs-Hofrähten/ gleichfals von Fürsten/ Graffen oder Herrn/ Rittermeßigen rc. so in den Rechten und Reichssachen wohlgeübt/ und die Gerichtliche Processen zu referiren tauglich und geschickt. Et Capitul. Leopold. §. 40. ibi: Mit Fürsten/ Graffen/ Herrn/ von Adel/ und andern ehrlichen Leuten. Posteriores sunt Doctores, & alii summæ eruditionis Viri. R. H. O. d. l. graduirten oder sonsten gelehrten/ wohlerfahrnen/ ansehnlichen/ frommen und geschickten Personen. Inter quos in collectione votorum illustrissimus iudicii Præses hunc ordinem observare debet, ut in causis iudiciariis à Iureconsultis, initium faciat; in causis, verò Status aliisque ab Equestri ordine incipiat. R. H. O. Tit. V. §. demnach dann. ibi: Demnach dann von alten hero ein Unterscheid gehalten/ und dieselbe auff zwo Bäncke abgetheilet worden/ so solle gleichwohl unser Præsident dieses auffsehen haben/ daß in Sachen die Iustitiam betreffent/ mit Frag der ersten Stimmen an den Gelehrten/ aber in Staats-Lands und dergleichen Sachen/ an den andern angefangen werde.

Quoad referendi verò onus nulla est inter eos distinctio, & cuicunque Dominus Præses acta referenda tradere potest. R. H. O. Tit. 1. §. Alle diese. verb. Darinnen ohne Unterscheid des

Stands gebührlich referiren.

§ VII. *Numerus Consiliariorum Aulicorum* in Ordinatione Consilii Aul. Ferdinandi 3. Tit.. 1. §. vnd dieweil. *quidem determinatus est*, ibi: Daß hinführo jtzterwehntes vnsers Reichs-Hofrahts-Mittel / über achtzehen Personen / mit eingeschlossen des Reichs-Hofrahts-Præsidenten / sich nicht erstrecken soll. *Sacratissima tamen Cæsarea Maiestas sti numero non adeo est adstricta, ut non possit uni vel alteri ob singularia merita, loco licèt nullo vacante, illustrem Consiliarii conferre honorem. Sic* novissimè prærerlapso anno 1663. d. 4. Maii stil. nov. *supra octodenarium numerum quatuor novelli Consiliarii, à S. Cæs. Mai. electi, tres ex equestri ordine & unus Literatus aut Iureconsultus, solenniter in Consilium per supremum Aulæ Magistrum introducebantur.*

§ IIX. *Quoad Nationem*, Germanos *esse Consiliarios, Constitutiones publicæ volunt.* R. H. O. Tit. 1. pr. verb. so im Reich Teutscher Nation gebohren. Capitul. Leopold. §. wir wollen auch 41. verb. grössers Theils / so im Reich Teutscher Nation gebohren. *Non tamen ex Imperii Circulis ab ordinibus præsentantur Consiliarii Aulici, quemadmodum Assessores Camerales, sed libero Cæsaris arbitrio tàm ex Regnis & Provinciis eius hereditariis quàm Imperii Circulis (Evangeliei nimirùm* aus denen Reichs-Crayßen / darinnen entweder die Augspurgische Confessions-Verwandte allein / oder zugleich die Catholische Religion im schwang gehet. R. H. O. Tit. 1. §. wir wollen auch) *eliguntur*. Capitul. Leopold. §. wir wollen auch künfftig. 40. verb. vnd nicht allein aus vnsern Untersassen / Vnterthanen vnd Vasallen / sondern mehrentheils aus denen / so im Reich Teutscher Nation anderer Orten gebohren vnd erzogen 2c. besetzen vnd versehen.

CAPUT III.

DE

Re- & Correferentibus,

NEC NON

referendi modo.

§. *I.*

I*Llustres Consiliarii Cæsaris Aulici, Acta non propriâ auctoritate, pro cuiusque placito, ad referendum sumunt, sed Dominus Præses ea prudenter & observato legitimo causarum ordine* (R. H. O. Tit. 4. §. vnd soll vnser Præsident in Außtheilung / Vornehm- vnd Erledigung der Sachen diese Ordnung halten / daß nemblich 2c.) *inter eos distribuit, eodem prorsus modo, prout* in Camerâ Imperiali *quoque observatur.* R. H. O. dict. tit. 4. pr. ibi: Die Außtheilung vnd Vornehmung der Geschäfften vnd Sachen / wie auch die Benennung vnd Anordnung der Referenten / solle / wie an vnserm Kayserlichen Cammer-Gericht gebräuchlich / beschehen / vnd solche assignation vnd außtrucklicher Anordnung solle keiner vnserer Reichs-Hofrähte ihm einige Supplication, geschweigens eine gantze Sachen vor sich selbst zu sich nehmen.

§. *II. Cuilibet Referenti Correferens adiungitur, & in causis quidem inter* Evangelicos *& Catholicos, Re- & Correferentes ex utrâque religione eliguntur.* R. H. O. d. Tit. 4. §. nicht allein *ibi:* vnd zwar / da die Sache beiderseits Religions-Verwandten betreffen thäte / solche Re- vnd Correferenten auch von beiderley Religions Verwandten Rahten ansetzen.

§. *III. Quomodo autem* relatio Actorum *fieri debeat, eleganter exponitur* in R. H. O. Tit. 5. in pr. *& accuratam methodum in relationibus observandam, tradidit* Besoldus, *ut &* Stypmannus *in Referendario suo. Nos paucissimis rem explicabimus, ne videamur in hoc negotio nihil egisse. Quivis igitur relationem alicuius causæ in iudicio pendentis conscripturus,* primò *integra Acta referendum ipsi tradita, à capite usque ad calcem, summâ cum attentione perlegit, in quâ perlectione duo inprimis principaliora attendit: unum* circa processum, *alterum* circa merita causæ. circa processum *considerat, an ille debito iuris ordine sit institutus, an verò in illo nullitas insanabilis sit commissa? Illa verè contingit vel* in iudice, *vel* in litigantibus, *vel* in substantialibus processus. In iudice *contingit, si ille sit fundatus in iurisdictione quoad causam præsentē, & de iure in ea causa iudex esse non possit.* Circa litigantes, *si illi legitimam personam standi in iudicio non habeant, i. e. agere & se defendere in iudicio prohibeantur, item si procurator eorum non sit legitimus, sed falsus, aut non habeat sufficiens mandatum.* Circa substantialia processus *Referens animadvertit: 1. an reus legitimè sit citatus. 2. an libellus ritè conceptus, in iudicio productus ac desuper lis contestata? 3. an legitimè in causa sit conclusum? Item observat, an exhibitorum procuratoriorum aliorumque documentorum recognitio facta; si enim nondum facta, ea priùs per sententiam iniungendr, antequam ad aliam sententiam progressus fiat. His circa modum procedendi legitimè observatis, Referens recta via* ad merita causæ *progreditur, ubi* 1. universam facti speciem seu casum, *ex integris Actis, præcipuè verò ex narratis petitione Libelli investigat, eumque dilucidè, plenariè, breviter tamen, suis Collegis exponit; 2. post enarrationem casus, refert,* quænam actio sit instituta? *Nam iuxta illam sententia formari debet. Atque si in libello certa actio non sit expressa, aut inde elici nequeat, ex narratis tamen libelli vel aliunde constet, Actorem diversis actionibus agere potuisse, illam eligit, quæ dictis narratis convenientior & actori utilior est. 3. Perpendit,* num institutæ actionis omnia requisita non solùm adsint, sed etiam an sufficienter sint probata? *Requisito enim unico deficiente, vel non sufficienter probato, Reus ab instituta actione absolvendus venit, quod intellige, si Actor illud planè probare non possit.* Nam *si forsan non probaverit, iudex priùs Actori probationem iniungere debet. 4. considerat,* an actio sit probata per exceptiones rei sit elisa? *h. e. an rei exceptiones sint relevantes, (i. e. an habeant in se vim removendi actionem) & an sint sufficienter probata?* Et *hoc casu referens diligenter confert Actoris & Rei rationes, probationes iuriumque allegationes, seu partium disputationes, uter eorum melioribus ac firmioribus*

rationibus probationibusque nitatur? 4. Tandem referens exponit, quid in causâ pronunciaudum, & *quomodo forma sententiæ sit concipienda. 5. Atque postremò memorat, utrum* expeusæ *ex justis causis* compensandæ, *an verè* alterutra pars *in eas sit* condemnanda?

§. IV. *Quod si lis* per appellationem *sit devoluta, sequens plerunque modus & forma observari solet. Nimirùm* primò omuium *Referens considerat, an procuratores habeant sufficientia mandata? 2. an jurisdictio ejus, ad quem appellatum, sit fundata? 3. an formalia appellationis interponendæ & introducendæ sint observata? quæ partim ex instrumento appellationis, partim ex protocollis desumit. Relatis formalibus* statum causæ *ex actis primæ instantiæ refert* Quartò *observat, an juxta naturam beneficii appellationis appellans plus deduxerit & nova allegârit*, & an illæ novæ causæ sint relevantes, *ut ex iis prima sententia reformari debeat? quod ex gravaminibus, eorumque deductionibus facilè dijudicare potest Demum post collationem jurium partium Referens sententiam suam*, quid pronunciandum sit exponit.

CAPUT IV.

DE

Relatione Actorum in judicio.

§. I.

HActenus *de* modo referendi, *seu conficiendi relationem Actorum. Iam* de ipso actu referendi in judicio.

In Camerâ Imperii, *Serenissimus Dominus Judex, (si præsens est) atque per illustres Domini Præsides atque Assessores singulis diebus) nisi dies feriatus incidat) horis matutinis in loco Consilii* (in der Raht-Stube) *convenire solent; ubi augustum hoc Collegium pro maturandis causarum deliberationibus* in quatuor Senatus *se dispescit*, duobus *in hoc conclavi manentibus*, duobus *in aliud* (die *Visitations*-Stube) *secedentibus*. In uno Senatu *ad preces seu supplicas partium decreta concipiuntur, & processus vel decernuntur vel denegantur*; In reliquis tribus Senatibus *relationes causarum auscultantur & examinantur sententiæque formantur; in gravibus tamen causis, in pleno, hoc est, in consessu omnium, relationes ac decisiones fiunt, quemadmodum quoque ante publicationem sententiarum omnes sententiæ priùs in pleno omnibus præleguntur.*

§. II. In Consilio Aulico *hæc omnia aliter. Conveniunt nimirùm illustrissimus Dominus Præses & Consiliarii Imperiales Aulici (quatuor in septimanâ diebus, horis matutinis) in Palatio Cæsaris in loco consueto* (in der gewöhnlichen Reichs-Hofraths-Stube) *ubi* Omnes *uni tabulæ assident, nec* (nisi in levissimis causis, *in diversa Collegia aut Senatus segregantur*. R. H. O. Tit. 1. §. Es sollen auch. *ibi*: Und solle auch unser Præsident/ es were dann in gar geringen Sachen/ Sie unsere Räthe in keine absonderliche Collegia abtheilen. *Nullus igitur ibi Senatus supplicationum, ut in Camerâ, sed omnes supplicationes aut memorialia in pleno consessu leguntur & decreta concipiuntur*. R. H. O. Tit. 3. §. wann nun. *ibi*: Dieselbe Memorialia in welchen umb neue Proceß angesucht wird/ im ersten Rath-Sitz ablesen. lassen. *Relationes quoque Actorum ab omnibus auscultantur, dein à Præside collectis votis, (secundum majora) sententiæ formantur, Secretario in calamum dictantur, & publicè in Consilio releguntur*. R. H. O. Tit. 5. §. Den Schluß aber.

§. III. *Proponuntur autem re- & correlationes Actorum tàm in Camerâ quàm in Consilio Aulico, vel* in scripto, *vel* vivâ voce. *In causis tamen definitivis ut plurimùm in scripto. Et expressè id dispositum in* R. H. O. tit. 4 §. so bald nun. in fin. *ibi*: so dann iede *definitiv*-Sache schrifftlich *re*- und *correferirt* werden. *Ut autem temporis compendium in referendo habeatur, relationes non dictantur, sed tantùm leguntur*. R. A. de anno 1654. §. den modum referendi. 143.

§. IV. *Si quis autem Assessorum recitatam relationem minùs benè intellexit, aut prælectam oblivioni tradidit, eam in Senatu perlustrare, actaque, si eiusdem cum referente Senatus est, ad se informandum, domum secum portare fas est*. R. A. de anno 1654. §. und nach dem. 144. in fine. *Idem in Consilio licitum est Aulico*. R. H. O. Tit. 5. §. wo dann einer. *ibi*: Wo dann einer oder mehr von unsern Käiserl. Reichs-Hofrath nach geschehener Verlesung der Relation umb bessers Nachdenckens willen dieselbe Schrifften Ihnen nach Haus auf eine kurtze Zeit zu vergönnen/ sich besser darinn zuersehen/ begehren würde/ daß solle Ihnen unser Præsident nach Ermessung und Gelegenheit der Sachen/ doch in alle Wege/ daß hierinn kein unnötiger Auffzug gesucht etc. nicht abschlagen/ und davon solchem Rath alsdann etwas mehrers/ wenigers oder gar was anders/ dann referirt, und doch in den Actis begriffen/ auch zur Substanz gehörig und bey der Decision in acht zunehmen noth were/ befunden würde/ solches solle ein ieder bey seinen Pflichten nicht verschweigen/ und nicht allein in seinen Voto anziehen/ sondern aus dē Actis zeigen/ und alsdann auch der gantze Reichs-Hof-Rath dasselbe in acht zunehmen verpflichtet seyn.

§. V. *Re- & correlationes ab Auctoribus subscribuntur, & postquam vota super iis collecta sunt & sententia concepta, illa in Camerâ Imperii Domino Iudici vel ejus Vicario in cistâ custodienda porriguntur*. R. A. de anno 1654. 2. Vorgebend dieses. 150. *In Consilio Aulico, obsignata actis adjunguntur, vel alio modo asservantur*. R. H. O. Tit. 4. §. so bald nun. *ibi*: Es sollen auch die gantz re- und *correlationes* wohl verpitschirt iederzeit bey den Actis, oder sonsten wohl verwahrt/ auffgehalten werden.

CAPUT V.

DE

Advocatis & Procuratoribus Cameralibus,

NEC NON

Agentibus & Procuratoribus Aulicis.

§. I.

QVi in supremis Imperii Rom. Iudiciis lites Germanorum Principum aliorumque Statuum, causarumque ambigua fata dirimunt, ac gloriosa, vocis consisi munimine laborantium spem, vitam & posteros defendunt, eos non minùs providere putamus Imperio, quàm si præliis ac vulneribus patriam parentesque salvarent. arg. l. 14. C. de Advoc. divers. iudic. Eo elogio Divi Impp. Leo & Anthemius ibi universum Advocatorum amplissimum ordinem commendant orbi, preprimis tamen id commendant orbi, preprimis tamen id competere Nobilissimis Advocatis & Procuratoribus in Aulâ Cæsaris & Imperii Camerâ causas agentibus, nemo, opinor; negabit.

§. II. Et autem advocare, seu ut in jure communi dicitur postulare, idem ac, aliquid in judicio, sive suo sive alieno nomine petere, seu, desiderium suum vel alterius apud eum, qui jurisdictioni praeest, proponere, vel alterius desiderio contradicere, secundum l. 1. ff. de postul. Nam & qui contradicit, postulat aliquid, quia effectu petit, se à postulatione adversarii absolvi. Procurare propriè ad curam alienorum negotiorum refertur; & Procuratores dicuntur (intellige judiciales) qui pro alio lites in judicio curant & persequuntur.

§. III. In Summis Imperii Consistoriis Procuratores desideria litigantium proponunt tam vivâ voce (in Cameralibus audientiis, per Recessus orales) quàm Scriptis, eaque itidem vel ipsi consignant, vel ab aliis consignata accipiunt & producunt. Plerisque tamen omnia Scripta & Producta ex Aulis Principum mittuntur, vel etiam ab aliis Advocatis sive exteris sive incolis elaborata traduntur, quæ perlegere, emendare, stylo judicii conformia reddere, & subscribere tenentur Memorial. Iud. & Assess. de anno 1557. §. Die Advocaten. 14. R. H. O. Tit. 6. §. ein iedweder Parthey ibi: sollen die Agenten und Procuratores, bey Vermeldung unausbleibender Straff / dergleichen Producta zuvor alles Fleisses revidiren, die befindende errores corrigiren, und alsdann erst solche Schrifften gehöriger Orthen überreichen. Iung. Tit. 7. §. Es soll auch hinführo. verb. Sie sey dann von deren Procuratorn und Agenten eigener Hand unterschrieben.

§. IV. Vt eò meliùs hæc intelligantur, observandum, in his supremis Tribunalibus alios esse Advocatos tantùm, alios Advocatos & Procuratores simul. Non enim omnes Advocati sunt simul Procuratores, omnes tamen Procuratores & Agentes sunt etiam Advocati. In Camerâ Imperiali in Procuratorem nemo recipitur, nisi aliquamdiu in Camerâ advocatus fuerit, sed in Advocatum quilibet, qui fiduciam suorum studiorum habet, licèt nunquam Procurator fuerit. Antequam autem in Advocatum ordinarium quis recipiatur, specimen quoddam practicum in Scriptis unà cum supplicâ pro obtinendâ Advocaturâ augusto Camerali collegio exhibere debet, quod alicui Assessorum ad referendum & judicium suum desuper exponendum traditur; postmodum in consessu omnium vota colliguntur & novellus Advocatus vel rejicitur vel recipitur; si admittitur tunc à duobus ad hoc deputatis Assessoribus de nativitate, religione & studiis ejus, necessaria exquiruntur, tandem in publicâ Audientia vel etiam Lectoria juxta formam in Ordinatione præscriptam jurat. Vbi Advocati munere per annum vel biennium laudabiliter defunctus est, si velit, supplicare potest pro obtinenda Procuraturâ, & ubi eam per decretum obtinuit, publicè in Audientia juramentum Procuratorum Iudici vel ejus Vicario præstat, & statim Procuratorum subsellia ingreditur, locum ultimum occupans.

§. V. Agentes seu Procuratores Imperiales Aulici similiter pro obtinenda Procuratura seu Agentia ad Cæsarem supplicare debent, atque in Consilio Aulico de supplicantis desiderio deliberari solet, admissus de nativitate, patria studiisque (R. H. O. Tit. 7. princ ibi: Von zweyen Reichs-Hofräthen (so unser Præsident hierzu deputiren solle) ordentlich über Ihre Geburth / Heimath / Ehrlichen Verhaltens / und wo Sie studirt und practiciret) examinatur, post juramentum in Ordinatione Consilii Aulici præscriptum in pleno consessu præstat, atque solenniter in Agentem Imperialem recipitur. R. H. O. Tit. 7. von Auffnehmung der Advocaten, Procuratorn und Agenten. pr. & §. nach solchen. Item Tit. 3. in pr. ibi: Es sollen die geschworne und aufgenommene Agenten und Procuratores. Alii enim in Aula Cæsaris sunt Advocati & Procuratores jurati & ordinarii, de quibus jam dicta intelligenda; alii extraordinarii, qui nimirum solùm nomine electorum aliorumque Principum Imperii ibi commorantur eorumque causas tantùm agunt. Cuilibet etenim Electori atque Principi aliive Statui permissum, peculiarem suum Agentem aut Procuratorem in Aula Cæsaris habere. R. H. O. Tit. 7. §. Da auch ein Chur-Fürst / Fürst / oder Stand des Reichs ꝛc. Atque ii Agentes, Advocati & Procuratores, quos extraordinarios vocare placet, neque pro obtinenda Procuratura ad Cæsarem supplicant, neque examinantur, nec juramentum Advocatis ordinariis in Ordinatione Consilii præscriptum præstant. Quod si verò, consensu Domini sui seu Principalis, aliorum quoque & quorumcunque privatorum causas agere velint, & supplicare Cæsari pro ea agentia debent, & juramentum solenne præstare.

§. V. Quoad numerum Procuratorum & Agentium Imperialium in R. G. O. tit. 7., in pr. dispositum est, ut supra 30. non recipiantur. ibi: Deren Anzahl sich doch über 24. biß 30. nit zuerstrecken hat. pro arbitrio tamen Cæsaris numerum eum augeri posse, nullum est dubium. In Camerâ Advocatorum numerus arbitrarius; Procuratorum (qui tamen simul etiam Advocati sunt, uti suprà dictum)

